[illegible]

[illegible] vestitus [illegible]

[illegible] nobis [illegible]

[illegible] commemoratione [illegible]

alimonie. [illegible]

missarum sollempnia celebrantes [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] et cura nocte [illegible]
[illegible]
[illegible] considere totam capitulum
be

Inveniet [illegible]

IIII

Justini Historia ex Trogo
Pompeio quattuor & triginta epithomatis collecta.

¶ Lucij Flori Epithomata quattuor q̃ cultissima indecē Titi Liui. decadas.

¶ Sexti Ruffi consularis viri ad valentianum Augustum de Historia Romana opus dignissimum.



¶ Marcus antonius Sabellicus Ioanni Mattheo contareno viro patricio Salutem.

Ecognoui his paucis diebus Iuſtini/& Lucij Flori Epithomen.fuitq; ea mihi lectio parum iucũda.Non quia non vterq; ſit amabilis.Et vt hic ex Liuij maieſtate plurimum referens:Ita ille ex Trogi grauitate.Verum romanę peregrinęq; hiſtoriæ imaginem/velut duplici tabella intuitus: non ſine dolore animi admonebar: quãtum in duobus viris(quorum hi liniamenta verius q̃ typum expreſſere)amiſerit poſteritas. Cęterum ſi fatorum inuidia ea fuit/vt tanta hominum indole neceſſario careremus: haud vulgaris gratia debetur his per quos demum conſecuti ſumus/vt ſi non corpus imaginem ſaltem tantarum lucubrationum teneremus q̃q̃(prohdolor)ne hanc quidem vmbram/niſi mendoſam/claudam/& corruptam/librariorum ſiue inſcitia ſiue incuria ad poſteros tranſmiſit.Scio ego virum noſtri temporis ingenio/& eruditione florentem/in hac multum operæ adhibuiſſe:vt Florus ipſe q̃ emendatiſſime legeretur. Sed vel ſuo ipſius iudicio/vel quod magis credo librarię officinę vicio:parum quod voluit effecit.Quod tu vir eruditiſſime ita eſſe facile depræhendes(ſi recẽtia exemplaria(niſi ego quoq; pari fraude ſum deceptus)cum veteribus illis contuleris.Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret(quę diligentiſſima eſſe potuit)a me pręter miſſum puto.Nec Antonius moretus vir ſumma diligentia/ac ſupra q̃ dici poſſit accuratus/gerende rei defuit:ſed ſic ego euenire arbitror/vt nihil/quod a nolentibus & inuitis fiat:recte fiat Tu vero quid in hac parte profecerimus vide:ac boni cõſule V[illegible]

¶ Ioannis Lermite De monte mirabili ad bonarum literarum studiosos professores extemporaneum. Carmen.

¶ Quisquis amas italo resonantes ore camœnas:
  Historiasq; omnis nocere quisquis amas:
Aurea nunc adsunt latio perfusa lepore
  Scripta: quibus nullum tersius extat opus.
Vos procul hinc timidi: procul hinc discedite segnes:
  Lautior hæc non est cœna parata pigris.
Hæc teneant docti triuiali haud iudice digna:
  Ad claros spectant scripta seuera viros.
Iste titi paruo innumeras episthomate claudit.
  Historias: quis nunc tempora prisca patent.
Contrahit ast alter tenui signata papyro.
  Pompeius nobis quæ dedit ampla Trogus.
Iustinus latia illius grauitate refulget:
  Maiestate titi flore venustus ades.
Ast quod plus laudes: vbi finem conficit alter.
  Incipit hic: scriptis vnio tanta suis.
T[illegible] his: romæ compu[illegible]nos.
  Qu[illegible] du[illegible]bus recta est: quaue fit aucta manu
His stilus em[illegible]nctus/dulcis/concinus/amœnus
  [illegible]q; lacæna ipsi sunt breuitate pares.
  [illegible] quos pallas gremio tritonia dulci
  [illegible]ipit: excultum quæso legatis opus.

Historiarũ(quas Iustinus vir multę literaturę ex Trogi Pōpeij voluminibus plurimis collegit) Index q̃ emēdatissimus: & amplissimus hic facili ordine subiungitur.

R

X

Z

¶Finis Indicis Iustini Historici.

¶Historiarum Lucij Flori in Titi Liuij decem decadas (q̄ in hoc opere sparsim tradite sunt sub principalium literarum suarum ordine) compendiosa & emendata collectio.

A

E

F

G

H

T

τελοσ τῶ θεῶ χαρισ.

❡IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIVM.



Vm multi ex Romanis etiam consularis dignitatis viri res romanas græco peregrinoq; sermone in historiam cõtulissent: seu emulatione glorię: seu varietate & nouitate opis delectatus vir priscę eloquentiæ: Trogus Pompeius græcas & totius orbis historias latino sermone cõposuit: vt cum nostra græce græca quoq; nostra lingua legi possent: prorsus rem magnam & animi & corporis aggressus. Nam cum plęrisq; auctoribus singulorum regum vel populorum res gestas scribentibus opus suũ ardui laboris videretur: nõne Põpeius nobis herculea audacia orbẽ terrarũ aggressus videri debet: cuius libris omniũ sęculorum: regum nationum populorũq; res gestæ cõtinent? Et q̃ historici gręcorũ prout cõmodum cuiq; fuit: inter se gregatim occupauerunt: omissis q̃ sine fructu erant: ea omnia Põpeius diuisa tẽporibus: & serie rerum cõgesta composuit. Horũ igitur quattuor &.xl. voluminum (nã totidem ædidit) p ocium: quo in vrbe versabamur. cognitione quęq; digna excerpsi. Sed omissis his quę nec cognoscendi voluptate iucũda: nec exẽplo erant necessaria: breue veluti corpusculum florũ feci. vt haberẽt & qui græca didicissent: quo admonerent: & qui nõ didicissent: quo instruerent. Quod ad te nõ tam cognoscẽdi q̃ emendandi causa transmisi: simul & ocij mei: cuius & Cato reddendam operam putat: apud te ratio cõstaret. Sufficit enim mihi in hoc tẽpore iudicium tuum apud posteros: cum obtrectationis inuidia decesserit industriæ testimonium habituro.

Togi historia.

Quattuor & quadraginta volumina scripsit Trogus

❡Iustini historici in Pompeij Trogi historias

❡Liber Primus Incipit.



Rincipio rerum gentium: nationumq; imperium penes reges [illegible]at: quos ad fastigiũ huius maiestatis non ambiti[illegible]one [illegible]ularis: sed spectata inter bonos [illegible]dera tio [illegible]us er[illegible]at. populus nullis legibus tenebat. Arbi[illegible] prin[illegible]um pro legibus erant. Fines imperij tueri

Arbitria pricipũ p legibus erant.

magisq̃ proferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebã tur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterẽ & quasi auitũ gẽtium morẽ noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intu- lit bella finitimis & rudes adhuc ad resistendũ populos terminos vsq; libyę perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores. Ve

Tanais rex scythiæ. xores rex ægypti. & scythiæ rex Tanais: quorum alter in põtum alter vsq; ægyptum excessit. sed longinqua non finitima bella ge- rebant. nec imperium sibi: sed populis suis gloriam quærebãt. cõ- tentiq; victoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quę- sitæ dominationis continua possessione firmauit. Domitis igitur proximis cum accessione virium fortior ad alios transiret: & pro- xima quæq; victoria instrumentum sequentis esset: totius orien-

Zoroastes magice ar- tis inuẽtor. tis populos subegit. Postremum illi bellum cũ Zoroastre rege Ba ctrianorum fuit: qui primus dicitur artes magicas inuenisse: & mũ di principia: syderumq; motus diligentissime spectasse. Hoc occi- so & ipse decessit: relicto impubere adhuc filio Nino: & vxore Se- miramide. Hæc nec immaturo puero ausa tradere imperium nec ipa imperium palam tractare: tot ac tantis gentibus vix patienter vni viro: nedum fœminę parituris: simulat se pro vxore Nini filiũ. pro fœmina puerum. Nam & statura vtriq; mediocris: & vox pa- riter glacilis: & liniamẽtorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura velamentis: tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare videretur: eodem ornatu & populum vestiri iubet: quem morem vestis exinde gens vniuersa tenet. Sic primis initijs sexum mentita puer credita est. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine vbi inuideam superatam putat: quę sic fate tur quem ve simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit: sed admirationem auxit: q̄ mulier non fœminas modo virtute: sed etiam viros anteiret. Hæc babyloniam condidit: murumq; vrbis

Babylonis conditio. cocto latere circũdedit: harena bitumine interstrata: quæ mate- ria in illis locis passim e terra exæstuat. Multa alia pręclara huius reginę fuere. Siquidem non contenta acquisitos a viro regni ter- minos tu[illegible] æthiop[illegible] quoq; regno suo adiecit. Sed & indię bel- lum intulit: quo præter [illegible] & A[illegible]xãdrum magnum nemo intra- [illegible] Ad po[illegible] concubitum filij petisset: ab eodem inter [illegible] j. & xl. annos post Ninum reg[illegible]otita. Filius eius Ni- nus [illegible] elaborato a parentibus [illegible] belli studia depo- suit & veluti sexum cum matre mutasset: r[illegible] a viris visus i fœmi-

Assyrij olim inde syrij dicti.

Sardanapalus arbactus

narum turba consenuit. Posteri quoq; eius exẽpla secuti respõsa gẽtibus per internuncios dabant. Imperiũ assyrij qui postea syrij dicti sunt annos. M.ccc. tenuere. Postremus apud eos regnauit Sardanapalus vir muliere corruptior. Adhuc videndum (quod nemini ante eum permissum fuerat) pręfectus ipsius medis prępositus nomine Arbuctus: cum admittit magna ambitione ęgre obtinuisset inuenit eum inter scortorum greges purpuram colonentem: & muliebri habitu: cum mollitia corporis: & oculorum lasciuia omnes fœminas anteiret. pensa inter virgines partientem. Quibus visis indignatus tali fœmine tantum virorum subiectum: tractantiq; lanam ferrum & arma portantes parere: progressus ad socios suos: quid viderit refert. Negat se ei parere posse qui se fœminam malit esse q̃ virum. Et igitur coniuratio bellũ Sardanapalo infertur. quo ille audito non vt vir regnum defensurus: sed vt metu mortis mulieres solent: primo latebras circumspexit: mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit: & extructa pyra se & diuitias in incendium mittit hoc solo imitatis virum.

Sardanapali exitus.

astyages.

¶ Post hæc statuatur rex interfector eius Arbactus qui præfectus medorum fuerat. Is imperium ab assyrijs ad medos trãsfert.

¶ Post multos deinde reges per ordinem successionis regnum ad astyagen descendit Hic per somnũ vidit ex naturalibus filię: quam vnicam habebat vitam enatam: cuius palmite omnia asia obumbrabatur. Consulti harioli ex eadem filia nepotem ei futurum / cuius magnitudo prænunciatur regniq; ei amissionem portandi responderũt. Hoc responso perterritus neq; claro viro neq; ciui dedit filiam: ne paterna mater neq; nobilitas nepotis animum extolleret / sed de gente obscura tunc temporis persarum Cambysi mediocri viro in matrimonium tradidit. Ac nec si quidem somni metu deposito grauidam ad se filiam accersit: vt subaui potissimum conspectu fœtus necaretur. Natus infans datur occidendus Harpago regis omnium consiliorum participi. Is veritus si ad filiam mortuo rege venisset imperium: eo quod nullum astyages virilis sexus genuerat: ne illa necati infantis vltionem: quã a patre non potuisset: a ministro exigeret / pastori regij pecoris puerũ exponendũ tradidit. Forte eodem tempore et ipsi pastori filius natus erat. Eius igitur vxor audita regij infantis expositione / summis pcibus rogat sibi afferri ostendiq; puerum cuius

Cambyses

Harpagus.

precibus fatigatus pastor reuersus in siluam inuenit iuxta infantem canem fœminam paruulo vbera prębētem: & a feris & alitibus defendentem. Motus etiam ipse misericordia: qua motam ipsam canem viderat: puerū defert ad stabulū/eadē cane anxie prosequente: quē vt in manū mulier accepit veluti ad notā allusit: tantusq; in illo vigor & dulcis quidam blandientis risus apparuit: vt pastorem vxor vltro rogaret: quo suum portū pro illo exponeret. permitteretq; sibi siue fortunæ ipsius/siue spei suæ puerum nutrire. Atq; ita permutata sorte paruulorum hic ꝓ filio pastoris educatur: ille pro nepote regis exponitur. Nutrici sparcon postea nomen fuit: quia canem Perse sic vocant. Puer deinde cū inter postores esse Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte delectus cum per lasciuiam contumaces flagellis cecidisset: a parentibus puerorum querela est regi delata. indignantibus a seruo regio ingenuos homines seruilibus verberibus affectos. Ille accersito puero & interrogato: cum nihil mutato vultu fecisse se vt regem respondisset: admiratus constantiam in memoriam somnij responsiq; reuocatur. Atq; ita cum & vultus/ & similitudo & expositionis tempus/ & pastoris confessio conuenient nepotē agnouit. Et quoniam defūctus sibi somnio videretur: agitato inter pastores regno: animum minacem dumtaxat in illo fregit Cęterum Harpago amico suo infestus in vltionem seruati nepotis filium eius interfecit: epulandumq; patri tradidit. Sed Harpagus ad præsens tempus dissimulato dolore odium regis in vindictæ occasionē distulit. Interiecto demum tempore cum adoleuisset Cyrus dolore orbitatis admonitus: scribit ei: vt relegatus in persas ab auo fuerit: vt occidi eum paruulum auus iusserit: vt beneficio suo seruatus sit: vt regem offenderit. vt filium amiserit. Hortatur exercitum: paret: & pronam ad regnū viam ingrediatur: medorum transitionem pollicitus. epistolaq;: quia palam ferri nequibat: regis custodibus omnes aditus obsidentibus exenterato lepori inseritur: lepusq; in persas Cyro ferendus fido seruo traditur/addita sunt retia: vt sub specie venationis dolus lateret. Lectis ille epistolis eandem viam somnio aggredi iussus est. Sed pręmonitus v[illegible] quem primum postera die obuium haberet socium cœptis assumeret. Igitur ante lucano tempore ruri iter ingressus obuiam habuit seruum de ergastulo cuiusdam medi nomine Sybarē Huius requisita originę vt in persis genitum: audiuit dem-

Att. Cyri fortunam

Att. asty agis vltionem.

Sybaris.

ptis compedibus absumptoq; comite persepolim vrbem egredit. Ibi conuocato populo iubet omnes præsto cum securibus esse: & siluam vię circũdatam excidere: quod cũ strennue effecissent: eosdem postera die apparatis epulis inuitat: deinde cum alacriores ipso conuiuio factos videret rogat/ vt si conditio proponat vtrius vitæ sortem legant. hesterni ne laboris an pręsentium epularum/ præsentium vt acclamauere omnes: ait. hesterno similem labori omnem vitam acturos quoad medis pareant: se secutos hodiernis epulis. Lætis omnibus medis bellum infert. Astyages meriti in Harpago oblitus: summam belli eidem committit: qui exercitũ acceptum statim cyro per deditionem tradidit: regis crudelitatẽ perfidia defectionis vlciscitur. Quod vbi Astyages audiuit contractis vndiq; auxilijs ipse in persas proficiscitur: & repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit: & tergiuersantes ferro agi inhostes iubet: ac denunciat suis ni vicerint non minus fortes etiam post terga inuenturos quam a[...]tibus viros. proinde videant fugientibus hæc an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius accessit. Pulsa itaq; cũ psarum acies paulatim cederet matres & vxores eorum obuiam occurrunt. orant in prælium reuertant cunctantibus sublata veste obscœna corporis ostendũt. rogantes non in vteros matrum vel vxor[...] vel[...]nt ref[...]gere. Hac re pressi castigatione in prælium redeunt: & f[...]a impressione quos fugiebant fugere compellunt. In eo prælio Astyages capitur/ cui Cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit: nepotemq; [...] magis q̃ victorem se gessit/ eumq; maxime genti hyrca[...]æposuit. Nã ipse reuerti in medos noluit. Hic finis medorum imperij fuit. Regnauerunt annis. cccl. In initio regni Cyrus Sybarem quem iuxta nocturnum visum ergastulo liberauerat: comitemq; cæptorũ in omnibus rebus habuerat: persis pręposuit: sororemq; suam ei in matrimonium dedit. Sed ciuitates quę medorum tributariæ fuerant mutato imperio etiam conditionem suam m[...]atam arbitrantes a Cyro defecerunt: quæ res multorum bell[...] Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plęrisq; [...]ab[...]nios bellum gererent. Babylonijs rex lydorum [...]di[...]nitiæ insignes es tempestate erant: in auxiliu[...] [...]it: [...] iam de se sollicitus in regnum refugit. Cyrus qu[...]post victo[...]am compositis in babylonia rebus: bellum transfert in lydiam. Ibi for[...]

Persea medis deficiũt

Ati[...]acin fœm[...]na[...] psas fugientes.

Capit astyages.

Crœsus Babylonis auxilio venit.

Crœſus ca pitur. tuna prioris prœlij perculſum iam Crœſi exercitum nullo nego- tio fundit. Crœſus ipſe capitur: ſed quanto bellum minoris pericu li: tanto & mitior victoria fuit. Crœſo & vita & patrimonij partes: & vrbes Berſe conceſſa ſunt: in qua & ſi non regiam vitam tamen & proximam maieſtati regię degeret. Hæc clementia non minus victori q̃ victo vtilis fuit. Quippe ex vniuerſa græcia cognito ꝙ illatum Crœſo bellum eſſet/auxilia velut ad commune extinguē- dum incendium confluebant. Tantus Crœſi amor apud omnes vrbes erat: vt paſſurus Cyrus graue bellum gręciæ fuerit: ſi quid in Crœſum crudelius conſuluiſſet. Interiecto deinde tempore oc cupato in alijs bellis Cyro rebellauere lydij/ quibus iterum victis/ arma & equi adempti: iuſſiq; cauponias & ludicras artes & leno- cinia exercere. & ſic gens induſtria quondam potēs & manu ſtrē- nua effœminata mollicie luxuriaq; virtutem priſtinam perdidit.

Att. Cyri i- periū in ly dios iterum victos. Et quos ante Cyrum inuictos bella præſtiterēt: in luxuriam lap- ſos ocium ac deſidia ſuperauit. Fuere lydijs multi Crœſum ante reges varijs caſibus memorabiles: nullus tamen fortunæ Can- Candaules dauli comparandus: qui cum vxorem ſuam quam propter pul- chritudinem nimium diligebat omnibus prædicaret. non contē- tus voluptatum ſuarum tacita conſcientia niſi etiam matrimonij reticenda publicaret prorſus: quaſi ſilentium damnum pulchritu- dinis eſſet/ad poſtremum vt affirmationi ſuæ fidem faceret: eam

-yges. Gygi ſodali ſuo nudam demonſtrauit. Quo facto & amicum in adulterum vxoris illectum hoſtem ſibi fecit: & vxorem veluti tra dito alij amore a ſe alienauit. Nam breui poſt tempore cædes Candauli nu[illegible]arum præmium fuit. Vxor mariti ſanguine do- tata regnum viri & ſe pariter adultero tradidit. Cyrus ſubiecta a- ſia: & vniuerſo oriente in poteſtatem redacto ſcythis bellum intu

Thomyris. lit. Erat autem eo tempore ſcytharum regina thomyris quæ non muliebriter aduentu hoſtium territa cum ꝓhibere eos poſſet: va- dum araxis fluminis tranſire permiſit: & ſibi fœliciorem pugnam inter regni ſui t[illegible]minos rata: & hoſtibus obiectu fluminis fugam difficiliorem. Itaq; Cyrus tranſiectis copijs cum aliquantiſper in ſcythiam pro[illegible] caſtrametatus eſt. Deinde poſtera die cum ſim[illegible] quem p[illegible] refugiens caſtra deſeruiſſet: vnum affatim

Cyri cōſiliū in capiēdo hoſte. & [illegible] neceſſaria reliquit. Quod cum nunciatum reginæ eſſet adol[illegible]entulum filium ad inſequendum eum cum ter tia parte copiarum mittit. Cum ventum ad Cyri caſtra eſſet igna-

rus rei militaris adolescens veluti ad epulas non ad prælium ve-
nisset: omissis hostibus insuetos barbaros vino onerare se patit.
Priusq; scythæ ebrietate q̃ bello vincuntur. Nam cognitis his
Cyrus reuersus per noctem saucios opprimit: omnes quæ scy-
thas cum reginæ filio interficit. Amisso tanto exercitu & quod
grauius dolendum vnico filio Thomyris orbitatis dolorem non
in lachrymas effundit: sed in vltionis solatia intendit. Hostesq; re
centi victoria exultantes pari incidiarum fraude circumdedit.
Quippe simulata diffidentia propter vulnus exceptum refugẽs
Cyrum adusq; angustias perduxit. Ibi compositis in montibus
insidijs ducenta milia persarum cum ipse rege trucidauit. In qua
victoria etiam illud memorabile fuit: quod neq; nuncius tantæ
cladis quidem superfuit. Caput Cyri amputatum in vtrem hu-
mano sãguine repletum conijci regina iubet cum hac exprobra
tione crudelitatis. Satia te sanguine (inquit) quem sitisti Cyrus re
gnauit annis .xxx. non initio tantum regni: sed continuo totius
temporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cã-
byses: qui imperio patris ægyptum adiecit: sed offensus supersti-
tionibus ægyptiorum Apis cæterorumq; deorum ædes dirui iu
bet. Ad amonis quoq; nobilissimum templum expugnãdum ex-
ercitum mittit: qui tempestatibus & harenarum molibus oppres
sus interijt. Post hęc per quietem vidit fratrem suum Mergidem
regnaturum: quo somnio exteritus non dubitauit post sacrilegia
etiam parricidium facere Erat enim difficile vt parceret suis: qui
contemptu religionis crassatus etiam cõtra deos fuerat. Ad hoc
tam crudele ministerium magnum quendam ex [illegible]icis delegit
nomine Comarim Interim ipse gladio sua spõte euaginato in fe
more grauiter vulneratus occubuit: pœnasq; luit seu iperati par-
ricidij: seu sacrilegij perpetrati. Quo nuncio accepto magus ante
famam amissi regis occupat facinus: prostratoq; Mergide cui re-
gnum debebatur: fratrem suum subiecit Oropastem. Erat enim
oris & corporis liniamentis persimilis ac nemine subesse dolũ ar
bitrante pro Mergide rex Horopastes constituitur. Quæ rex eo
occultior fuit: quod apud Persas persona reg[illegible]speciem ma-
iestatis occulitur. Igitur magi ad fauorẽ popu[illegible]dũ [illegible]
ta & militię vocationẽ in trienniũ remittunt: vt [illegible]nũ quod frau
de q̃sierant: indulgẽtia & largitionibus cõfirmarent. Quæ res su
specta primo Orthani viro nobili & in cõiectũra sagacissimo fuit

Cyru cum .cc. milibus persarum ceditur.

Cambyses rex.

Herodotus hunc Smerdem semper appellat non mergidem.

Hũc quoq; Orthanem

Herodotus vocat.

Itaq; per internũcios quærit a filia quæ inter regias pellices erat: an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsam ait: nec ex alia posse cognoscere. quia singulæ separatim recluduntur. Tum pertrectare dormienti caput iubet. Nam mago Cambyses aures vtrasq; præciderat. Factus deinde per filiam certior sine auribus esse regem optimatibus persarum rem indicat: & in cædam falsi regis impulsos sacramento religionis obstringit. Septem tantum conscij fuere huius coniurationis: qui ex continenti ne dato in pœnitentiam spatio res per queq̃ narraretur: occultato sub veste ferro an regiam pergunt. Ibi obuijs interfectis ad magnos perueniunt. Quibus ne ipsis quidem animus in auxilium suum defuit. Si quidẽ stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipsi tamen corripiunt a pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus magum cunctantibus socijs ne ipsum pro mago transfoderent: quia res obscuro loco gerebatur: vel per suum corpus adigi mago ferrum iussit fortuna tamen ita regente: illo incolumi magus interficitur. Occisis magis magna quidem gloria recuperati regni principium fuit: sed multo maior in eo: quod cum de regno ambigerent cõcordare potuerunt. Erant enim & virtute & nobilitate ita pars: vt difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret. Ipsi igitur viam inuenerunt qua de se iudicium religioni & fortunæ committerent. Pacti inter se sunt de statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitũ primus edidisset: rex esset. Nam & solem vnum deũ persæ esse credunt: & equos eidem deo sacratos ferunt.

Herodotus vulneratos ait non interfectos.

Persæ solẽ pro deo venerantur.

Darius rex declaratur.

❡Erat inter cõiuratos Darius Hystaspis filius: cui de regno sollicito equi custos ait: si ea res victoriam moraretur: nil negocij superesse. proinde nocte equam pridie ante cõstitutam diem ad eundem locum ducit: ibiq; equæ equum admittit: ratus ex voluptate veneris futurum: quod euenit. Postera die cũ ad statutã horam omnes venissent. Darij equus cognito loco ex desiderio foeminæ hinnitum statim ædidit: & segnibus alijs fœlix auspiciũ dominio primus emisit. Tanta moderatio cæteris fuit: vt audito auspicio con[illegible]quis desilierint: & Darium regem salutarint: populus [illegible]sus secutus iudicium principum eundem constituit regẽ. Sic regnum persarum septem nobilissimorum virtute quæsitum tam leui momento in vnum collatum est. Incredibile prorsus pro tanta pietate gessisse eos: quod vt eriperent a

magis mori nõ recuſarint:q̃q̃ præter formam virtutemq; hoc im
perio dignam:& cognatio Dario iũcta cum priſtinis regibus fuit.
Principio igitur regni Cyri regis filiam regalibns nuptijs regnum
firmaturus in matrimoniũ recepit:vt non tam in extraneum trãſ
latum q̃ in familiã Cyri reuerſum videretur.Interiecto deinde tẽ
pore cum aſſyrij deſciuiſſent & babyloniam occupaſſent:diffici
liſq; vrbis expugnatio eſſet æſtuante rege vnus de interfectori
bus magorum Sopyrus nomine domi ſe verberibus lacerati to Sopyri faci
to corpore iubet.Naſum & labia & aures ſibi pręcidi:atq; ita regi nus.
inopinãti ſe offert.Attonitum & quærentem Darium cauſas au
ctoremq; tam fœdę lacerationis:tacitus quo ꝓpoſito ſeceri tedo
cet:formatoq; in futurũ conſilio tranſfugæ titulo babyloniã profi
ciſcitur.Ibi oſtendit populo laniatũ corpus.Q ueritur crudelitatẽ
regis:a quo in regni portione nõ virtute ſed auſpicio : nõ iudicio
hominũ:ſed hinnitu equi ſuperatus ſit.Iubet illos ex amicis exẽ
plum capere.quid hoſtibus cauendũ ſit.Hortatur ne mœnibus
magis quam armis confidant patianturq; ſe cõmune bellum re
centiore ira gerere.Nota nobilitas viri pariter omnibus erat nec Babylon
de fide timebant : cuius veluti pignora vulnera corporis:& iniu zopiri arte
riæ notas habebant.Conſtituitur ergo dux omnium ſuffragio/& recipitur.
accepta parua manu ſemel atq; iterum cedentibus ex conſulto
perſis ſecunda prœlia fecit.Ad poſtremum vniuerſum ſibi credi
tum exercitum regi prodidit:vrbemq; ipſam in poteſtatem eius
redegit.Poſt hæc Darius rex bellum ſcythis infert:quod ſequen
ti volumine referetur.

¶Iuſtini Hiſtorici Liber Secundus.



N relatione reꝝ a ſcythis geſtarum:q̃ ſatis am
plæ magnificæq; fuerunt:principium ab origi
ne repetendum eſt.Non enim minus illuſtria
initia quam imperium habuere:nec virorum
imperio magis q̃ fœminarũ virtutibus clarue
re.Quippe cum ipſi parthos bactrianoſq;:fœ
minæ autem eorum an[illegible]egna condi
derint : prorſus vt res ge[illegible] mulierũq;
cõſiderantibus incertum ſit;vter apud [illegible] illu[illegible]or fuerit. Scythaꝝ &
Scytharum gens antiquiſſima ſemper habit[illegible]q̃q̃ inter ſcythas & egiptiorum
ęgyptios diu cõtentio de generis vetuſtate fuerit.Aegyptijs præ vetuſtas.

ęgyptiorũ argumẽta.

dicantibus initio rerum cum aliæ terræ nimio feruore solis arde-
rent: aliæ rigerent frigoris immanitate: ita vt non modo generare
homines sed ne aduenas quidẽ recipere ac tueri possent: priusq̃
aduersus calorem vel frigus velamenta corporis inuenirẽtur: vel
locorum vitia quæsitis arte remedijs mollirentur. Aegyptum ita
temperatã semper fuisse: vt neq; hyberna frigora nec æstiui solis
ardores incolas eius p̃merent. Solum ita fœcundũ vt alimentorꝫ
nulla terra feracior sit in vsus hominũ. Iure igitur ibi primum ho-
mines natos videri debere: vbi educari facillime possent. Contra

Scytharum argumenta

scythæ cœli temperamentũ nullum esse vetustatis argumentum
putabant. Quippe naturam cũ primum incrementa caloris & fri
goris regionibus distinxerit: statim ad locorum patientiam ani-
malia quoq; generasse: sed arborum atq; frugum pro regionũ cõ
ditione apte genera varieta. Et quãto scythis sit cœlum asperius
q̃ ægyptijs: tanto & corpora & ingenia esse duriora. Cęterꝫ si mũ
di quæ nunc partes sunt aliquãdo vnitas fuit: siue illuuiues aqua
rum principio rerum terras obrutas tenuit: siue ignis qui & mun
dũ genuit cuncta possedit: vtriusq; primordij scythas origine prę
stare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit/qui paulatim extin
ctus sedem terris dedit: nullam priusq̃ septẽtrionalem patrẽ hye-
mis frigore ab igne secretam: adeo vt nunc quoq; nulla magis ri-
geat frigoribus. Aegyptũ vero & totum orientem tardissime tẽpe
ratum: quippe qui etiam nunc torrenti calore solis exestuat. Q đ
si omnes quondam terræ summersæ profundo fuerunt: profecto
æditissimam quãq; partem decurrentibus aquis prius detectam:
humilimo autem solo eandem aquam diutissime immoratã. Et
quanto prior quæq; pars terrarum siccata sit: tanto prius anima-
lia generare cœpisse. Porro scythiam adeo ęditiorẽ omnibus ter
ris esse: vt cuncta flumina ibi nata in meotida: tum deinde in põ-
ticum & in ęgyptum mare decurrant. Aegyptum autem quę tot
regum/tot sęculorum cura impensaq; munita sit: & aduersus vim
decurrentium aquarum tantis instructa molibus: tot fossis cõcisa
vt cum his arceantur illis recipiantur aquæ: nihilominus coli nisi
concluso nilo/non potuerit/nec possit videri hominum vetustate

De ęgypto exaggerata vide Herodotum.

vltima: quæ exaggerationibus regum siue nili trahentis limũ ter
rarum recentissima videatur. His igitur argumẽtis superatis ęgy-
ptijs antiquiores semper scythę visi. Scythia in orientẽ porrecta
includitur ab vno latere ponto: & ab altero montibus thiphæis:

A tergo asia & phasi flumine/multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli: neq; enim agrum exercent/nec domus illi vlla/aut tectum aut sedes est. Arméta & pecora semper pascentibus & per incultas solitudines errare solitis: vxores liberosq; secum in plaustris vehunt. Quibus corijs imbrium hiemisq; causa tectis pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingenijs culta non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto munimentoq; pecora & armenta habentibus: quid saluum esset si furari liceret. Aurum & argentũ perinde asper natur: ac reliqui mortales appetũt: lacte & melle vescuntur. Lanæ ijs vsus ac vestium ignotus: & quãq̃ continuis frigoribus vtantur: pellibus tamen ferinis aut murinis vestiũtur. Hęc cõtinentia illis/ morum quoq; iusticiã dedit nihil alienũ cõcupiscẽtibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est: vbi & vsus. Atq; vtinam reliquis mortalibus simul moderatio & abstinentia alieni foret. Profecto nõ bellorum tantum per omnia sæcula terris omnibus continueretur ne plus hominum ferrum & arma q̃ naturalis fatorum conditio rapere: Prorsus vt admirabile videatur hoc illis naturam dare: quod græci longa sapientum doctrina præceptisq; philosophorum consequi nequeunt: cultosq; mores incultæ barbariæ collatione superari. Tanto plus in illis proficit viciorum ignoratio: quanto in his cognitio virtutis. Imperium asiæ ter quęsiuere scythæ. ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut inuicti mansere. Darium regem psarum turpi a scythia summouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem Cæpyronam pari ratione cum copijs vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere nõ sensere arma. Mox parthicũ & bactrianũ imperiũ ipsi cõdiderũt. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immense nihil parare: quod amittere timeãt: nihil victores præter gloriam concupiscunt. Primus scythis bellum intulit Vxores rex ægyptius missis prius legatis: qui hostibus parandi legem dicerunt. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis a finitimis certiores facti legatis respondent. Miramur tam opulenti populi ducem stolide aduersus inopes occupasse bellum: quod magis domi fuerit illi timendum: quod belli certamen anceps/ præmia victoriæ nulla: damna manifesta sint. Igitur non expectaturos scythas dum ad se veniatur: cum tanto sibi in hoste plura concupiscenda sint: vltro proditurος obuiam. Nec dicto res morata: quos cum tanta celeritate

Scytharũ ritus.

Scytharũ iustitia & abstinentia.

Scythero. arma audiuere nõ sensere.

Vexoris fuga.

venire res didicisset: in fugam vertitur/ & exercitu cum omni apparatu belli relicto in regnum trepidus se recepit. Scythas ab ęgypto paludes prohibuere. Exinde reuersi asiam perdomitam vectigalem fecerunt: modico tributo magis in titulum imperij q̃ in victorię pręmium imposito: quindecim annis pacandæ asię morati vxorem flagitatione reuocantur per legatos denunciantium ni redeant: sobolem se ex finitimis quæsituras: nec passuras vt in posteritatem scytharum genus per fœminas intercidat. His igit̃ asia per mille quingentos annos vectigalis fuit. pendendi tributi finem Ninus rex assyriorum imposuit. Sed apud scythas medio tempore duo regij iuuenes Plinos & Scholpythus per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere: & in cappadociæ ora iuxta amnem thermodoonta consedere subiectosq; thermis cyreos campos occupauere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti/ conspiratione populorum per insidias trucidantur. Horum vxores cum viderent exilio suo additã orbitatem arma sumpsere: finesq; suos summouentes primo mox inferentes bella defendunt. Nubendi quoq; finitimis animũ omisere seruitutẽ non matrimonium appellantes. singulare omnium sęculorum exemplum. Auxere rempublicam sine viris: iam etiam cum contemptu virorum se tuentur: & ne fœliciores alię alijs viderentur: viros qui domi remanserant: interficiunt. Vltionem quoq; cæsorum coniugum excidio finitimorum cõsequuntur. Tu ne pace armis quæsita ne gens interiret cõcubitum finitimorum ineũt. Si qui mares nascerentur: interficiebantur. Virgines in eũdem ipsum morem nõ ocio neq; lanificio/ sed armis. equis. venationibus exercebant/ inustis infantium dexterioribus mammis: ne sagittarum iactas impediretur: vnde amazones dictæ sunt. Due regine

Amazonũ origo.

his fuere Marthesia & Lampedo: quæ in duas partes agmine diuiso inclyte iam opibus vicibus gerebant bella sollicitæ terminos alternis defendentes: & ne successibus deesset auctoritas: generatas se marte prędicabant. Itaq; maiore parte europæ subacta: asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauerę. Ibi epheso multisq; alijs vrbibus cond[illegible] exercitus cum ingenti præda domum remittunt. R[illegible] ad tuendum Asiæ imperium remanserent concu[illegible] cum Marthesia regina interficiuntur. In cuius locum filia eius Ottera regno succedit. Cui præter singularem belli industriam eximia seruare in omne æuum

Amazonũ successus.

virginitatis admiratio fuit.Huius virtute tantum additũ gloriæ & famæ amazonibus est: vt Herculi rex:cui.xij.stipendia debebat quasi impossibile imperauerit:vt arma reginę amazonũ sibi afferret.Igitur eo profectus longis nouã nauibus comitante principum græcię iuuentute inopinantes aggreditur.Duæ ex quattuor tunc sorores amazonum regna tractabant. Antiope:& Ottera: quarum Ottera foris bellum gerebat.Igitur cum hercules ad littus amazonum applicuisset infrequens multitudo cum Antiopa regina nihil hostile metuente erat.Quare affectum est vt pauce repentino tumultu excitate arma sumerent.facilemq; victoriã hostibus parent.Multæ ita cæse capteq;:in his due captę sunt Antiope sorores Menalippe ab Hercule.Hippolyte a Theseo.Sed Theseus obtentam in prę mium captiuam eandẽ in matrimonium assumit:ex ea genuit Hippolytum.Hercules post victoriam Menalippen captiuam sorori reddidit: & præciũ arma reginæ accepit.Atq; ita imperio functus ad regem reuertit. Sed Ottera vbi comperit bellum sororibus illatum.& raptorem esse atheniẽsium principem/hortatur comites in vltionem: frustraq; & ponti sinum:& asiam domitam esse dicit.si grecorum nõ tam bellis q̃ rapinis pateant.Auxilium deinde a Sygillo rege scytarũ petit.Genus se scytharum esse cladem virorum:necessitatem armorum belli causas ostendit.assecutasq; virtute segniores viris fœminas habere scythæ viderentur.Motus ille domestica gloria mittit cum ingenti equitatu filium Penax agoram in auxiliũ. Sed ante prælium dissensione orta ab auxilijs desertæ bello ab atheniensibus vincuntur.Receptaculum tamen habuere castra sociorum:quorum auxilijs intactæ ab alijs gentibus in regnũ reuertuntur. Post Otteram penthesilea regno potita est:cuius troiano bello inter fortissimos viros:cum auxilium aduersus grecos ferret magna virtutis documẽta extitere.Interfecta demum penthesilae exercituq; eius assumpto pauce quæ remanserant egresse/aduersus finitimos defendentes vsq; ad tempora Alexandri magni durauerunt.Harum Minithia siue Talestris regina concubitu Alexandri per dies.xiiij.ad sobolem ex eo generandam obtẽto:reuersa in regnũ breui post tempore cũ omni amazonũ nomine intercidit.Scythæ autem tertia expeditione asiana cũ annis.vij.a coniugibus & liberis abfuissent:seruili bello domi excipiuntur.Quippe cõiuges eorum longa expectatione virorum

Amazonũ cedes hercules

Theseus

Sigillus rex

Pẽthesilae.

fesse:nec iam teneri bello: sed deletos ratæ:seruis ad custodiam pecoris relictis nubunt : qui reuersos cũ victoria dominos velut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuisset admonentur Scythæ mutare genus pugnæ:memores nõ cum hostibus sed cum seruis prœliandum:nec armoꝝ sed domi norũ iure vincendos:verbera in aciem non tela ferẽda:omissoq; ferro virgas & flagella cæteraq; seruilis metus paranda instrumẽta. Probato omnes consilio:instructi sicut præceptum erat postq̃ ad hostes accessere inopinantibus verbera intentant/ad eoq; illos perturbant/vt quos ferro non poterant:metu verberum vincerent:fugãq; non vt hostes:victi sed vt fugitiui serui capesserent quicũq; capi potuerũt supplicia crucibus luerũt. Mulieres quoq; male sibi consciæ partim ferro:partim suspendio vitam finierũt.

Scytharum consilium in vincendis seruis.

¶Post hoc apud scythas pax fuit vsq; tempora Lanthini regis huic Darius rex persarum/sicut supra dictũ est(cũ filiæ eius nuptias nõ obtinuisset:bellum intulit. & armatis septingentis milibus hominum scythiã ingressus/nõ facientibus hostibus pugnę potestatem:metuens:ne interrupto ponte. Istri reditus sibi intercluderetur:amissis nonaginta milibus hominum trepide refugit. quæ iactura abundante multitudine inter damna numerata nõ est. Inde Asiã & Macedoniam domuit:Ionas quoq; nauali ꝑlio superat. Demũ cognito ꝙ athenienses Ionijs auxilium contra se tulissent omnem impetum belli in eos conuertit. Nunc quoniam ad bella Atheniensiũ ventũ est quę non modo vltra spem gerẽdi verum etiam vltra gesti fidem parata sunt:operaq; atheniẽsium effectu maiora q̃ voto fuerunt:paucis verbis origo repetenda est quia non vt cætere gentes a sordidis initijs ad summa creuere. Soli enim præter q̃ incremento etiã origine gloriantur. Quippe nõ aduene neq; passim collecte populi colluuies originem vrbi dedit:sed in eodem nati solo:quod incolũt/& quę illis sedes eadem origo est. Primi lanificij & olei & vini vsum docuere : arare quoq; & serere frumẽta glande vescentibus monstrauerũt:literæ certe ac facundia & hic ciuilis ordo disciplinæ veluti templum athenas habent. Ante Deucalionis tempora regem habuere Cecropem quem/vt omnis antiquitas fabulata est bifrontem prodidere:quia prius marem fœminæ matrimonio iunxit. Huic successit Cranaus/cuius filia Athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphionides regnauit/qui primus Mineruę vrbem sacrauit : &

Darij fuga.

Athenarũ laudes.

Cur bifrons dictus Cecrops.

nomē ciuitati Athenas dedit. Huius tēporibus aquarum illuuies maiorem partem gręcię absumpsit. Superfuere quos refugia mōtium receperūt. aut ad regem thessaliæ Deucalionē ratibus vecti sunt: a quo ꝑpterea genus hominum cōditum dicitur. per ordinē deinde successionis regnum ad Erechtheum descendit: sub quo frumenti satio apud eleusinam a Triptolemo reperta in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratæ. Tenuit & Aegęus Thesei pater Athenis regnum: a quo per diuortium decedens Medea propter adultam priuigni ætatem. colchos cū medo filio ex Aegeo suscepto cōcessit. Post Aegęum Theseus ac deinde post Thesei filius demophoon (qui auxilium græcis aduersus troianos tulit) regnum possedit. Erāt inter Athenienses & Doriēses simultatū veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses de euentu belli oracula consuluerunt: respōsum superiores fore: ni regē Atheniēsium occidissent. Cum ventū esset in prælium militibus ante om̄ia custodia regis pręcipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat. qui & responso dei & præceptis hostium cognitis permutato regis habitu pānosus sarmenta collo gerens castra hostium ingreditur. Ibi in turba obsistentium a militæ: quē falsę astu vulnerauerat: interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine pręlio discedunt. Atq; ita Atheniēses virtute ducis pro salute patriæ morti se offerentis bello liberantur. Post codrum nemo Athenis regnauit. quod memoriæ nominis. eius tributum est. Administratio reipublicæ annuis magistratibus permissa est. Sed ciuitati nulle leges tunc erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Eligit itaq; Solon vir iustitia insignis: qui velut nouam ciuitatem legibus conderet qui tanto tēperamento inter plebem senatumq; egit: cum si quid pro altero ordine tulisset alteri displiciturum videretur: vt ab vtrisq; parem gratiam traheret. Huius viri inter multa egregia & istud memorabile fuit. Inter Athenienses & Megarenses de proprietate salaminæ insulæ prope vsq; ad interitum armis dimicatū fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses cœpit: si quis legem de vendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solō ne aut tacendo parum reipublicę consuleret: aut censendo periculum sibi afferret: subitam dementiā simulat: cuius venia non dicturus modo prohibita sed facturus erat. Deformis habitu more vecordium in publicū euolat: factoq; cōcursu hoim quo magis cōsiliū dissimularet: insolitis sibi versibus suadere populo cæpit qđ ve

Codrus rex

Solon.

Ast. Solonis artem in suadendo bello.

tabatur: omniumq; animos ita cœpit: vt exemplo bellum aduersus megarenses decerneretur: insulaq; deuictis hostibus Atheniẽsium fieret. Interea megarẽses memores illati ab atheniẽsibus belli. & veriti ne frustra arma mouisse viderentur: matronas atheniẽsium in eleusinis sacris noctu oppressuri naues conscendunt. qua re cognita dux atheniensium Pisistratus iuuentutem. in insidijs collocat: iussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in accessu hostium ne intellectos se sentiant sacra cęlebrare: egressosq; nauibus megarenses inopinantes aggressus deleuit: ac protinus classe captiua intermixtis mulieribus vt speciem captiuarum matronarum præberent Megaram contendit. Illi & cum nauium formã & petitam prędam agnoscerent obuij ad portum procedunt: quibus cæsis Pisistratus & paululum a capienda vrbe abfuit. Ita megarenses suis dolis hosti victoriam dedere. Sed Pisistratus quasi sibi non patriæ vicisset tyrannidem per dolum occupat. Quippe verberibus voluntarijs domi affectus laceratoq; corpore in publicum progreditur: & aduocata concione vulnera populo ostendit de crudelitate principum: a quibus hoc se passum simulabat: quæritur addũtur vocibus lachrymæ: & inuidiosa oratione multitudo credula incenditur: amore plębis inuisum se senatui affirmat: obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium: per quos occupata Tyrannide per annos. xxxiiij. regnauit. Post cuius mortem Diocles alter ex filijs per vim stuprata virgine a fratre puellę interficitur. Alter Hippias nomine cum imperium paternum teneret: interfectorem fratris compræhendi iubet: qui cum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur: omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfectis quærenti tyrãno an adhuc reliqui cõscij essent: nemo ait superest: quem amplius mori gestiam quam ipsum tyrannum: qua voce eiusdem tyranni se victorem post vindictam pudicitiæ sororis ostendit. Huius virtute cum admonita ciuitas libertatis esset: tãdem Hippias regno pulsus in exilium agitur: qui profectus in persas decem se Dario inferenti atheniensibus bellum (sicuti supra significatum est) aduersus patriam suam offert. Igitur athenienses audito Darij aduentu auxilium a lacedęmonijs sociatum ciuitate petierunt: quos vbi viderunt quatriduí teneri eligione: non expectato auxilio/ instructis decem milibus ciuium/ platensibus auxiliarijs mille aduersum sexcenta milia hostium in campos marathonios in prælium egrediuntur.

Pisistrati ars in megarẽsibus opprimendis.

Pisistratus tyrãnidem occupat.

Milciades & dux belli erat & auctor non expectandi auxilij: quē tanta fiducia cœperat: vt plus pręsidij in celeritate q̄ in socijs duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit: adeo vt cum mille passus inter duas acies essent: citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem venirent/ nec audaciæ eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta virtute vt hinc viros in de pecudes putares: victi persæ in naues confugerunt: ex quibus multæ suppressæ: multæ captæ. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit: vt cuius laus prima esset difficile iudicium videretur/ inter cæteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit: in quo iam tunc indoles futuræ imperatoriæ virtutis apparuit. Cynegeri quoq; militis atheniensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est: qui post prelij innumeras cædes cum fugiētes hostes ad naues egisset: onustam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisit q̄ manum amitteret. Tum quoq; amputata dextra nauē sinistra comprehendit/ quam & ipsam cum amisisset ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo virtutem fuisse: vt non tot cædibus fatigatus: non ambabus manibus amissis victus ad postremum truncus & veluti rabida fera dentibus dimicauerit. ducenta milia persę eo prelio sine nauigio amiserunt. Cęcidit & Hyppias tyrannus Atheniensis auctor & concitator eius belli dijs patrię vltoribus pœnas repetentibus. Interea & Darius cum bellum restauraret in ipo apparatu decidit: relictis multis filijs & in regno & ante regnum susceptis. Ex his arthemenes maximus natu/ ætatis priuilegio regnum sibi vendicabat quod ius & ordo nascendi & natura ipsa gentibus dedit. Porro. Xerxes cōtrouersiam non de ordine/ sed de nascendi fœlicitate referebat. Nam quod Arthemenem primū quidem Dario sed priuato prouenisse: se regi primum natum: fratres itaq; suos qui ante geniti essent priuato priuatum patrimonium quod eo tempore Darius habuisset non regnum sibi vendicare posse: se esse primum quem in regnum rex pater sustulerit Huc accedere quod Arthemenes non patre tantum sed & matre priuatę adhuc fortunę auo quoq; materno priuato creatus sit: se vero & matre regina natum: & patrem non nisi regem vidisse: auum quoq; maternum Cyrum regem habuisse nō heredem: sed conditorem tanti regni. Itaq; & si ęquo iure vtrūq; fratrem pater reliquisset: materno se tamen iure & auito vincere. Hoc certamen concordi animo ad patruū suum

Persę ad Maratonē vincunt.

Cynegeri virtus.

Hyppie tyrāni interit⁹

Darij interitus.

Anapharnem veluti ad domesticum iudicem deferũt: qui domi
cognita causa Xerxem ꝑposuit: adeo quæ fraterna contentio fuit
vt nec victos insultauerit: nec victus indoluerit. ipsoq; litis tempo
re inuicem munera miserint: & iucunda quoq; inter se non solum
credula conuiuia habuerint. Iudicium quoq; ipsum sine arbitris.
sine conuitio fuerit. Tanto moderatius tum fratres inter se regna
maxima diuidebant/ quanto nunc exigua patrimonia partiun-
Xerxes in greciã bellũ instruxit. tur. Igitur Xerxes bellum a patre cœptum aduersus græciam per
quinquennium instruxit. Quod vbi primum didicit Demaratus
rex lacedęmoniorum: qui apud Xerxem exulabat: amicior patre
Dęmaratus post fugam quem regni post beneficia: ne inopinato bello oppri
merentur: omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit: eas-
dem cæra super inducta delet: ne aut scriptura sine tegmine indi
cium daret: aut recens cæra dolum proderet. Fido deinde seruo
perferendas tradit: iusso magistratibus spartanorum tradere qui-
bus perlatis lacedęmona quęstioni res diu fuit: quod neq; scriptũ
aliquid viderent: nec frustra missas suspicarentur: tantoq; rem ma
iorem quanto sit occultior putabant. Hærentibus in coniectura
viris soror regis Leonidæ consilium scribentis inuenit. Erasa igit̃
cæra belli consilia deteguntur. Iam Xerxes septingenta milia de
Atf. bellicũ. regno armauerat: & trecenta milia de auxilijs parauerat vt non
immerito ꝓditum sit/ flumina ab exercitu eius siccata græciamq;
omnem vix capere exercitum eius potuisse. Naues quoq; decies
centum milia numero habuisse dicitur huic tanto agmini dux de
fuit. Cæterum si regem spectes: diuitias nõ ducem laudes: quarũ
tanta copia in regno eius fuit: vt cum flumina multitudine consu
merentur: opes tamen regiæ superessent. Ipse autem primus in fu
ga: postremus in prælio semper visus est: in periculis timidus: sicu
bi metus abesset inflatus. Deniq; ante experimẽtum belli fiducia
virium veluti naturę ipsius dominus & montes in planum dedu-
cebat & conuexa vallium æquabat/ & quædam maria pontibus
sternebat: quædam ad nauigationis cõmodũ per compendium
ducebat: cuius introitus in græciam q̃ terribilis tam turpis ac foe-
dus discessus fuit. Nãq; cum Leonida rex spartanoꝝ cum quat-
tuor milibus militum angustias thermopylaꝝ occupasset. Xerxes
contẽptu paucitatis eos pugnam capessere iubet: quorũ cognati
Marathonia pugna interfecti fuerant: qui dum vlcisci suos quæ-
runt: principiũ cladis fuere: succedẽte deinde inutili turba maior

cædes æditur. Triduo ibi cum dolore & indignatione persarum dimicatum. quarto die cum nunciatum esset Leonide a.xx. milibus hostium summum cacumen teneri: tunc hortatur socios recedant & se ad meliora patriæ tempora reseruent: sibi cum spartanis fortunam experiendam: plura patriæ quam vitę debere: cæteros ad pręsidia gręcię seruandos. Audito regis imperio discessere cæteri: soli lacedęmonij remanserunt. Initio huius belli sciscitantibus delphis oracula: respõsum fuerat/aut regi spartanorum: aut vrbi cadendum. Et idcirco cum rex Leonides in bellum proficisceretur: ita suos firmauerat: vt ire separato ad moriẽdũ animo scirent. Angustias propterea occupauerat: vt cum paucis aut maiore gloria vinceret: aut minore damno reipublicæ caderet. Dimissis igitur socijs hortatus spartanos meminerint: qualitercunq; pręliarentur: cadendum esse/cauerent: ne fortius mansisse quam dimicasse videantur: nec expectandum vt ab hoste circũuenirentur: sed cum nox occasionẽ daret securis & lætis superueniẽdum nusq̃ victores honestius quã in castris hostiũ perituros. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori. statim arma capiũt: & sexcẽti viri castra quingentorum milium irrumpunt. Statimq; regis prætorium petunt: aut cũ illo aut si ipsi oppressi essent in ipsius potissimum sede morituri. Tumultus totis castris oritur. Spartani postquę regem non inueniũt/per oĩa castra victores vagantur: cedũt sternuntq; oĩa: vt qui sciant se pugnare. non spe victoriæ: sed in mortis vltione. Pręliũ a principio noctis in maiorem partem diei tractum. Ad postremum non victi sed vincendo fatigati/inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. Xerxes duobus vulneribus terrestri prælio acceptis experiri maria fortunam statuit. Sed Atheniensiũ dux Temistocles cum aduertisset Ionas: propter quos bellum persarũ rex susceperat: in auxiliũ regis/classe venisse sollicitare eos in partes suas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberent: quo applicaturi erant symbolos proponi & saxis proscribi curat. Quę vos Iones dementia tenet? quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus vestris nuper etiam vindicibus cogitatis? An ideo mœnia vestra condidimus: vt essent: qui nostra delerent? quid si non hæc & Dario prius: & nunc Xerxi belli causa nobiscum foret: quod vos rebellantes non destituimus? quin vos in hęc nostra castra ex ista obsidione trãsitis? Aut si hoc parum tutum extat: vos commisso ꝓlio ite cessim

Leonide Spartani facinus.

Spartanorum virtus.

inhibete remos: & a bello discedite. Ante naualis prelij congressionem miserat Xerxes quattuor milia armatorũ delphos ad templum Apollinis diripiendum: prorsus quasi non cum grecis tantum/sed cum dijs immortalibus bellum gereret: que manus tota imbribus & fluminibus deleta est: vt intelligeret quanto grauior offensa deorum esset: tanto nullas esse hominum aduersus deos vires. Post hec Tespias & plateas & athenas vacuas hominibus incendit: & quoniam ferro non poterat in homines: in ædificia igne grassatur. Namq; Athenienses post pugnam Maratoniam præmouente Temistocle victoriam illam de persis: non finem: sed causam maioris belli fore. cc. naues fabricauerunt. Aduentante igitur Xerxe consulentibus delphis oraculum responsum fuerat: salutem muris ligneis tuerentur. Temistocles nauium præsidium demonstratum ratus: persuadet omnibus patriam municipes esse non mœnia: ciuitatemq; non in ædificijs: sed in ciuitatibus positam. Melius itaq; salutem nauibus quam vrbi commissuros huius sententiæ etiam deum auctorem esse. Probato consilio cõiuges liberosq; cũ preciosissimis rebus abditis insulis relicta vrbe demendant/ipsi naues armati conscendunt. Exemplum athenensium & alie vrbes imitate. Itaq; cũ adunata omnis sociorum classis & intenta in bellum nauale esset angustiasq; salaminij freti (ne circumueniri a multitudine possent) occupassẽt: dissensio inter ciuitatum principes oritur: qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi vellent/timẽs. Temistocles ne discessu sociorum vires minuerentur: per seruũ fidũ Xerxi nunciat vno in loco eũ cõtractam greciam posse capere facillime: quod si ciuitates que iam abire vellent dissipentur maiore labore ei singulas cõsectãdas. Hoc dolo impellit regem signũ pugne dare. Greci quoq; aduentu hostiũ occupati preliũ collatis viribus capessũt. Interea rex velut spectator pugne cũ parte nauiũ in littore remanet. Artemisia aũt regina halicarnassis que in auxiliũ Xerxi venerat/inter primores duces bellũ acerrime ciebat: quippe vt in viro muliebrem timorem/ita in muliere virilem audaciam cerneres. Cũ anceps prælium esset: Iones iuxta preceptũ Themistoclis pugne se paulatim subtrahere cœperunt: quorum defectio animos ceteris fregit. Itaq; circunspicientes fugam pelluntur persæ. & mox prælio victi infugam vertuntur. In qua trepidatione multæ summersæ naues: multæ captæ sunt: plures tamen non minus sæuitiam regis q̃ hostem ti-

Persarũ manus imbribus deletas

Vide nemunicipum potius sit legẽdum q̃ munícipes.

Naualis pugna ad Salaminem cõmissa.

mentes domum dilabũtur. Hac clade perculsum & dubium con silij Xerxem Mardonius aggreditur. Hortat: vt in regnũ abeat: nequid seditiõibus moueat fama aduersi belli: & in manus sicuti mos est oĩa extollens sibi. ccc. milia armatoꝝ lecta ex omnibus copijs relinquat/qua manu aut cũ gloria eius perdomiturum se gręciã: aut si aliter euentus fuerat sine eiusdem infamia hostibus cessurum. Probato cõsilio Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ip̃e reducere in regnum parat. Sed græci audita regis fuga consiliũ ineunt pontis interrũpendi: quem ille abydo velut victor maris fecerat: vt intercluso aditu/aut cum exercitu delere tur: aut desperatione rerum pacem victus petere cogeretur. Sed Themistocles timens ne interclusi hostes in desperationem vir tutem verterent: & iter quod aliter non pateret ferro patefacerẽt satis multos hostes in græcia remanere dictitans nec auguri nu merum retinendo oportere: cum vincere consilio cęteros nõ pos set eundem seruum ad Xerxem mittit certioremq; consilij facit. & occupare transitum matura fugat iubet. Ille perculsus nuncio tradit ducibus milites perducendos/ipse cũ paucis Abydon cõ tendit. Vbi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offen disset: piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo di gna: & ad ęstimationem rerum humanæ sortis varietate mirãda. In exiguo latentem videre nauigio: quem paulo ante vix æquor omne capiebat: carẽtem etiam omni seruorum ministerio: cuius exercitus propter multitudinem terrę graues erãt Nec pedestri bus copijs quas ducibus assignauerat fœlicius iter fuit. Siquidẽ quottidiano labori (neq; enim vlla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorũ deinde dierum inopia contraxerat & pestem: tantaq; fœditas morientium fuit: vt viæ cadaueribus im plerentur alitesq; & bestię escæ illecebris sollicitatæ exercitum se querentur. Interim Mardonius olinthum in græcia expugnat. Atheniẽses quoq; in spem pacis amicitiamq; regis sollicitat: spõ dens incensæ eorum vrbis etiam in maius restitutionem.

Turpis Xerxis fuga.

Att. fortu nę varietatem in Xer xe.

¶ Postq̃ nullo pręcio libertatem vidit his venalem: incensis q̃ ędificare cœperat: copias in boetiam trãsfert: eo & gręcorũ exer citus qui centũ milium fuit secutus est. Ibiq; pręlium commissum sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nã victus Mardoni us veluti eo naufragio cum paucis profugit/castra referta regalis opulentiæ capta. Vnde primum græcos diuisos inter se auro per

Vincitur Mardoni us in boetiã

ſico diuitiarum luxuria cœpit. Eodẽ forte die quo Mardonij copiæ deletę ſunt etiam nauali prelio in aſia ſub monte mycale aduerſus perſas dimicatum eſt. Ibi ante congreſſionem cum claſſes ex aduerſo ſtarent: fama ad vtrunq; exercitum venit viciſſe græcos: & Mardonij copias occidione occidiſſe. tantum famæ velocitatem fuiſſe: vt cum matutino tempore prælium in boetia commiſſum ſit meridianis horis in aſiam per tot maria & tantum ſpatu tam breui horarum momento de victoria nunciatum ſit. Confecto bello cum de præmijs ciuitatum ageretur / omnium iudicio athenienſium virtus cæteris prælata. Inter duces quoq; Themiſtocles princeps ciuitatum teſtimonio iudicatus gloriam patriæ ſuæ auxit. Igitur athenienſes aucti & præmijs belli & gloria: vrbem ex integro condere moliuntur. Cum mœnia maiora complexi fuiſſent: ſuſpecti eſſe lacedęmonijs cœpere: recte reputantibus ruinam vrbis tantum incrementi dediſſe: quãtum ſit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos: qui monerent ne munimenta hoſtibus & receptacula futuri rurſus belli extruant. Themiſtocles vt vidit ſpei vrbis inuideri non exiſtimans abrupte agẽdum / reſpõdit legatis: ituros lacedæmona qui de ea re pariter cũ illis conſulant. Sic dimiſſis ſpartanis hortatur ſuos vt opus maturent. Deinde ipſe interiecto tẽpore in legationẽ proficiſcitur: & nunc in itinere infirmitate ſimulata: nũc tarditatẽ colligarũ accuſans ſine quibus agi iure nihil poſſit: diem de die proferendo ſpatiũ conſumando operi quęrebat: cum interim nũciatur ſpartanis opus athenienſium maturari propter qđ denuo legatos mittunt ad inſpiciendam rem. Tum Themiſtocles per ſeruum magiſtratibus ſcribit Athenienſiũ: legatos vinciant: pignuſq; teneant: ne in ſe grauius conſulatur: adit deinde concionem lacedęmoniorum indicat permunitas athenas eſſe: & poſſe illatum bellum non armis tantum: ſed etiã muris ſuſtinere. Siquid ob eam rem de ſe crudelius ſtatuerent / legatos eorum athenis in hoc pignus retẽtos / grauiter deinde caſtigat eos: ꝙ non virtute ſed imbecilitate ſociorum potentiam quęrerent. Sic dimiſſus veluti triũphatis ſpartanis a ciuibus excipitur Poſt hęc ſpartani ne vires ocio corrumperent [illegible] his illatum a perſis græciæ bellum vlciſcerentur: vltro fines eorum depopulantur: ducem ſuo; ſociorumq; exercitui deligunt Pauſaniam: qui pro ducatu regnũ græcię affectus proditionis pręmium cum Xerxe nuptias filiæ eius paſcitur redditis

Themiſtoclis ars ĩ includendis lacedęmonijs.

captiuis vt fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit p̄terea Xerxi quoscunq; ad se nuncios misisset / interficeret: ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux Atheniensium Aristides belli socius electus collegæ conatibus obuiam eundo simul & in rem sapienter consulendo proditionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias damnatur. Igitur Xerxes cũ proditionis dolum publicatum videret ex integro bellum instituit. Græci quoq; ducem instituũt Cimonem Atheniensem filiũ Milciadis: quo duce apud Marathonem pugnatum est: iuuenem: cuius magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem coniectum / vibiq; defunctum trãslatis in se vinculis ad sepulturam redemit. Nec in bello iudicium diligentium fefellit. Siquidem nõ inferior virtutibus patris. Xerxem terrestri naualiq; bello superatum trepidum se recipere in regnum coegit.

Aristides

Pausanias dãnatur

Cimon.

Xerxes iterum vincit.

¶Iustini Historici Liber Tertius.



Erxes rex persarum terror antea gentium bello in græcia infœliciter gesto etiam suis contẽptui esse cœpit. Quippe Artabanus præfectus eius deficiente quottidie regis maiestate in spem regni aductus cũ .vij. robustissimis filijs regiã vesperi ingreditur. Nã amicitiæ iure semper illi patebat. Trucidatoq; rege voto suo obsistentes filios eius dolo aggreditur. Securior de Artaxerxe puero admodũ fingit regem a Dario qui erat adolescẽs quo maturius regno potiret occisum: impellit Artaxerxem parricidium parricidio vindicare Cũ ventũ esset ad domũ Darij dormiẽs / inuentus quasi somnum fingeret: interficitur. Deide cum vnũ ex regis filijs sceleri super esse Artabanus videret: metueretq; de regno certamina principum assumit in societatem cõsilij Baccabassum: qui p̄senti statu cõtentus rẽ prodit Artaxerxi: vt pater eius occisus sit: vt frater falsa parricidij suspitione oppressus: vt deniq; ipsi pararẽtur insidiæ His cognitis Artaxerxes verens Artabani numerum filiorum: in posterum diem paratum esse exercitum armatũq; iubet: recogniturus & numerũ militũ: & in armis industriã singulorũ. Itaq; cum inter cæteros & ipse Artabanus armatus asisteret / rex simulat se breuiorem loricam habet. Iubet Artabanum secum commutare.

Xerxis interitus.

Artabani cedes.

exeuntem se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripi iubet: atq; ita egregius adolescens & cædem patris: & necē fratris: & se ab insidijs Artabani vindicauit. Dum hæc in persis gerū tur: interea græcia omnis ducibus lacedęmonijs & Atheniensibus in duas diuisa partes ab externis bellis velut in viscera sua arma conuertit Fiunt igitur de vno populo duo corpora: & eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc lacedæmonij cōia quōdam ciuitatum auxilia ad vires suas trahebant. Inde Athenienses & vetustate gentis & gestis rebus illustres proprijs viribus confidebant. Atq; ita duo potentissimi græcię populi institutis Solonis & Lycurgi legibus pares ex ęmulatione virium in bellum ruebant. Namq; Lycurgus cum fratre suo Polybitæ spartanorum regi successisset regnumq; sibi vendicare potuisset. Charilao filio eius qui natus posthumus fuerat cū ad ætatem adultam venisset regnum summa fide restituit: vt intelligerent omnes quanto plus apud bonos pietatis iura quā omnes opes valerent. Medio igitur tempore dum infans cōualescit tutelāq; eius administrat/non habētibus spartanis leges instituit: non inuentione earum magisq̄ exemplo clarior. Siquidem nihil lege vlla in alios sanxit/ cuius non ipse primus in se documenta daret: populum in obsequia principum: principes ad iustitiam imperiorum firmauit. Parsimoniam omnibus suasit: existimans laborem militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non pecunia sed cōpensatione merciū iussit. Auri argētiq; vsum velut omnium sceleꝝ materiam sustulit. Administrationem reipublice per ordines diuisit. Regibus potestatē belloꝝ magistratibus iudicia & annuas successiones: senatui custodiā legum: populo sub legendi senatū vel creandi quos vellet magistratus potestatem permisit/ fundos omnium ęqualiter inter omnes diuisit: vt æquata patrimonia neminem potentiorem alteri redderent: conuiuari omnes publice iussit: ne cuius diuitiæ vel luxuria in occulto essent. Iuuenibus non amplius vna veste vti toto anno permissum: nec quemq̄ cultius q̄ alterum progredi: nec epulari opulentius/ne imitatio in luxuriam verteretur. Pueros impuberes nō in forum sed in agrum deduci præcepit: vt primos annos non in luxuria: sed in opere & in laboribus agerēt. Nihil eos somni causa substernere: & vitam sine pulmēto degere: neq; prius in vrbē redire quā viri facti essent: statuit virgines sine dote nubere

Plutarchus polydectē nō polibitē vocat.

Plutarchus ferreum numū ab eo inductū ait.

iussit vt vxores eligerentur non pecunia: seueriusq; matrimonia sua viri coercerent: cũ nullis dotis fræsnis tenerentur Maximum honorẽ non diuitum & potentiũ:sed pro gradu ętatis senum esse voluit. Nec sane vsq̃ terrarum locũ honoratiõẽ senectus habet.
¶ Hæc quoniã primo solutis antea moribus dura videbãtur esse auctorem eorum Apollinem delphicũ fingit: & inde se ea ex p̃cepto numinis detulisse: vt consuescendi tędiũ metus religionis euincat. Deinde vt æternitatem legibus suis daret: iureiurãdo obligat ciuitatem: nihil eos de eius legibus mutaturos priusquam reuerteretur. & simulat se ad oraculum delphicum proficisci cõsulturum quid addendum mutandũq; legibus videretur/proficiscitur autem cretam/ibiq; perpetuum exilium egit: abijciq; in mare ossa sua moriens iussit: ne relatis lacedęmonia: solutos se spartani religione iurisiurandi in dissoluẽdis legibus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit vt cum messenijs propter stupratas virgines suas insolemni messeniorum sacrificio bellum intulissent: grauissima se exercitatione obstrinxerint: non priusq̃ Messeniam expugnassent reuersuros: tantum sibi vel de viribus suis: vel de fortuna spondentes: quæ res initium dissensionis gręciæ & intestini belli causa & origo fuit. Itaq; cum contra pręsumptionem suam annis decẽ in obsidione vrbis tenerent: & querelis vxorem post tam longam viduitatem reuocarentur: veriti ne hac perseuerentia belli grauius sibi q̃ messenijs nocerent: quippe illis quantum iuuentutis bello intercidat mulierũ fœcũditate suppleri: sibi & belli damna assidua & fœcunditatem vxorꝝ absentibus viris nullam esse. Itaq; legunt iuuenes ex eo genere militum qui post iusiurandum in supplementũ venerent: quibus spartam remissis ꝓmiscuos omnium fœminarũ cõcubitus permisere: maturiorẽ futurã conceptionem rati: si eam singulæ pplures viros experirent. Ex his nati ob notam materni pudoris parthenij sũt vocati: qui cum ad annos. xxx. peruenissent metu inopię (nulli enim pater existebat cuius in patrimoniũ successio speraretur) ducem Phalantum assumũt filiũ Araci: qui auctor spartanis fuerat iuuẽtutis ad generandum sobolem domum remittendæ v[illegible] dudum patrem eius nascẽdi habuissent auctorem: sic ipsum ipsi ac dignitatis suæ haberẽt. Itaq; nec salutatis matribus equarũ adulterio infamiam collegisse videbantur/ ad sedes requirendas proficiscuntur: diuq; & per varios casus iactati tandem in italiam de-

Aliter Plutarchus de Licurgi exitu.

Parthenij.

Phalantus.

feruntur:& oppugnata arce tarentinorum/expugnatis veteribus incolis sedem sibi constituunt. Sed post annos plurimos dux eorum Palanthus per seditionem in exilium perturbatur Brundusium se contulit:quo expulsi sedibus suis veteres tarentini concesserant. Is moriens persuadet vt ossa sua postremasq; reliquias cõterant:& tacite spargi in foro tarentinorum curent. Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse Apollinem delphis cecinisse Illi arbitrantes eum in vltionem sui facta ciuium prodidisse pręceptis paruere/sed oraculi diuersa sentẽtia fuerat:perpetuitatem enim vrbis non amissionem hoc facto promiserat. Ita ducis exulis consilio & hostium ministerio possessio tarentina parthenijs in æternum fundata: ob cuius beneficij memoriam Palãtho diuinos honoros decreuere. Interea Messenij cum virtute nõ possent per insidias expugnantur. Deinde cum per annos. lxxx. grauia seruitutis verbera:plęrũq; vincula cæteraq; captiuitatis mala perpessi essent. post longam pœnarum patientiam bellum restaurant. Lacedæmonij quoq; eo conspiratius ad arma concurrunt: quo aduersus seruos dimicaturi videbantur. Itaq; cum hinc iniuria/inde indignitas animos acueret. Lacedęmonij de belli euentu oraculo delphis consulto iubentur ducem belli ab Atheniensibus petere. Porro athenienses cum responsum cognouissent in contemptum spartanorum Tyrtęum poetam claudum pede misere:qui tribus prælijs fusus eo vsq; desperationis spartanos adduxit: vt ad supplementum exercitus seruos suos manu mitterẽt hisq; interfectorum matrimonia pollicerentur:vt non numero tãtum amissorum ciuium: sed & dignitati succederent. Sed Reges lacedæmoniorum ne contra fortunam pugnando maiora detrimenta ciuitati infunderent: reducere exercitum voluerunt: ni interuenisset Tyrtęus:qui composita carmina exercitui pro concione recitauit. In quibus hortamenta virtutis:damnorũ solatia belli consilia conscripserat. Itaq; tantum ardorem militibus iniecit: vt non de salute sed de sepultura solliciti tesseras insculptis suis & patrum nominibus dextro brachio delegarent. Vt si omnes aduersum prælium consumpsisset: & temporis spatio confusa corporũ liniamenta essent ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent. Cũ sic animatum reges exercitum viderent:curant rem hostibus nũciare. Messenijs autem non timorem res: sed æmulationem mutuam dedit. Itaq; tantis animis concursum est: vt raro vnq̃ cruen

Palãthi cõmentum In morte

Tyrtęus poeta.

tius prelium fuerit. Ad postremum tamen victoria lacedemoniorum fuit. Interiecto tempore tertium quoq; bellum messenij reparauere. In cuius auxilium lacedemonij inter reliquos socios etiã athenienses adhibuere: quorum fidem cum suspectam haberent superuacuos eos simulantes a bello eodem dimiserunt. Hãc rem athenienses grauiter ferentes pecuniam quæ erat in stipendium perfici belli ab vniuersa græcia collata a delo athenas trãsferunt ne deficientibus a fide societatis lacedemonijs prędæ ac rapinæ essent. Sed nec lacedemonij quieuere: qui cum Messeniorum bello occupati essent. Peloponenses immisere: qui bellum Atheniẽsibus facerent. Parue tunc temporis classe in ægyptum missa vires atheniensibus erant. Itaq; nauali prelio dimicantes facile superantur. Interiecto deinde tempore post reditum sociorum aucti & classis & militum robore prælium reparant. Iam & Lacedemonij omissis Messenijs aduersus Athenienses arma verterant. diu varia victoria fuit. Ad postremum equo marte vtrinq; discessum. Inde reuocati Lacedemonij ad messeniorum bellum ne medium tempus ociosum atheniensibus relinquerant cũ thebanis pasciscuntur vt Boetiorum imperium his restituerent: quod temporibus perfici belli amiserant: vt illi cum atheniensibus bella susciperent. Tantus furor spartanorum erat/vt duobus bellis implicati suscipere tertium nõ excusarent/dum modo inimicis suis hostes adquirerent. Igitur athenienses aduersus tantam tempestatẽ belli duos duces deligunt. Periclem spectatę virtutis virum: & Sophoclem scriptorẽ tragœdiarum: qui diuerso exercitu & spartanorum agros vastauerũt: & multas Achaię ciuitates Atheniẽsium imperio adiecerunt. His malis fracti lacedemonij in annos xxx pepigerunt pacem: sed tam longum otium inimicitię nõ tulerunt. Itaq; inter quindecim annos rupto fœdere cum contemptu deorum hominumq; fines atticos populantur. Et ne predã potius quam pugnam expetisse viderentur: hostes ad preliũ vocant Sed Athenienses consilio periclis ducis populationis iniuriam differunt in tempus vltionis: superuacuam pugnam existimantes cũ vlcisci hostem sine periculo possẽt. Deinde interiectis diebus naues cõscendunt: & nihil sentientibus lacedemonijs totam spartã depredantur: multoq; plura auferunt quã amiserant. Prorsus in comparatione damnorũ longe plus fuerit vltio quam ira. Clara quidem hæc periclis expeditio habita: sed multo cla-

Atheniẽses nauali prælio vincunt.

Pericles.
Sophocles.

Atẽ. periclis tempe-

stiuam mu- nificētiam. rior priuati patrimonij cōtēptus fuit. Huic agros in populatione cęterorū intactos hostes reliquerāt: sperātes adquirere se illi posse aut periculū ex inuidia: aut ex suspitione ꝓditionis infamiā. qđ ante ꝓspiciēs pericles & futuꝝ populo prędixerat: & ad inuidię impetum declinandū agros ipsos dono reipublicę dederat. Atq; ita vnde periculū quęsitū fuerat ibi maximā gloriā inuenit. Post hæc interiectis diebus nauali ꝑlio dimicatū est. Victi lacedæmonij fugerūt. Nec cessatū deinceps est qui aut terra aut mari varia pręlioꝝ fortuna inuicē se trucidarēt. Deniq; fessi tot malis pacem in ānos quinquagita fecere quā nō nisi sex annis seruauerūt. Nā inducias quas ꝓprio noie cōduxerāt ex sociorū ꝑsona rūpebant Quippe quasi minus periurij cōtraherent si ferētes socijs auxilia potius q̄ si aperto pręlio dimicassent. Hinc bellū in siciliā translatum quod prius q̄ exponam de Sicilię situ pauca dicenda sunt.

Sicilię situs

Iustini Historici Liber Quartus.



Iciliam fuerūt angustis quondā faucibus italię adhæsisse. direptāq; velut a corpe maiore īpetu superioris maris: qđ toto vndarum onere illuc vehit. Est aūt ipā terra tenuis ac fragilis: & cauernis quibusdā fistulisq; ita penetrabilis. vt ventoꝝ tota ferme flatibus pateat: necnon & ignibus generādis nutriēdisq; soli ipsius naturalis vi. Quippe itrinsecus stratū sulphure bitumine tradit: q̄ res facit vt spiritu cum igne inter interiora luctante frequenter & compluribus locis nunc flammas: nunc vaporem: nunc fumum eructet. Inde deniq; ætnæ montis per tot sæcula durat incendium: & vbi acrior per spiramenta cauernaꝝ ventus incubuit: harenarum moles egeruntur / proximum italiæ promontorium Rhegium dicitur. Ideo quia græciæ abrupta hoc nomine pronunciant. Nec mirum si fabulosa est loci huius antiquitas in quem res tot coiere miræ. Primum ꝙ nusquā alias torrens fretū: nec solum citato: impetu verūetiam sæuo: neq; experientibus modo terribile: verumetiam procul visentibus vndarum porro in se concurrentium: tanta pugna est. vt alias veluti terga dantes vorticibus in imum desidere: alias quasi victrices in subli

Aetna

Siculum fretum.

me ferri videas:nunc hic fremitum feruentis æstus: nunc illic ge mitum in voragine desidentis exaudias:accedunt vicini & perpe tui ętnæ montis ignes & insularum ęolidum velut ipsis vndis ali tur incendium. Neq; enim in tam angustijs terminis aliter durare tot sæculis tantus ignis potuisset.nisi & humoris nutrimentis ale retur. Hinc igitur fabulæ scyllam & charybdim peperere: hinc la tratus auditos:hinc monstri credita simulachra:dum nauigantes magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant vn das:quas sorbentis æstus vorago collit. Eadem causa etiam ætne montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille cōcursus raptū sęcum spiritum inimum fundum trahit: atq; ibi suffocatum tā diu tenet:donec per spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incē dat. Iam ipsa italiæ Sicilięq; vicinitas. Iam promontoriorum al titudo ipsa ita similis est:vt quantum nunc admirationis tantum antiquis terroris dederit: credentibus coeuntibus in se promon torijs ac rursum discedentibus solida intercipi absumiq; nauigia. Neq; hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ cōpositum:sed me tu & admiratione transeuntium. Ea est enim procul inspicienti bus natura loci:vt sinum maris non transitum putes:quo cum ac cesseris discedere ac se iungi promontoria: quæ antea iuncta fue rant:arbitrere. Siciliæ primo Trinacriæ nomen fuit. Præterea Si cania denominata est:hæc a principio patria Cyclopū fuit. Qui bus extinctis Aeolus regnum insulæ occupauit:post quem singu læ ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt: quorum nul la terra ferocior fuit. Horum ex numero Anaxilaus iustitia cum cæterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud medio crem fructum tulit. Quippe decedās cum filios paruulos reliquis set.tutelemq; eorum Micytho spectatæ fidei seruo commisisset: tantus amor memoriæ eius apud omnes fuit:vt parere seruo quā deserere regis filios mallent. Principesq; ciuitatis obliti dignitatis suæ regni maiestatem administrari per seruum paterentur: impe rium Siciliæ etiam Carthaginēses temptauere: diuq; varia victo ria cum tyrannis dimicatum ad postremum amisso Hamilchare imperatore cum exercitu:aliquātisper quieuere victi medio tem pore cum rhegini discordia laborarēt:ciuitasq; per dissensionem diuisa in duas partes esset. Veterani ab altera parte ab himera in auxilium vocati pulsis ciuitate contra quos implorati fuerant: & mox cæsis quibus tulerant auxilium; vrbem cum coniugibus &

Aeolides in sulæ.

Scylla Charybdis.

Siculi freti angustię an tiqui.

Siciliæ inco læ.

Anaxila iustitia.

liberis sociorum occupauere:ausi facinus nulli tyranno comparã
Rheginorũ cædes. dum. Quippe vt rheginis melius fuerat vinci q̃ vicisse. Nam siue victoribus captiuitatis iure seruissent. siue amissa patria exulare necesse habuissẽt:nõ tamẽ inter aras & patrios lares trucidati cru delissimis tyrannis patriam cum cõiugibus ac liberis prædam re liquissent. Catanenses quoq; cum Syracusanos graues paterent: diffisi viribus suis auxilium ab Atheniẽsibus petiuere:qui seu stu dio maioris imperij quod asiam grẹciamq; penitus occuparent: seu metu factẹ pridem a Syracusanis classis ne Lacedẹmonijs ille vires accederent. Lamponium ducem cum classe in Siciliam mi sere: vt sub specie ferendi Catanensibus auxilij tentarent Siciliæ
Prima atheniẽsiũ classis i siciliam missa. imperium. Et quoniã prima initia frequenter cæsis hostibus pro spera fuerant:maiore denuo classe & robustiore exercitu Lache theo cariade ducibus Siciliam petiuere. Sed Catanenses siue me tu Atheniensium siue tædio belli pacem cum Syracusanis remis sis Atheniensium auxilijs fecerunt. Inteiecto deinde tempore cũ fides pacis a syracusanis non seruaretur. denuo legatos Athenas mittũt:qui sordida veste/capillo barbaraq; ꝓlixis/& omni squal loris habitus ad misericordiam commouendam acquisito cõcio nem deformes adeunt. adduntur præcibus lachrymẹ: & ita mise ricordem populum supplices mouent:vt damnarent̃ duces: qui ab his auxilia deduxerant. Igitur classis ingẽs decernitur: creant̃:
Nicæas Alcibiades Lamacus. duces Nicæas & Alcibiades & Lamacus tãtisq; viribus Sicilia re petitur:vt ipsis terrori essent:in quorum auxilia mittebant̃. Breui post tempore reuocato ad reatum Alcibiadæ duo ꝓlia pedestria secunda Niceas & Lamacus faciunt: munitionibus deinde circũ datis hostes etiam marinis commeatibus in vrbe clausos interclu dũt. Quibus rebus fracti Syracusani a Lacedẹmonijs petiuerũt ab his mittitur Gylippus solus quidem: sed in quo instar omniũ auxiliorum erat. Is audito genere belli iam iclinato statu: auxilijs partim in græciam:partim in Siciliam contractis oportuna bello loca occupat. Duobus inde prælijs victus: cõgressus tertio occiso Lamaco & hostes in fugam compulit:& socios obsidione libera uit. Sed cũ athenienses a bello terrestri in nauale se transtulissent
Gylippus Lacedẹmonius. Gylippus classem a lacedẹmone cum auxilijs accersit:quo cogni to & ipsi athenienses in locum amissi ducis Demostenem & Eu rymedunta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnensi quoq; communi ciuitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia

misere:& quasi gręcię bellum in Siciliam translatum esset:Ita ex vtraq; parte summis viribus dimicabatur.Prima igitur cõgressio ne naualis certaminis Athenięses vincuntur.Castra quoq; cum omni publica ac priuata pecunia amittunt.Super hęc mala cum etiã terrestri pręlio victi essent.tũc Demosthenes censere cœpit: vt abirent.Sicilia:dum res q̃uis afflictę nondũ tamen perditę forent:neq; in bello male auspicato amplius perseuerandum esse: domi grauiora & forsitan infœliciora bella esse:in quę reseruare hos vrbis apparatus oporteat.Nicæas seu pudore male actę rei: seu metu destitutæ spei ciuiũ.seu impellente fato manere contẽdit.Reparatur igitur nauale prælium: & a nimia prioris fortunæ procella ad spem certaminis reuocantur.sed insitia ducum qui inter angustias maris tuentes se Syracusanos aggressi facile vincuntur.Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans primus cadit:triginta naues quibus præfuerat incenduntur.Demosthenes & Nicæas etiam ipsi victi exercitum in terram deponũt: tutiorem fugam rati itinere terrestri:Ab his relictas cẽtum triginta naues Gylippus inuasit:ipsos deinde insequitur fugientes:partim capit:cædit:partim Demosthenes amisso exercitu captiuitate gladio & voluntaria morte si vindicat.Nicęas autem ne Demosthenis quidem exemplo vt sibi consuleret admonitus cladẽ suorum auxit dedecore captiuitatis. Atẽ.atheniẽsium cladẽ.

ℂIustini Historici Liber Quintus.



CVm atheniẽses in Sicilia bellum per bienniũ cupidius quam fœlicius gerunt.Interim cõcitator & dux eius Alcibiades absens Athenis insimulatur mysteria Cæreris initiorum sacra nullo magis q̃ silẽtio solennia enunciauisse.Rheuocatusq; a bello ad iudiciũ siue conscientiã siue indignationẽ rei nõ ferens tacitus in exiliũ Elidem ꝑfectus est.Inde vbi nõ damnatũ se tm̃:verumetiã dijs per oĩm sacerdotũ religiones deuotũ cognouit:Lacedęmona se cõtulit.Ibi & regẽ Lacedęmonioꝝ impellit:turbatis Atheniẽsibus aduerso Sicilię pręlio vltro bellũ inferre.Quo facto oia Gręcię regna velut ad extinguendum cõmune incendiũ concurrunt.Tantũ odium atheniẽses imoderati imperij crudelitate cõtraxerant.Darius quoq; rex Alcibiadis exilium.

Persarum memor paterni auitiq; in hanc vrbem odij:facta cum Lacedęmonijs per Tisapharnē prȩfectum. Lydię societate:oēm sumptum belli pollicetur. Et erat hic quidem titulus cum græcis coeundi. Re autem vera timebant:ne victis Atheniensibus ad se Lacedęmonij arma transferrent. Quis igitur miretur tā florentes atheniēsium opes ruisse/cum ad opprimendā vnam vrbē totius orientis vrbes concurrent. non tamen inerti neq; incruento ceci dere bello:sed prȩliati ad vltimum victores:etiam interdum con sumpti magis fortunȩ varietate q̄ vi victi sūt. Principio belli om nes ab his socij desciuerant:vt fit. quo se fortuna eodem etiam fa uor hominum inclinat. Alcibiades quoq; motum aduersum pa triam bellum non Gregarij militis opera sed imperatoris virtuti bus adiuuabat. Nempe acceptis quinq; nauibus in asiam cōten dit:& tributarias. Atheniēsium ciuitates auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant eñ domi clarum:nec exilio videbant factū minorē:nec tam ablatum Atheniensibus ducem quā Lacedęmonijs traditū:partaq; cū amissis imperia pensarant Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plus inuidiæ quam gratiæ contraxit. Itaq; cum principes velut æmulum gloriæ suæ interficiendū insidijs mādassent:cognita te Alcibiades per vxo rem Agidis regis quam adulterio cognouerat:ad Tisafernā prȩ fectum Darij regis profugit. Cui celeriter officij comitate & obse quendi gratia insinuauit. Erat enim & ȩtatis flore & formȩ vene ratione:nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis: sed in reconsiliandis amicitiarum studijs quam in retinendis vir melior:quia morum vitia sub vmbra eloquentiȩ primo latebant. Igitur persuadet. Tisaferni ne tanta stipendia classi. Lacedæmo niorum prȩberet. Vocandos enim in portionem muneris Ionios quorum pro libertate cū tributa. Atheniensibus penderent:bel lum susceptum sit. Sed nec auxilijs nimis enixe lacedęmonios iu uandos. Quippe memorem esse debere alienā se victoriam non suam instruere & eatenus bellū sustinendū ne inopia deseratur. Nam regem persarum:dissentientibus Grȩcis arbitrum pacis ac belli fore:& quos suis non possit ipsorum armis victurę:perfecto autem bello statim ei cū victoribus dimicandū. Domesticis itaq; bellis grȩciam obterrendā ne externis vacet:exequendasq; vires partium:& inferiores auxilio leuādos. Non enim quieturos post hanc victoriam Spartanos:qui vindices se libertatis græcię pro

Atē. græciæ odia i Athe nienses

Alciadis ge sta in Athe nienses.

Alcibiadis consiliū ad uersus græ cos.

fessi sunt. Grata oratio Tisaferni fuit. Itaq; cōmeatus maligne prę bere. classem regiam non totam mittere: ne aut victoriam totam daret aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hāc operam ciuibus vendicabat: ad quē cum legati atheniensium venissent. pollicetur his amicitiam regis si respublica a populo translata ad senatum foret: sperans vt aut concordante ciuitate dux belli ab omnibus legeretur: aut discordia inter ordines facta ab altera parte in auxiliū vocaretur. Sed atheniensibus imminente periculo belli maior salutis q̄ dignitatis cura fuit: Itaq; permittente populo imperium ad senatum transfertur: qui cum insita genti superbia crudeliter in plebem consuleret. singulis tyrannidis sibi potentiam vendicantibus/ab exercitu Alcibiades exul reuocatur: duxq; classi constituitur. Statim igitur Athenas mittit ex cōtinenti secum exercitu venturum: recepturūq; a quadrigentis iura populi in ipsi redderent. Hac denunciatione optimates territi primo vrbem prodere lacedæmoniis tentauere: deinde cum id nequiuisset in exilium ꝓfecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata summa cura classem instruit: atq; ita in bellum aduersus lacedæmonios pergit Iam zestrominidarus & Pharnabasus lacedæmoniorum duces instructis nauibus expectabant prælio commisso victoria penes athenienses fuit. In eo prælio maior pars exercitus & omnes ferme hostium duces cęsi: naues. lxxx. captæ. interiectis quoq; diebus cum bellum lacedęmonii amari in terrā transtulissēt iterato vincunt. Hic malis fracti pacem petiere: quam ne acciperēt opera eorum effectū est: quibus ea res quęstum præstabat. Interea & syracusanorum auxilia illatum a carthaginensibus Siciliæ bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis lacedæmoniis. Alcibiades cum classe victrici Asiam vestat: multis locis prælia facit: vbiq; victor recipit ciuitates quæ defecerant: nonnullas capit: & imperio Atheniensium reducit. Atq; ita prisca nauali gloria vendicata adiecta etiam laude terrestris belli desideratus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus præliis ducentæ naues hostium & præda ingens capta: adhuc redeuntis exercitus triumphum effusa omnis multitudo obuiam procedit: & vniuersos quidem milites prę cipue tamē Alcibiadem mirantur. In hunc oculos ciuitas vniuersa: in hunc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cælo missum & vt ipsam victoriam cōtuentur, laudantq; pro patria. Nec minus

Reuocat̄ ab exilio Alcibiades dux

Atheniēsiū victoria.

Alcibiadis reditus athenas.

admirātur quę exul contra gesserit:excusantes ipsi iratum prouocatumq; fecisse. Enimvero tantum in vno viro fuisse momēti:vt maximi imperij subuersi & rursum recepti auctor esset:& vñ stetisset eo se victoria transferret:fieretq; cū eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum:verūetiam & diuinis cum honoribus honorant. certant secum ipsi:vtrū contumeliosius eū expulerit:an reuocarint honoratius. Ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam:quorum execratiōibus erat deuotus Et cui pauloante omnem humanam opem interdixerāt: eum si queant in cœlo posuisse cupiunt Explent cōtumelias honoribus detrimenta muneribus:execrationes prçcibus. Non Siciliæ illis aduersa pugna in ore est:sed grçcię victoria. non classes per illum amissæ:sed acquisitę:nec Syracusarum/sed Ioniæ hellespontiq; meminerunt. Sic Alcibiades nunq̄ mediocribus nec in offēsam/ nec fauorem studijs suorum exceptus est. Dum hęc aguntur a lacedęmonijs Lysander classi belloq; præficitur:& in locum Tysafernis Darius rex persarum filiū suum Cyrum Ionię Lydięq; pręposuit:qui lacedęmonios auxilijs opibusq; ad spem fortunę prioris erexit. Aucti igitur viribus Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum dum agros lōga pace diuites securus populatur/& prędę dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet:repentino aduentu oppressere. tātaq; cędes pallantiū fuit: vt plus vulneris eo prelio Athenienses acciperēt q̄ superioribus dederant:& tanta desperatio apud athenienses erat:vt ex continenti Alcibiadem ducem Conone ducecommutarent. arbitrantes victos se nō fortuna belli sed fraude imperatoris:apud quem plus prior offensa valuisset q̄ recentia beneficia. Vicisse autē eum priore bello ideo tantum vt ostenderet hostibus: quem ducem spreuissent:& vt carius eis ipsam victoriam venderet. Omnia eñ credibilia in Alcibiade vigor ingenij/& vitiorum amor/& morū luxuria faciebat. Veritus itaq; multitudinis impetū denuo in voluntarium exilium proficiscitur. Itaq; Conon Alcibiadi suffectus habens ante oculos cui duci successisset: classem maxima industria exornat/sed nauibus exercitus deerat fortissimis quibusq; in Asię populatione amissis. Armantur tamen senes aut impuberes pueri:& numerus militū sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram ætas fecit. Imbelles aut cæduntur passim aut fugientes capiuntur. Tantaq; strages aut occisoꝝ aut capti-

Lysander.

Atē. clades.

Conon.

uorum fuit: vt Atheniensium deletum non imperium tantum verum etiam nomen videretur: quo prælio perditis & desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur: vt consumpta militari ętate: peregrinis ciuitatem: seruis libertatem: damnatis impunitatē darent. Eaq; colluuione hominum domini antea Græcię cōscripto exercitu vix libertatem tuebantur. Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt. Tanta virtus animorū erat: vt cum paulo ante salutem desperauerit: nunc non desperent victoriam. Sed neq; his miles erat: qui nomen Atheniensium tueretur neq; eę vires quibus vincere consueuerant: neq; ea scientia militaris in his: quos vincula non castra continuerunt. Itaq; omnes aut capti: aut occisi: cum dux Conon prælio superfuisset solus crudelitatem ciuium metuens cum octo nauibus ad regem Cyprium contendit. Euagoras autem dux lacedęmoniorum rebus fœliciter gestis fortunæ hostium insultat: captiuas naues cum præda bellica in triūphi modum ornatas mittit lacedæmonia ac tributarias atheniēsium ciuitates: quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat voluntarias recepit: nec aliud ditioni Atheniensium præter vrbem ipsam reliquit. Quæ cuncta cum Athenis nunciata essent omnes relictis domibus per vrbem discurrere pauidi. Alius aliū sciscitari: auctorem nuncij requirere: non pueros imprudētia: nō senes debilitas: non mulieres sexus imbecillis domi tenet: adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deīde coeunt: atq; ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant. Alij fratres aut filios aut parentes deflent: cognatos alij: alij amicos cariores cognatis: & cum priuatis casibus quęrelam publicam miscent. Iam seipsos: iam ipsam patriam perituram miserioremq; incolumium quam amissorum fortunam iudicātes / sibi quisq; ante oculos obsidionem / famem / & superbum victoremq; hostem proponentes. Iam ruinam vrbis & incendia: iam omniū captiuitatem: & miserrimam seruitutem recordantes. fœliciores prorsus prioris vrbis ruinas decentes: quæ incolumibus filijs parentibus: rectorum tātum ruina taxatæ sint. Nunc autem nō classem: in quam sicuti pridem confugiant: superesse. non exercitum cuius virtute seruati pulchriora possēt mœnia extruere. Sic deflectæ ac prope perditę vrbi hostes superueniunt: & obsidione circūdatos & obsessos fame vrgēt. Sciebant enim neq; ex aduectis copijs multum superesse; Et ne nouæ aduehi possent prouiderant:

Recentior atheniēsiū clades.

Atheniēsiū cōsternatio

Atheniēsiū cōsternatio

quibus malis rebus athenienses fracti post longam famem & assi
dua suorum funera pacem petiuere: quæ an dari deberet diu in-
ter spartanos sociosq; deliberatum. Cum multi delendum Athe-
Athenæ in Lacedęmoniorꝝ potestatẽ cessere Att. insignẽ annum.
niensium nomen: vrbemq; incendio consumendam censerẽt ne-
garunt se spartani ex duobus græcię oculis alterum eruturos: pa
cem polliciti/ si dimissa byreum versus muri brachia deiecerint:
nauesq; quæ reliquæ forent traderent: resq; publica ex semetipsis
xxx. rectores acciperet. In has leges traditã sibi vrbem lacedęmo
nij formandã Lysandro tradiderunt. Insignis hic annus & expu-
gnatione Athenarum & morte Darij regis persarum & exilio Dio
nysij Sicilię tyranni fuit: mutato statu Athenarꝝ etiam ciuium cõ
ditio mutatur. Rectores. xxx. reip. constituuntur qui fiunt tyran-
ni: quippe a principio tria milia sibi satellitum statuunt: quãtum
ex tot cladibus ꝓpe nec ciuium superfuerat: & quasi paruus hic
ad continendam ciuitatem exercitus esset: septingentos milites a
victoribus accipiunt: cædes deinde ciuium ad Alcibiade auspicã
tur: ne iterũ rẽpublicam sub obtẽtu liberationis inuaderet: quam
Artaxerxes
cũ profectũ ad Artaxerxem ꝑsarum regẽ cõperissent citato itine-
re: miserunt qui eum interciperent: a quibus occupatus cum occi
di aperte nõ posset viuus in cubiculo ĩ quo dormiebat crematus
Alcibiadis interitus.
est. Liberati hoc vltioris metu tyranni miseras vrbis reliquias cæ-
dibus & rapinis exhauriunt. quod cum displicere vni ex numero
suo theramini didicissent: ipsum quoq; ad terrorem omnium in-
terficiunt. Fit igitur ex vrbe passim omnium fuga: repleturq; Græ
cia Atheniensium exulibus: quod etiam ipsum auxilium amise-
Lacedęmoniorum edictum.
ris eriperetur nam lacedęmoniorum edictio ciuitatis exules reci
pere prohibebantur. Omnes se argos & Thebas cõtulere. Ibi nõ
solum tutum exilium egerunt verũetiam spem recuperandæ pa-
Thrasybulꝰ
trię receperũt. Erat inter exules Thrasybulus vir strennus & do-
mi nobilis: qui audendum aliquid pro patria & pro salute cõmu-
ni etiam cum periculo ratus: adunatis exulibus castellum Phylẽ
atticorum finium occupat. nec deerat quarũdam ciuitatum tam
Menias
crudelis casus miserantium fauor. Itaq; & his Menias thebanorꝝ
princeps & si publicis nõ poterat priuatis tamen viribus adiuua-
Lysias.
bat: & Lysias Syracusanus orator exul tunc quingẽtos milites sti-
pendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentię
misit. Fit itaq; asperũ p̄lium: sed cum hinc pro patria summis viri
bus inde pro aliena dominatione securius pugnarẽt. tyranni vin

cuntur:victi in vrbē refugerunt:quam exhaustam cædibus suis etiā armis spoliāt.Deinde cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent/demigrare eos ex vrbe iubent:& in brachijs muri:quæ diruta fuerant:habitare extraneis militibus imperium tuentes.Post hæc Trasybulū corrūpere imperij societatē pollicē tes conātur:quod cū non contigisset auxilia a lacedæmonijs peti uere.Quibus accitis iterato prę̨liantur.In eo bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum sæuissimi cadunt.Cæteris victis cum exercitus eorum ex quibus maior pars Atheniensium erat fugeret:magna voce Thrasybulus exclamat.Cur se victorem fugiant:priusq̄ vt vindicem cōmunis libertatis adiuuent/ciuium illam meminerint aciem non hostiū esse nec se ideo arma cępisse vt aliqua victis adimat:sed vt adepta restituat.xxx.se dominis non ciuitati bellum inferre admonet.Deinde cognatiōis legum sacrorū tū vetusti per tot bella cōmilitij orat.misereantur exulum ciuiū:si tam patienter ipsi seruiant:reddant sibi patriā/accipiant libertatem.His vocibus tantum permotū est vt reuersus in vrbē exercitus.xxx.tyrānos emigrare Eleusina iuberet:substitutis decem qui rempu.regerent:qui nihil exemplo prioris dominatiōis territi eandem viam crudelitatis aggressi sunt.Dum hęc aguntur nunciatur lacedęmone in bellum athenienses exarsisse:ad quod cōprimendū Pausanias rex mittit̄ qui misericordia exulis populi permotus patriam miseris ciuibus restituit:& decem tyrannos ex vrbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cum pax statura esset interiectis rebus repente tyranni non minus restitutos exules q̄ se in exiliū actos indignantur:quasi vero aliorꝫ libertas sua seruitus esset:& bellū atheniensibus inferunt:sed ad colloquiū veluti dominationem recepturi progressi per insidias compręhensi vt pacis victimæ trucidantur.Populus quem emigrare iusserāt:in vrbē reuocatur.Atqꝫ ita per multa membra ciuitas diuisa in vnum tantum corpus redigitur: & ne qua dissensio ex anteactis nasceretur:omnes iureiurando obstringūtur discordiarum obliuionem fore.Interea Thebani corinthijqꝫ legatos ad lacedęmonijs mittunt:qui ex manubijs portione prædę communis bellis periculiqꝫ peterent:quibus negatis:non quidem aperte bellum aduersus lacedæmonios decernūt:sed tacitis animis tantam iram concipiunt:vt subesse bellū intelligi possent.Eodē fere tempore Darius rex persarum moritur. Artaxerxe & Cyro filijs

Critias Hippolochus.

Att.trasybuli virtutem.

Darius moritur.

Artaxerxes & cyrus darij filij.

relictis.regnum Artaxerxi.Cyro ciuitates:quarũ præfectus erat: testamento legauit.Sed Cyro iudicium patris iniuria videbatur. Itaq; occulte aduersus fratrem bellum parabat qđ cum nũciatũ. Artaxerxi esset accersitum ad se fratrem & innocentiam dissimulatiõe belli simulantem compedibus aureis vinxit:interfecissetq; ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellum sed palam:nec per dissimulationem sed aperta ꝓfessione parare cœpit:auxilia vndiq; cõtrahit. Lacedęmõij memores Atheniensi bello enixe se eius opera auditos velut ignorantes contra quem bellum pararetur:decernunt auxilia Cyro mittẽda vbi res eius exegisset:quęrentes & apud Cyrum gratiam & apud Artaxerxem:si vicisset venię patrocinia cum nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello sors pręlium vtrũq; fratrem pugnę obtulisset: prior Artaxerxes a fratre vulneratur quẽ cũ equi fuga periculo subtraxisset. Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur sic victor Artaxerxes & pręda fraterni belli & exercitu potitur In eo prælio decem milia græcorũ in auxilio Cyri fuere:quę & in cornu:in quo steterãt:vicerunt/ & post mortem Cyri neq; armis tanto exercitu vinci neq; dolo capi potuerunt:reuertentesq; inter tot indomitas nationes & barbaras gentes per tãta itineris spatia virtute se vsq; terminos patriæ defenderunt.

Cyrũ Artaxerxes compedibus aureis vincit.

Cyrus occiditur.

¶ Iustini Historici Liber Sextus.



Acedæmoniorum more ingenij humani quo plura habent:eo ampliora cupientes/non contenti accessione athenienſium opum vires sibi duplicatas:totius Asiæ imperium affectare cœperunt:sed maior pars sub regno persarum erat. Itaq; Hercylides dux in hanc militiam electus cum videret sibi aduersus duos pręfectos Artaxerxis regis Pharnabasum & Tysafernem maximarum gẽtium viribus succinctos dimicandum:pacificari cum altero statuit. Aptior visus Tysafernes vir & industria potior & militibus Cyri quõdam regis instructior in colloquium vocatur: & statutis conditiõibus ab armis dimittitur. Hãc rem Pharnabasus apud communem regem criminatur:vt lacedęmonios Asiam ingressos non repulerit armis:sed impensis regijs aluerit merceturq; ab his vt differant bella:quæ gerant tanq̃ non ad vnius summam imperij detrimẽtum omne

Hercylides Artaxerxes Pharnabasus. Tysafernes.

perueniret. Indignum ait bellum non perfici sed redimi hostem præcio/non armis summoueri. His vocibus regem Tysaferni alie natum hortatur/ vt in eius locum naualis belli ducem eligant Co nonẽ atheniẽsem:qui amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe atheniensibus & si fractæ sunt opes manere tamen naualem vsum:nec si eligendus sit ex vniuersis meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis iussus est Conona classi præficere:His cognitis lacedęmonij & ipsi a rege ægypti Hercymonem in auxilium naualis belli per legatos petunt:a quo centum triremes & sexcẽtum milia modiorum frumenti missa:a cæteris quoq; socijs ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitu & contra tantum ducem deerat dignus imperator. Itaq; postulantibus socijs Agesilaum ducem regem tunc lacedæmoniorum propter responsum oraculi delphici diu lacedæmonij an eum summę rei præponerent/deliberauerunt: quibus futurus imperij finis denũciabatur:cum regium claudicasset imperium: erat eni pede claudus. Ad postremum statuerunt melius esse incessum regem q̃ imperio regnum claudicare. postq̃ Agesilaum cum ingentibus copijs in Asiam misere: non facile dixerim: quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit. Quippe ætas:virtus/consilium/sapientia/vtriq; prope vna: gloria quoq; rerum gestarum eadem. Quibus cum paria omnia fortuna dederit: iunctum tamen ab altero vtrumq; seruauit: magnus igitur amborum apparatus belli: magnæ res gestæ fuerũt. Sed Cononem seditio militum inuadit: quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant: eo cõstantius debita poscentibus quo grauiorem sub magno duce militiam p̃sumebant. Itaq; Conon diu rege per epistolas frustra fatigato ad postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu & colloquio prohibitus est:quod eum more persarum adorare nollent. Agit tamen cũ eo per internũcios: & quęrit opulẽtissimi regis bella inopia delabi/ & qui exercitũ parem hostibus habeat pecunia vinci: qua p̃stet inferioreq; eũ ea parte viriũ inueniti:qua longe superior sit. postulat dari sibi ministeriũ impẽsę quia pluribus id mãdari pniciosum sit:dato stipẽdio ad classem remittit:nec morã agendis rebus facit. multa fortiter:multa fœliciter agit. Agros hostiles vastat vrbẽ expugnat:& quasi tẽpestas quędã cuncta p̃sternit. Quibus rebus territi Lacedęmonij ad patriæ subsidium reuocandum ab agesilao.

Hercymo nẽ petũt la cedęmonij.

Delphicum oraculum.

Agesilaus claudus.

Mos persarum.

Att. Cononis cõsiliũ.

Cõsiliũ de reuocando agesilao.

Aſia Ageſilaum decernunt. Interim Lyſander ab Ageſilao ꝑfici
ſcente dux patriæ relictus: ingentem claſſem ſummis viribus in-
ſtruit: fortunam belli tentaturus. Nec non & ipſe Conon tunc pri-
mum cum hoſtium exercitu concurſurus magna cura ſuos ordi-
nat. Summa igitur non ducum tantum in eo prælio quam militũ
æmulatio fuit. Nam ipſe & dux Conon non tam perſis quam pa-
triæ ſtudebat: & ſicuti afflictis athenienſium rebus auctor amiſſę
dominationis fuerat: ſic volebat idem haberi redditæ: patriamq;
vincendo recipere, quam victus amiſerat: eo ſpecioſius q̃ ne ip-
ſorum quidem Athenienſium: ſed alieni prę1ij viribus dimicet: &
pugnaturus periculo regis: victurus prēmio patrię: gloriam diuer
ſis artibus quam priores ciuitatis ſuæ ducęs cõſecuturus. Quip-
pe illos vincendo perſas patriã defendiſſe perſas victores facien-
do reſtituturum patriam eſſe porro Lyſander præter coniunctio-
nem Ageſilai etiam virtutum ęmulator erat, contendebatq; ne a
rebus geſtis eius & gloriæ ſplendore decederat: neue tot bellis ac
ſęculis quæſitum imperium breuiſſimi momenti culpa ſubuerte-
ret. Eadem militum & omniũ regum cura erat: quos maior ſollici
tudo cruciabat: non tam ne ipſi quęſitas opes amitterent: quã ne
priſtinas Athenienſes recuperent. Sed quanto maius p̄lium fuit
quanto & clarior victoria Cononis, victi lacedęmonij fugã capeſ
ſunt. pręſidia hoſtium Athenas deducuntur, populo reſtituta di-
gnitate cõditio ſeruilis eripitur: multę quoq; ciuitates recipiunt:
Hoc initiũ Athenienſibus reſumendæ potentię & lacedęmonijs
habẽdę: finis fuit. Nãq; veluti cum imperio etiam virtutem perdi
diſſent cõtenti a finitimis cœpere. Primi igitur Thebani auxilian
tibus Athenienſibus bellum his intulere: quæ ciuitas ex infinitis
incrementis virtute Epaminundę ducis ad ſpem imperi græciæ
erecta eſt. Fit itaq; terreſtre p̄lium eadem Lacedęmoniorum for
tuna qua pugnatum aduerſus Conona nauali prę1io fuerat. In eo
bello Lyſander quo duce athenienſes victi a lacedęmonijs fue-
rant: interficitur Pauſanias quoq; alter dux lacedęmoniorũ ꝓdi
tionis accuſatus in exilium abijt. Igitur Thebani potiti victoria
vniuerſum exercitum ad vrbem lacedęmoniorũ ducunt: & faci-
lem expugnationem rati, quoniã deſerti a ſocijs omnibus erant,
quod metuẽtes Lacedęmonij Regẽ ſuum Ageſilaũ ex Aſia qui
ibi magnas res gerebat ad defenſionem patriæ acceſſunt. Occiſo
eni Lyſandro nullius alterius fiduciam ducis habebãt. cuius quo

Cononis cõmendatio.
Lyſãdri cõmẽdatio.
Athenas p̃ſidiũ hoſtiũ deducit.
Lyſandri interitus.
Pauſanias i exiliũ abit.
Acceſitur [Ag]eſilaus

niam seruus aduentus erat:conscripto exercitu obuiam hosti pro cedunt. Sed victis aduersus pauloante victores nec animus neq; vires pares fuere. Prima igitur congressione funduntur:deletis iā suorum copijs superuenit rex agesilaus qui restituto prælio nōn difficulter recenti & multis expeditionibus indurato milite hostibus victoriā eripuit:ipse tamen grauiter sauciatur. Quibus rebus cognitis Athenienses verentes ne iterum lacedæmonijs victoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur: exercitum contrahunt:in eūq; auxilium Boetiorum per Iphicratem viginti quidē annos natum:sed magnæ indolis iuuenem duci iubent. Huius adolescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit: nec vnq̄ ante eum Athenienses inter tot tantosq; duces aut spei maioris aut indolis maturioris imperatorem habuerunt. In quo non imperatoriæ tantum verūetiam oratoriæ artes fuere. Conon quoq; audito reditu Agesilai & ipe ex Asia ad populandos lacedæmoniorum agros reuertitur. Atq; ita vndiq; belli formidine circunstrepente clausi spartani ad summam desperationem rediguntur. Sed Conon vastatis hostium terris Athenas pergit vbi magno ciuium gaudio exceptus: plus tamen tristitiæ ipsi & ex incensa & diruta a lacedęmonijs patria quam læticiæ ex recuperata post tantum temporis cœpit. Itaq; quæ incensa fuerant prædarum sumptu & exercitu persarum restituit:quę diruta fuerant reficit. Fatum illud athenarum fuit. vt ante a persis cræmatę manubijs eorum:& nūc a lacedæmonijs dirutæ ex spolijs lacedæmoniorum restituerentur. versa quoq; vice nunc haberent socios: quos tunc hostes habuerunt:& hostes nunc paterentur:cum quibus iuncti tunc arctissimis societatis vinculis fuerant. Dū hæc agūtur Artaxerxes rex persarum legatos in græciam mittit:per quos iubet omnes ab armis discedere:qui aliter fecisset eū se pro hoste habiturum: ciuitatibus libertatem suaq; omnia restituit. quod non græcię laboribus assiduisq; bellorum inter ciues odijs consulens fecit: sed ne occupato sibi ægyptio bello quod propter auxilia aduersus p̄fectos suos lacedęmonijs missa susceperat:exercitus sui in græcia detinerentur. Fessi igitur tot bellis græci cupide paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit:quod repente pax in tota gręcia facta est sed etiam eo q' eodem tempore vrbs romana a gallis capta est:sed lacedæmonij secuti insidiantes absentiam Archadum speculati castellum eorum expugnant:occupatoq; præsidium imponunt. Itaq;

Aduenit Agesilaus
Sauciatur Agesilaus.
Exercitum parāt athenień.
Iphicratis cōmēdatio
Conońis reditus athenas.
Athenarū fatum.
Mittunť ab Artaxerxe legati ī græciam.
Pax toti gręcię constituta.
Quo tpe roma a gallis capta.

Amissa bello Archades repetunt. armato instructoq; exercitu Archades adhibitis in auxilium thebanis amissa bello repetunt: in eo prelio Archidamus dux lacedęmoniorum vulneratur: qui cum cædi suos iam vt victos videret: per prȩconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc Victoriæ signū apud græcos. est enim signum apud græcos victoriæ traditæ. qua confessione contenti thebani signū parcendi dedere. post paucis diebus neutris quicq̄ hostile facientibus cum quasi consensu tacito induciæ essent: lacedęmonijs alia bella aduersus finitimos gerentibus: thebani Epaminunda duce occupandæ vrbis eorum spem cœperunt. Igitur principio noctis taciti lacedęmona proficiscuntur: nō tamen aggredi incautos potuerunt. Quippe senes & cætera imbellis ætas cum aduentum hostium persensissent: in ipsis portarum angustijs armati occurrunt: & aduersus quindecim milia mi- Spartanorū senū virtus. litum non amplius centum iam effœtę ętatis viri pugnæ se offerunt: tantum animorum viriumq; patriæ & penatum conspectus sumministrat: tantoq; præsentia q̄ recordatione sui maiores spiritus largiuntur. Nam vt viderunt intra quæ & pro quibus starent aut vincendum sibi: aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinuere senes aciem: cui par ante diem vniuersa iuuentus esse nō potuit in prȩlio duo duces hostium cecidere. cum interim Agesilai aduentus nūciatur: thebani recessere: nec bellum diu dilatum: Siquidem spartanorum iuuentus senum virtute & gloria incensa teneri non potuit: quin ex continenti acie decerneret: cum victo- Epaminundę iteritus. ria thebanorum esset. Et Epaminundas dum non ducis tantum verumetiam fortissimi militis officio fungitur: grauiter vulneraē. Quo audito his ex dolore metus: & illis ex gaudio stupor inijcitur: atq; ita ex placito consensu a prælio disceditur. Post paucos deinde dies Epaminundas decedit: cum quo vires quoq; reipu. ceciderunt. Nam sicuti tælo si primam aciem prefregeris: reliquo ferro vim nocendi sustuleris: sic illo velut mucrone tæli ablato duce thebanorum reipu. vires hebetatæ sunt vt non tam illum amisisse q̄ cum illo interijsse omnes viderentur. Nam neq; hunc ante ducem vllum memorabile bellum gessere: nec postea virtutibus sed cladibus insignes fuere: vt manifestum sit patriæ gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fit autem incertum vir melior Epaminundę cōmendatio. an dux esset: nam & imperiū nō sibi semper: sed patriæ quęsiuit: & pecuniæ adeo parcus fuit: vt sumptus funeri defuerint: gloriæ quoq; non cupidior quam pecuniæ: quippe recusanti omnia im-

peria ingesta sunt. Honoresq; ita gessit: vt ornamentum non accipere sed dare ipsi dignitati videretur. Iam literarum studium: iã philosophię doctrina tanta: vt mirabile videretur: vnde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato: neq; ad hoc vitæ ꝓposito mortis ratio dissensit. Nam vt relatus in castra semianimis vocem spiritumq; collegit: id vnum ad circũstantibus requisiuit: num cadẽti sibi scutum ademisset hostis: quod vt seruatum audiuit: allatum velut laborum gloriæq; socium osculatus est. Iterũ quęsiuit: vtri vicissent: vt audiuit thebanos: bene habere se rẽdixit: atq; ita velut gratulabundus patrię expirauit. Cuius morte etiam Atheniensium virtus intercidit siquidem amisso cui ęmulari consueuerant: in segnitiam torporemq; resoluti: non vt olim in classem exercitus: sed in dies festos apparatusq; ludorum reditus publicos effundunt: & cum auctoribus nobilissimis/poetisq; theatra celebrant: frequentius scænam q̃ castra visentes. Versificatores oratoresq; meliores q̃ duces laudantes. Tunc vectigal publicum: quo ante milites & remiges alebantur: cum vrbano populo diuidi cœptum. Quibus rebus effectum est vt inter ocia græcorum sordidum & obscurum antea macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses triennio thebis habitus. Epaminundę & Pelopidarum virtutibus eruditus Regnum macedoniæ græciæ & asiæ ceruicibus veluti iugum seruitutis imponeret.

Commẽdatio a doctrina epami.

Epa. petitio

Epami. morte athe. virtus minuit.

Philippus obisses olim thebanis datus.

¶ Iustini Historici Liber septimus.



Acedonia antea noĩe Emathionis regis cuius prima virtutis experimẽta in illis locis extãt: Emathia cognominata est. Huius sicuti incremẽta modica: ita termini pangusti fuere. popľi pelagi & regio boetia dicebaẽ. Sed postea virtute regũ & gẽtis idustria: subactis primo finitimis mox populis natiõibusq; iperiũ vsq; extremos orientis terminos prolatum est. In regione pęoniæ: quæ nunc portio est macedonię: regnasse ferẽ Telegonus pater Astriopæi: cuius troiano bello inter clarissimos vindices vrbis nomen accepimus. Ex alio latere in europa Europus nomine regnum tenuit. Sed & caranus cũ magna multitudine græcorum sedes in macedonia responso oraculi iussus quærere: cum Emathiam venisset vrbem Edyssam non

Macedonia cognominata emathia.

Thelegonus.

Europa.

ſentiẽtibus oppidanis propter imbriũ & nebulę magnitudinem gregẽ caprarũ imbrem fugientiũ ſecutus occupauit:reuocatuſq; in memoriam oraculi quo iuſſus erat.ducibus capris imperium quærere regni ſedem ſtatuit:religioſeq; poſtea obſeruauit: quocũq; agmen moueret ante ſigna eaſdem capras habere:cœptorꝫ duces habiturus: quas regni habuerat auctores. Vrbẽ Edyſſam ob memoriã muneris ægęam populum ægęades vocauit. Pulſo deinde Midanamis quoq; quintã portionem macedonię tenuit. aliiſq; regibus pulſis in locum omnium ſolus ſucceſſit:primuſq; adunatis gentibus variorꝫ populorꝫ veluti vnũ corpus macedoniæ fecit:creſcentiq; regno valida incrementorꝫ fundamẽta conſtituit. Poſt hunc Perdicas regnauit:cuius vita illuſtris & mortis poſtrema veluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidem ſenex moriens Argæo filio monſtrauit locũ:quo condi vellet ibiq; non ſua tantum:ſed etiam ſuccedentiũ ſibi in regnũ oſſa poni iuſſit. Præfatuus quoad ibi cõditæ poſteriorum reliquiæ forent:regnũ in familia manſurũ:credũtq; hac ſuperſtitione extinctam in Alexãdro ſtirpẽ:quia locũ ſepulturæ mutauerit. Argæus moderate & cũ amore populi adminiſtrato regno ſucceſſorem filium Philippum reliquit: qui immatura morte raptus Europum paruulum admodũ inſtituit hęredem. ſed macedonibus aſſidua certamina cũ thracibus & illyriis fuere. quorũ armis veluti quottidiano exercitio indurati gloria bellicę laudis finitimos terrebãt Igitur illyrii infantiam regis pupilli contennentes bello macedonas aggrediuntur: qui prælio pulſi rege ſuo in cunis ꝓlato & pugnę ante aciem poſito:acrius certamen repetiuerunt: Tanq̃ ideo victi fuiſſent antea:ꝙ bellantibus ſibi regis auſpicia defuiſſent. futuri vel propterea victores:ꝙ ex ſuperſtitione animum vincendi ceperant:ſimul & miſeratio eos infantis tenebat quem ſi victi forent:captiuum de rege facturi videbantur. Conſerto itaq; prælio magna cædæ illyrios fudere:oſtenderuntq; hoſtibus ſuis priore bello:regẽ macedonibus non virtutem defuiſſe: Huic Amyntas ſuccedit: & propria virtute & Alexandri filii egregia indole inſigniter clarus:cui Alexandro tanta omnium virtutum naturæ ornamenta extitere: vt etiam olympio certamine vario ludicrorum genere contenderit. Cum interim darius rex perſarum turpi a ſcythia fuga ſummotus: ne vbiq; deformis militiæ damnis haberef: mittit cum parte copiarum Megabazũ ad ſubigendam thraciã

Edyſſa vocata ęgea.

Macedonũ incrementa

Perdicę pręcepta.

Vnde macedonibus bellica virtus quęſita.

Illyrii rege ſuo incunis prolato acrius pugnant

Amyntas

cæteraq; eius tractus regna: quibus pro ignobili momēto erat accessura macedonia: qui breui tempore executo regis imperio legatis ad Amyntam regem macedoniæ missis obsides in pignus futurę pacis sibi dari postulabat. Sed legati benigne excepti inter epulas ebrietate crescente rogant Amyntam: vt aparatui epularum adijciat ius familiaritatis. adhibitis in conuiuium suum filijs & vxoribus & filiabus: id apd̄ persas haberi pignus ac fœdus hospicij: qui vt venerunt petulantius persis eas contrectantibus filius Amyntæ Alexander rogat patrem respectu ætatis ac grauitatis suæ abire e conuiuio: pollicitus se hospitium tentaturum iocos. Quo digresso mulieres quoq; paulo e conuiuio euocat: cultius exornaturus gratioresq; reducturus. In quarum locum matronali exornatos habitu iuuenes supponit: eosq; petulantiam legatorum ferro quod sub veste gerebāt. cōpescere iubet. Atq; ita interfectis omnibus ignarus rei Megabasus cum legati non redirent: mittit eo cum exercitus parte Bubarem: vt in bellum facile & mediocre dedignatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tam fœdę gentis. Sed Bubares ante bellum amore filiæ Amyntę captus omisso bello nuptias facit: depositisq; hostilibus animis in affinitatis iura succedit. Post discessum a macedonia Bubaris Amyntas rex decedit: cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris nō Darij tantum temporibus pacem pręstitit verumetiam Xerxem consiliauit adeo vt cū græciam veluti tempestas quędā occupasset intus olympum hęmūq; montes totius regionis eum imperio donauerit. Sed nec virtute minus q̄ persarū liberalitate regnū ampliauit. Per ordinem deinde successiōis regnum macedonię ad Amyntā fratris eius Menelai filium puenit. Hic quoq; insignis industria & omnibus imperatorijs virtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit: Alexandrum/ Perdicam/ & Philippum Alexandri magni macedonis patrem/ & filiā Euryonem. Ex Cygea autem Archelaum/ Archideum/ Menelaum qui cum Illyrijs deinde cum olynthijs grauia bella gessit: Insidijs autem Eurydices vxoris: quę nuptias generi pacta/ occidendum virum/ regnumq; adultero tradendum susceperat: occupatus fuisset: ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Functus itaq; tot periculis senex decessit: regno maximo ex filijs Alexandro tradito. Igitur Alexander inter prima initia regni bellum ab illyris pacta mercede: & Philippo fratre dato obside redemit.

Persarum lasciuia.

Alexandri facinus Bubares.

Amyntas alexander perdica & Philippus Alexandri magni pater fratres fuere & Euryone soror archilaus archideus & Menelaus fratres.

Vbi philippus pcipuas virtutes imbiberit.

Interiecto quoq; tẽpore per eundẽ obsidẽ cũ thebanis gratiã pacis reconsiliat. quę res Philippo maxima incrementa egregie indolis dedit. Si quidem triẽnio thebis obses habitus prima pueritie rudimẽta in vrbe seueritatis antiquę: & in domo Epaminũdę sũmi & philosophi/ & imperatoris deposuit. Nec multo post Alexãder insidijs Eurydices matris appetitus occũbit: cui Amyntas inscelere deprehẽsæ propter communes liberos ignarus eisdem quandoq; exitiosam fore pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignũ prorsus libidinis causa liberos a matre vita priuatos: quam scelerũ suorum supplicijs liberorum contemplatio vindicauerã. Perdicę hęc indignior cędes videbatur: quod ei apud matrem miseriordiũ nec paruulus quidem filius conciliauerat. Itaq; Philippus diu non regem: sed tutorem pupili egit. At vbi grauiora bella imminebant/ serumq; auxiliũ in expectatione infantis erat compulsus a populo regnũ suscepit. vt ingressus imperium/ magna de illo spes omnibus fuit & propter ipsius ingenium: quod magnum spondebat virum/ & propter vetera macedoniæ fata: quæ cecinerant vno ex Amyntæ filijs regnante florentissimum fore macedoniæ statũ: cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni cum hinc cędes fratrum indigne peremptorum: inde hostiũ multitudo hinc insidiarum metus. inde inopia: continui belli/ & exhausti regni/ & immaturam ætatem tyronis vrgeret: bellaq; veluti conspiratione quadam ad opprimendam macedoniam multarum gentium ex diuersis locis vno tempore confluebant: quoniam omnibus par esse non poterat dispensanda ratus alia interposita pactione componit: alia redemit facillimis quibusq; aggressis: quorũ victoria & militum trepidos animos firmaret: & contemptum sibi hostium demeret. Primum illi cum atheniensibus certamẽ fuit: quibus per insidias victis metu belli grauioris cũ interficere omnes posset: incolumes sine precio dimisit. Post hos bello in Illyris trãslato multa milia hostium cędit. Vrbem nobilissimam Larissæam capit: hic thessaliam capit non prędæ cupiditate sed quod exercitui suo robur thessalorum equitũ adiungere gestiebat: nihil minus q̃ bellum metuentem improuisus expugnat. vnumq; corpus equitũ pedestriumq; copiarum inuicti exercitus fecit: quibus rebus foeliciter prouenientibus Olympiada Neoptolemi regis molossorum filiam vxorem ducit: cõciliante nuptias fratre patruele

Philippy (manuscript marginal note)

Philippi gesta.

Olympias Neoptolemi filia.

altore virginis Aryba rege molossorum: qui sororem olympiadis Troadā in matrimonium habebat: quæ causa illi exitij malorūq; omnium fuit. Nam dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturum se sperat: proprio regno ab eodem priuatus in exilio consenuit. His ita gestis Philippus iam non contentus summouere bella: vltro etiam quietos lacessit. Cum methonam vrbem oppugnaret: in p̄tereuntem de muris sagitta iacta dextrum oculum regis effodit: quo vulnere nec segnior in bellum nec iracūdior adversus hostes factus est. adeo vt interiectis diebus pacem deprecantibus dederit: nec moderatus tantum/ verumetiam mitis aduersus victos fuerit.

Vbi oculū Philippus amiserit.

¶ Iustini Historici Liber Octauus.



GRęcię ciuitates dum imperare singulę cupiūt imperium oēs p̄diderunt. Quippe in mutuū exitiū sine modo ruētes: ab omnibus victę perière: quod singulę amitterēt nō nisi oppressæ senserūt: Siquidem Philippus ex macedonię velut specula quadam libertati omniū insidiatus: dum contentiones ciuitatum alit/ auxiliū inferioribus ferendo: victos pariter/ victoresq; subire regiā seruitutē coegit. Causa & origo huius mali thebani fuere: qui cum rerum potirentur secundam fortunam imbecillo animo ferentes: victos armis lacedęmonios/ & phocenses quasi parua supplicia cędibus & rapinis luisient: apud commune gręcię cōcilium superbe accusauerunt Lacedęmonijs crimini datū q̄ arcē thebanā induciarū tēpore occupassent: phocēsibus q̄ boetiā depopulati essent: prorsus quasi post arma: & bellum locum legibus reliquissent. Cū iudiciū arbitrio victorum exercerent: tanta pecunia damnant: quāta exolui non posset. Igitur phocēses cum agris: liberis: cōiugibusq; priuarētur: desperatis rebus: Philomene quondā duce velut deo irascentes: tēplum ipsum Apollinis delphis occupauere. Inde auro & pecunia diuites: cōducto mercenario milite: bellū thebanis intulerūt: factūq; phocēsium tametsi oēs execrarent p̄pter sacrilegiū: plus tñ inuidię thebanis a q̄bus ad hāc necessitatē cōpulsi fuerāt: q̄ ipsis intulit. Itaq; auxilia his & ab atheniēsibus & a lacedęmonijs missa. Prima igit̄ congressione Philomenes thebanos castris

Thebanorum iniuria.

Philomenes Delphici tēplum Apollinis occupatū.

Philomenis iteritus.

Oenomaus Philippus aduersus. Oenomaũ ꝑgredit.

exuit. sequenti prælio primus inter confertissimos dimicans cecidit: & sacrilegij pœnas impio sanguine luit. In huius locum dux Oenomaus creatur: aduersus quẽ thebani thessaliq; non ex ciuibus suis: ne victorijs potentiam ferre non possent: sed philippum macedoniæ regem ducem eligũt: & externe dominationi: quam in suis timuerunt: sponte succedunt. Igitur Philippus quasi sacrilegij non thebanorum vltro esset: omnes milites coronas laureas sumere iubet: atq; ita veluti deo duce in prælium pergit. Phocenses insignibus dei conspectis / conscientia delictorum territi: abiectis armis fugam capessũt. pœnasq; violatę religionis sanguine: & cædibus suis pendunt. Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriã dedit. Illũ vendicem sacrilegij: illum vltorẽ religionum: quod orbis viribus expiari debuit: solum qui piacula exigeret extitisse dignum. Itaq; dijs proximus habetur: per quem deorum maiestas vindicata sit. Sed atheniẽses audito belli euẽtu ne in græciam Philippus transiret: angustias thermopylaꝝ: pari ratione sicuti antea aduenientibus persis: occupauere: sed nequaq̃ simili aut virtute / aut causa. Siquidem tunc pro libertate græciæ nũc pro sacrilegio publico: tunc a rapina hostium templa vindicaturi. nũc aduersus vindices temploꝝ raptores defensuri. Agũtq; se propugnatores sceleris: cuius turpe erat alios vĩdices fuisse immemores prorsus: ꝙ in dubijs rebus suis illo deo etiam consiliorum auctore vsi fuerant: ꝙ illo duce tot bella victores inierant: tot vrbes auspicato cõdiderant: tantum imperium terra / mariq; quæsierant: ꝙ nihil sine maiestate numinis eius aut priuate vnq̃ / aut publicæ rei gesserant. Tantũ facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta. pulcherrimis legibus / institutisq; formata: vt quid vnde post hac succensere iure barbaris possint: nõ haberent. Sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe veluti timens ne ab hostibus sacrilegij scelere vinceretur. ciuitates: quarum pauloante dux fuerat. quæ sub auspicijs eius militauerant: quæ gratulatæ illi / sibiq; victoriam nactę fuerant: hostiliter occupatas diripuit. Coniuges / liberosq; omnium sub corona vendidit non deorum immortalium templis: nõ ædibus sacris: non dijs penatibus / publicis / priuatisq; ad quos pauloante ingressus hospitaliter fuerat: pepercit. Prorsus vt non tam sacrilegij vltor extitisse: q̃ sacrilegiorum licentiam quæsisse videretur. Inde veluti rebus ægregiæ gestis / in cappadociã traijcit: vbi bello pari perfidia ge

Gloria philippo data.

Thermopylaꝝ angustias athenienses occupãt

Olynthia cũ bellũ.

Philippus in cappadociã traijcit.

sto:captisq; per dolum/ & occisis finitimis regibus: vniuersam ꝓuinciam imperio macedaniæ adiungit. Deinde ad abolendam inuidiæ famam.ua insignis pręter cæteros tunc temporis habebatur:per regna mittit: & opulentissimas ciuitates: & phana:ac tēpla:qui opinionem sererent regem Philippum magna pecunia locare: & muros per ciuitates: & phana: & templa facienda: & vt ꝑ pręcones susceptores sollicitarentur/ qui cum in macedoniam venissent:varijs dilationibus frustrati/ vim regię maiestatis timētes. taciti proficiscebantur. Posthæc Olynthios aggreditur: receperāt enim per misericordiam post cędem vnius duos fratres eius: quos Philippus ex nouerca genitos veluti participes regni interficere gestiebat. Ob hanc igitur causam vrbem antiquam & nobilem excindit: & fratres olim destinato supplicio tradit: prædaq; ingenti: pariter & parricidij voto fruitur. Inde quasi omnia quæ agitasset animo:ei licerent:auraria in thessalia: argenti metalla in thracia occupat. Et ne quod ius:vel fas inuiolatum prætermitteret:piraticam quoq; exercere instituit. His ita gestis/forte venit vt eum fratres duo reges thraciæ/ & non contēplatione iustitię eius: sed inuicem metuentes ne alterius viribus accederet disceptationum suorum iudicem eligerent. Sed Philippus more ingenij sui ad iudicium veluti ad bellum inopinantibus fratribus instructo exercitu superuenit: regno vtrumq; non iudicis more: sed fraude latronis:ac scelere spoliauit. Dum hęc aguntur: legati atheniensium petentes pacem ad eum venerunt:quibus auditis: & ipse legatos athenas cum pacis conditionibus misit:ibiq; ex commodo vtrorumq; pax facta. Ex cæteris quoq; græcię ciuitatibus nō pacis amore.sed belli metu legationes venere. Siquidem crudescente ira/thessali/ boetijq; orant: vt professum aduersum phocenses ducem gręcię exhibeat:tanto odio phocensium ardentes: vt obliti cladium suarum perire ipsi q̄ non perdere eos præoptarent:expertamq; Philippi crudelitatem pati: q̄ parcere hostibus suis mallent. Contra phocensium legati adhibitis lacedęmonijs: & atheniensibus bellum deprecabantur: cuius ab eo dilationem ter iam emerant. Fœdum prorsus: miserandumq; spectaculum: græciam etiam nunc & viribus: & dignitate orbis terrarum principem: regum certe/gentiumq; semper victricem & multarum adhuc vrbium dominam/alienis excubare sedibus:aut rogātem bellum/aut deprecantem in alterius ope omnem spem posuisse Orbis terra-

Olynthios Philippus aggreditur

Mulctādos fratres tradit Philippus.

Philippi scelera.

Mittunt legati atheniēsium ad Philip.

Phocensiū legati.

Quid possit discordia aduerte.

rum vindices eo vsq; discordia sua ciuilibusq; bellis redactos. vt adulentur vltro sordidam pauloante clientelæ suę partem: & hoc potissimum facere thebanos lacedęmoniosq; antea inter se imperium nunc gręciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc vendicatione gloriæ suę tãtaturum vrbium fastigiũ agitat: atq; vtros potius dignetur: estimat. Secreto igitur auditis vtrisq; legationibus his veniam belli pollicetur iureiurando adactis respõsum nemini prodituros: illis contra venturum se auxiliumq; latu℞ Vtrosq; vetat parare bellum aut metuere. sic variato responso securis omnibus thermopylarum angustias occupat. Tunc primum phocenses se captos in fraude Philippi animaduertentes trepidi ad arma confugiũt. Sed neq; spacium erat instruendi belli: nec tempus ad contrahenda auxilia: & Philippus excidium minabatur: ni fieret deditio Victi igitur necessitate: pacta salute se dediderunt. Sed pactio eius fidei fuit: cuius antea fuerat deprecati belli promissio. Igitur cæduntur passim/rapiunturq;/non liberi parentibus. non coniuges maritis/non deorum simulacra templis suis relinquuntur. vnum tantum miseris solatium fuit: quod cum Philippus portione prædæ socios fraudasset: nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. Reuersus in regnũ: vt pecora pastores nũc in hybernos/nunc in æstiuos saltus traijciunt/sic ille populos: & vrbes. Vt illi vel replenda: vel derelinquenda quęq; loca videbantur: ad libidinẽ suam transfert. miseranda vbiq; facies: & excidio similis erat. Nõ quidẽ pauor ille hostilis/nec discursus per vrbem militum erat: non tumultus armorum/ nõ bonorum atq; hominũ rapina/sed tacitus mœror: & luctus/verentibus ne ipsę lachrymæ pro contumacia haberentur. Crescit dissimulatione ipsa dolor: hoc altius dimissus quo minus profiteri licet. Nunc sepulchra maiorum/nunc veteres penates/ nunc tecta: in quibus geniti erant, in quibus quę genuerant: considerabant. Miserantes nunc vicem suam: ꝙ in eam diẽ vixissent/nũc filio℞/ꝙ non post eam diẽ nati essent/alios populos in finibus ipsis hostibus apponit/alios in extremis regni terminis statuit. quosdam bello captos in supplementis vrbium diuidit. Atq; ita ex multis gentibus nationibusq; vnum regnum populumq; constituit. Compositis ordinatisq; macedoniæ rebus / dardanos cæterosq; finitimos fraude captos expugnat. Sed nec a proximis manus abstinet. Siquidem Arybiam regem Epiri vxori suæ. Olympiadi arctissima cognatione vin-

Phocenses Philip. sese dedunt.

Phocensiũ excidium.

Arybas rex epiri.

Olympias Philippi vxor.

ctum pellere regno statuit/atq; Alexandrum priuignũ eius vxoris olympiadis fratrem/puerum honeste pulchritudinis in macedonia nomine sororis accersit/omniq; studio sollicitatum in spẽ regni simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit:maiora in eo obsequia habiturus siue conscientię pudore/siue regni beneficio. Igitur cum ad.xx.annos peruenisset:ereptum arybæ regnum puero admodum tradit scelestus in vtroq;/nam nec in eo ius cognationis seruauit cui ademit regnum:& eũ cui dedit/impudicum fecit ante quam regem. Alexander ad stupri cõsuetudinẽ pellitur.

¶ Iustini Historici Liber Nonus.



N græciam Philippus cũ venisset sollicitatus paucarum ciuitatum direptione: & ex præda modicarum vrbium quantæ opes vniuersarũ essent animo ꝓspiciens bellũ toti gręcię inferre statuit. At cuius emolumentũ egregie pertinere ratus si sibi bizantium nobilem/& maritimam vrbẽ receptaculum terra mariq; copijs suis futurum in potestatem redigisset:eãdem claudentem sibi portas obsidione cinxit Hæc namq; vrbs condita primo a pausania rege spartanorum/& per.vij.annos possessa fuit deinde variante victoria:nunc lacedęmoniorum/nũc Atheniensium iuris habita est/quę incerta possessio effecit/vt nemine quasi suam auxilijs iuuante libertatem constantius tueretur. Igit̃ Philippus longa obsidionis mora exhaustus pecunię cõmerciũ de piratica mutuat̃. Captis itaq;.clxx.nauibus mercium/& distractis anhelantem inopiã paululum recreauit. Deinde ne vnius vrbis oppugnatione tãtus exercitus teneretur:profectus cũ fortissimis multas Chersonensiũ vrbes expugnat. filiũ Alexandrũ decẽ & octo annos natũ vt sub militia patris tyrocinij rudimenta deponeret:ad se accersit. In scythiã quoq; ꝑdandi causa profectus est more negociantiũ impẽsas belli alio bello refecturus. Erat eo tẽpore rex scythaꝝ Matthæas:qui cũ bello istrianorum præmeretur:auxilium a Philippo per Apollonienses petit.in successione cum regni scythiæ adoptaturus:cum interim istrianorum rex decędens & metu belli & auxiliorum necessitate scythas soluit. Itaq; Matthæas remissis macedonibus renunciari Philippo iubet:neq; auxilium eius se petisse:neq; adoptionem mandasse.

Bizantium a quo conditum. A Pausania

Alexandrũ filium accersit ad se phi.

Mathæas rex scythaꝝ

Nam neq; vindicta macedonum egere scythas: quibus meliores forēt: neq; heredem sibi incolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Matthæam mittit: impensæ obsidionis portionē petentes: ne inopia bellū deserere cogatur. Quod eo promptius eū facere debere ꝙ missis a se in auxiliū eius militibus: nec sumptum quidem viæ non modo officij precia dederit. Matthias inclementiam cœli & terræ sterilitatem causatus: quę non patrimonijs dicet scythas: sed vix alimenta exibeat: respondit: nullas sibi opes esse quibus tantum tegem expleat: & turpius putaret paruo defungi quam totum abnuere. Scythas autem virtute animi/& duricia corporis non opibus censeri. Quibus derisus Philippus soluta obsidiōe byzantij scythica bella aggreditur: pręmissis legatis: quo securiores faceret: qui nuncient Mattheæ dū byzantium obsidet nouisse statuam Herculi: ad quam in hostio istri ponēdā se venire paccatum accessum ad religionē dei petēs amicus ipse scythis venturus. Ille si voto fungi velit. statuam sibi mitti iubet: non modo vt ponatur: verumetiā vt inuiolata maneat pollicetur exercitum autem fines ingredi negat se passurum: ac si inuitis scythis statuam ponat: eo digresso sublaturum versurumq; æs statuę in aculeos sagittarum. His vtrinq; irritatis animi prælium cōmittitur. cum virtute & animo pręstarent scythę: astutia Philippi vincuntur. xx. milia puerorum/ac fœminarum capta: pecoris magna vis: auri argētiq; nihil. Ea primū fides inopię scyticę fuit. xx. milia nobilium equarum ad genus faciendum in macedoniam missa. Sed reuerenti a scythia tribali Philippo occurunt: negāt se transitū daturos ni portionem accipiant prędæ. Hinc iurgium & mox prælium. In quo ita in femore vulneratus est Philippus: vt p corpus eius equus interficeretur. cū omnes occisū putarent: præda amissa est. Ita scythica velut deuota spolia pœnę luctuosa macedonibus fuere. Vbi vero ex vulnere primū conualuit diu dissimulatum bellum atheniensibus infert quorum causa thebani se iunxere ne victis metuentes atheniensibus veluti vicinum incendium belli ad se transiret. Facta igitur inter duas pauloante infestissimas ciuitates societate/legationibus græciā fatigant/communē hostem putant cōmunibus viribus summouendū. Neq; enim cessaturū Philippū si prospere prima successerint: nisi omnē gręciā domuerit. Motæ quædam ciuitates atheniēsibus se iungunt: quasdā autē ad Philippū belli metus traxit. Prælio cōmisso cum

Ars Philip. in scythico bello monēdo.

Scythæ a Philip. vincuntur.

Vulneratus a tribalis philip.

Reconciliātur inter se thebani & atheniēses.

athenienses longe maiore militum numero præstarent: assiduis bellis indurata virtute macedonum vincuntur. non tamen imme mores pristinę glorię cecidere. Quippe aduersis vulneribus omnes loca quæ tuenda a ducibus accepcrēt: morientes corporibus texerūt. Hic dies vniuersę gręcię: & gloriā dominationis: & vetustissimā libertatem finijt. Huius victoriæ calidę dissimulata lętitia est Deniq; nō solita sacra Philippus illa die fecit: non in conuiuio risit non ludos inter epulas adhibuit. non coronas aut vnguenta sumpsit. & quantum in illo fuit. ita vicit: vt victorem nemo sentiret: Sed nec regem se grecię. sed ducem appellari iussit. Atq; ita inter tacitam lętitiā & dolorem hostiū tēperauit: vt neq; apud suos exultasse: neq; apud victos insultasse videretur. Atheniensibus quos passus infestissimos fuerat: & captiuos gratis remisit & bello consumptorum corpora sepulturæ reddidit: reliquiasq; funerum vt ad sepulcra maiorum deferrent vltro hortatus est. Super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro: qui pacē cū his amicitiamq; iungeret. Athenas misit. Thebanorum porro non solum captiuos verumetiam interfectorꝝ sepulturā vendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit: alios ī exiliū redegit: bonaq; omniū occupauit. pulsos deinde per iniuriā in patriā restituit. ex horum numero ccc. exules iudices rectoresq; ciuitati dedit. Apud quos cū potentissimi quinq; rei eius ipsius criminis postularētur: quod per iniuriam se in exilium egissent. huius constantiæ fuerunt: vt omnes se auctores faterentur: meliusq; cum reipu. actum cum dānati essent: q̄ cum restituti contēderent. Mira prorsus audacia de iudicibus vitæ necisq; suæ quēadmodum possunt sententiam ferunt contēnuntq; absolutionē: quam dari inimici possunt: & quoniam rebus nequeūt vlcisci: verbis vsurpāt libertatē. Compositis in grecia rebus Philippus omnium ciuitatum legatos ad formandum rerum pręsentium statum euocari corynthum iubet: Ibi pacis legem vniuersæ grecię pro meritis singularum ciuitatum statuit: consiliumq; omnium veluti vnum se natum ex omnibus relegit. Soli Lacedęmonij & legem & regem contempserunt: seruitutem non pacem rati: quę non ipsis ciuitatibus cōueniret. sed a victore ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatum describunt. siue adiuuandus ea manu rex oppugnante aliquo foret seu duce illo bellum inferendum. neq; enim dubium erat imperium persarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum. cc. milia peditum

Atheniēses a Philippo vincuntur.

Alexander athenas mittitur.

Sæuitia. Philippi in thebanos.

Legatos oīs Corynthū Philip. accersit.

Apparatus bellicus.

fuere: & equitum.xv.milia. Extra hanc summam & macedoniæ exercitus erat: & confinis domitarum gentium barbaries. Initio veris tres duces i Asiam persarum iuris pręmittit Parmenonem: Amyntham: & attalum: cuius sororem nuper expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspitionem in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia a græcia coeunt: nuptias Cleopatre filiæ & Alexandri: quem regem Epiri fecerat: cęlebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regum: & collocãtis filiam & vxorem ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificentia deerat: ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus medijs inter duos Alexandros filium generumq; concederet: pausanias nobilis ex macedonibus/ nemini suspectus adolescens occupatum angustijs Philippum in transitu obtruncat: diemq; lætitiæ destinatum fœdum luctu funeris facit. Hic pausanias primis pubertatis annis stuprum per iniuriã passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc etiam fœditas accesserat/ Nam perductum in conuiuio solutumq; mero Attalus non suæ tantũ verum & conuiuarum libidini velut scortum vile subiecerat: ludibriumq; omnium inter coequales reddiderat Hanc rem ægre ferens Pausanias quęrelam Philippo sæpe detulerat: Cum varijs frustrationibus non sine risu deferretur: & honoratum insuper ducatu aduersarium cerneret iram in ipsum Philippum vertit: vltionemq; quam aduersario non poterat ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam immissum ab olympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum Alexandrum ignarum paterne cædis extitisse: quippe non minus Olympiade repudium & prælatam sibi Cleopatram quam stuprum Pausaniam doluisse. Alexandrum quoq; regni æmulum fratrem ex nouerca susceptum timuisse eo q; actum vt in conuiuio antea primum cum Attalo mox cum ipso patre iurgaret. Adeo vt etiam stricto gladio eum Philippus consectatus sit. egræq; a filij cæde amicorum precibus exoratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre. inde ad regem Illyriorum contulerat: vixq; reuocanti mitigatus est patri. precibusq; cognatorum ægre redire compulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat. peruicissetq;: ni filiæ nuptijs pater generum occupasset. His stimulis irarum vtriq; Pausaniam de impunitate stupri sui quęrentem ad tantum facinus impulisse creduntur.

Olympias pulsa stupri suspitione.

Alexãdri & Cleopatre nuptiæ.

Pausanias Philippum obtruncat.

Pausanias ab Attalo stuprũ passus.

Ad q̃d pausani.

Philippum obtrũcauerit.

παιδικα 545

Olympias certe fugienti percursori equos quoq; pręparatos habuit: ipsa deinde audita regis nece: cum titulo officij ad exequias eadem nocte cucurrisset: in cruce pendentis pausanię capiti eadem nocte: qua venit: coronam aureã imponit: quod nemo alius audere nisi hęc superstite Philippi filio potuisset. Paucos deinde post dies, refixum corpus interfectoris super reliquias cremauit: & tumulum ei eodem fecit in loco: parẽtariq; eidem quotannis incussa populo superstitione curauit. Post hæc Cleopatrã a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat. in gremio eius prius filia interfecta finire vitam suspendio coegit: spectaculoq; pendentis vltione potita est: ad quam per patricidium festinauerat. Nouissime gladium illum: quo rex percussus est: Apollini sub nomine myrtalis consecrauit. Hoc enim nomen ante Olympiadis paruulæ fuit: quæ omnia ita palam facta sunt: vt timuisse videatur: ne facinus ab ea commissum non probaretur. Decessit Philippus. xl. & vij. annorum cum annis. xxv. regnasset: genuit ex Larissæ a saltatrice filium Arideum: qui post Alexandrum regnauit. habuit & multos alios filios ex varijs matrimonijs regio more susceptos: qui partim fato: partim ferro periere. Fuit rex armorum quam cõuiuiorum apparatibus studiosior: cui maxime opes erat. ¶ Instrumẽta bellorum diuitiarum questu quam custodia sollertior. Itaq; inter quotidianas rapinas semper inops erat. misericordia in eo & perfida pari iure dilectę Nulla apud eum turpis ratio vincendi blandus pariter & in gratiam offensam simulare insidiosus alloquio: qui plura promitteret q̃ præstaret. In seria & iocos artifex: amicitias vtilitate non fide colebat. Gratiam fingere in odio: instruere inter concordantes odia apud vtrumq; gratiam quęrere solemnis illi consuetudo. Inter hæc eloquentia & insignis oratio acuminis & sollertia plena: vt nec ornatui facilitas: nec facilitati inuentionum deesset ornatus. Huic Alexãder successit & virtute & vitijs patre maior. Itaq; vincendi ratio vtriq; diuersa. hic aperta vi: ille artibus bella contrabat: deceptis ille gaudere hostibus: hic palam fusis. Prudentior ille consilio: hic animo magnificentior. Iram pater dissimulare plærumq; & vincere hic vbi exarsisset: nec dilatio vltionis: nec modus erat. Vini nimis vterq; auidus: sed ebrietatis diuersa vitia. Patri mors erat & de conuiuio in hostem procurrere: manũ conferere: periculis se temere offerre Alexãder nõ in hostem: sed in suos sęuiebat: quãobrem Phi

Argumẽta cædis ab olympiadę i Philippum meditate Myrtalis quodam dicta olympia Cõmemoratur modus viuendi Philippi.

Eloquentia in Philippo

Cõparatio Philippi & Alexandri.

lippum sæpe vulneratũ prælia remisere:hic amicorum inter fectos conuiuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis nolebat: hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle hic metui. Literarum cultus vtriq; similis Sollertię pater maioris:hic fidei. verbis atq; oratione Philippus:hic rebus moderatior. percẽdi victis: filio animus & promptior & honestior frugalitati pater:luxuriæ filius magis deditus erat. quibus artibus orbis & imperij fundamenta pater fecit operis totius gloriam filius consumauit.

Iustini Historici Liber. X.

Vndecimus Persarum Rex Artaxerxes

Filiorum artaxerxis numerus.



Rtaxerxi regi persarum ex pellicibus. c. xv. filij fuere:sed tres tãtum iusto matrimonio suscepti Darius Ariarates & Occhus. Ex his Dariũ cõtra morem persarum apud quos rex nisi morte mutatur:per indulgentiã pater regẽ viuus fecit nihil sibi ablatum existimans. qđ in filium cõtulisset:sinceriusq; gaudiũ ex procreatione capturum:si insignia maiestatis suę viuus in filio conspexisset. Sed Darius post noua paternę pietatis exempla interficiendi patris consiliũ cœpit. Sceleratus fuisset:si solus parricidiũ cogitasset:tãto sceleratior quãto in societatẽ facinoris assumptos. L. fratres fecit parricidas. Ostenti prorsus genus:vbi in tanto populo non solum sociari:verumetiã sileri parricidium potuit. vt ex. L. liberis nemo inuẽtus sit. quem aut paterna maiestas:aut veneratio senis:aut indulgentia patris & tanta immanitate reuocaret. Adeo ne vile paternũ nomẽ apud tot nũero filios fuit:vt quorum p̃sidio tutus etiã aduersus hostes esse debuerat:eorum insidijs circumuentus/tutior ab hostibus quã a filijs fuerit. Causa parricidij sceleratior ip̃o parricidio fuit:occiso quippe Cyro fraterno bello:cuius mẽtio supra habita est: Aspasiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimoniũ receperat. Hanc patrem cedere sibi sicuti regnum Darius postulauerat:qui pro indulgentia sua in liberos primo factutũ se dixerat:mox pœnitentia ductus vt honeste negaret:quod temere p̃miserat: solis eam sacerdotio præfecit:q̃ perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabaẽ. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primo patris erupuit:mox facta cum fratribus coniuratione: dum patri insidias parat:deprehensus cum socijs pœnas parrici

Plutarchus Aspasiã vocat non astasiã & Artoxerxem nõ artaxerxem

dij dijs paternæ maiestatis vltoribus dedit: coniuges quoq; omnium cum liberis/ne quod vestigium tanti sceleris extaret interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit. Rex quā pater fœlicior. Hereditas regni Occho tradita: qui timens parem coniurationem regiā cognatorum cæde & strage principium replet: nulla non sanguinis: non sexus/non ætatis misericordiam permotus: scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur. Atq; ita veluti purificato regno bellū Armenis infert. In eo cum aduersus ꝓuocationem hostium Codomanus quidā cum omnium fauore processisset: hoste cæso victoriam suis pariter & prope amissam gloriam restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Armenijs interiecto deinde tempore post mortem Occhi regis ob memoriam pristinæ virtutis rex a populo cōstituitur. Darij nomine ne quid regiæ maiestatis deesset honoratus: bellumq; cum Alexandro magno diu variam te fortuna magna virtute gessit. Postremo victus ab Alexandro & a cognatis occisus: vitam pariter cum persarum regno finiuit.

Moritur artaxerxes.

Codomanus.

Occhus cæditur codomanus rex armenioꝶ cōstituitur.

Darij intus.

Motus qui post Philip morte̅ fr[illegible]

ℂIustini Historici Liber. XI.



N exercitu Philippi sicuti variȩ gentes erant ita eo occiso diuersi motus animoꝶ fuere. Alij quippe iniusta seruitute oppressi/ad spem se libertatis erigebāt. Alij tȩdio longinquæ militiȩ remissam sibi expeditiōe gaudebant: nō nulli facē nuptijs filiæ accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoq; tam subita mutatiōe rerū haud mediocris metus cœperat. reputantes nūc ꝓuocatam Asiam: nūc Europam nondum perdomitam: nūc Illyrios/& thracas/& dardanos: cȩterasq; barbaras gentes fidei dubiȩ: & mentis infidæ: qui omnes populi si pariter deficiant. resisti nullo modo posse. His rebus velut medela quȩdam interuentus Alexādri fuit: qui pro concione ita vulgus omne consolatus/hortatusq; pro tempore est: vt & metum timentibus demeret: & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos. xx. natus/in qua ȩtate ita moderate de se multa pollicitus est vt appareret plura eum experimentis reseruare. Macedonibus immunitatē cunctarum reꝶ prætermilitiæ vacationē dedit. quo facto tantum sibi fauorem omnium conciliauit: vt corpus homi

Mors Phil.

Vlciscit alexander cædem patris.

nis non virtutem regis mutasse se dicerent. Prima illa cura pater-
narum exequiarum fuit. In quibus ante omnia cędis conscios ad
tumulum patris occidi iussit: soli alexandro lyncestarum fratri pe
percit. seruans in eo auspicium dignitatis suæ: nam regem eum

Caranus interficitur.

primus salutauerat. æmulum quoq; imperij Caranum fratrem ex
nouerca susceptum interfici curauit. Inter initia multas gentes re
bellantes compescuit: orientes nonnullas seditiões extinxit: qui-
bus rebus erectus tacito gradu in græciam contendit. vbi exem-
plo patris Corynthum euocatus ciuitatibus dux in locũ eius sub
stituitur. Inchoatum deinde a patre persicum bellum aggreditur
in cuius apparatu occupato nunciatur Athenienses/Thebanos:
& Lacedęmonios ab eo ad persas defecisse: auctoremq; eius de-

Demosthenis auctoritas.

fectionis magno auri pondere a persis corruptum. Demosthenẽ
oratorem extitisse qui Macedonnm deletas omnes cum rege co
pias a tribalis affirmauerit: producto in concionem auctore: qui
in eo prælio in quo rex ceciderat: se quoq; vulneratum diceret.

lexander ęciam opimit.

Qua optime mutatos omnium ferme ciuitatũ animos esse: prę-
sidia Macedonum obsideri: quibus motibus occursurus tanta ce
leritate: instructo paratoq; exercitu græciam oppressit: vt quem
venire non sensere: aut videre se vix crederent. In transitu hortatus
Thessalos fuerat: beneficiorum Philippi patris maternæq; suæ
cum his ab ęacidarum gente necessitudinis admonuerat: cupide
hæc thessalis audientibus: exemplo patris dux vniuersæ gentis
creatus erat: & vectigalia omnia reditusq; suos ei tradiderant.
Sed Athenienses sicuti primi defecerunt: ita primi pœnitere cœ
perunt: contemptum hostis in admiratione conuertentes: pueri-
tiamq; Alexãdri spretam antea supra virtutem veterum ducum
extollentes. Missis itaq; legatis bellum deprecantur: quibus audi
tis/& grauiter increpatis Alexander bellum remisit. Inde thebas
exercitũ conuertit: eadem indulgentia vsurus si parem pœniten
tiam inuenisset. Sed thebani armis nõ precibus nec deprecatio-
ne vsi sunt. Itaq; victi grauissime queq; supplicia miserrimę capti
uitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio vrbis deliberare-

Vincunt ab Alexandro thebani.

tur. Phocenses/platenses & Thespienses: & Orchomenij Alexã-
dri socij: victoriæq; participes excidium vrbium suarum: crudeli
tatemq; thebanorum referebant: studia in persas non præsentia
tantum: verumetiam & vetera aduersus gręcię libertatem incre
pãtes. Quamobrem odium eos omnium populorum esse: quod

vel ex eo manifestari: quod iureiurando se omnes obstrinxerint: vt victis persis Thebas diruerent. adijciunt & scelerum priorum fabulas: quibus omnes scænas repleuerant: vt non præsenti tantum perfidia: verum & vetere infamia inuisi forent. Tūc Eleadas vnus ex captiuis data potestate dicendi non a rege se defecisse: quem interfectum audierint: sed a regis hæredibus. quicquid in eo sit admissum crudelitatis non perfidiæ culpam esse: cuius tamen iam magna se supplicia pepēdisse. Deleta iuuentute nunc senum fœminarumq; sicuti infirmum: ita innoxium restare vulgus. ipsumq; stupris contumelijsq; ita vexatum esse. vt nihil amarius vnq̄ sint passi: nec iam pro ciuibus: se qui tam pauci remanserint/ orare/ sed pro innoxio patriȩ solo & pro vrbe: quȩ nō viros tantū verumetiam deos genuerit. Priuata etiam regē superstitione deprecatur geniti apud ipsos Herculis: vnde originem gens ȩacidarum trahat. Acta Thebis a patre eius philippo pueritia rogat/ vbi parcat/ quæ maiores eius partim apd̄ se genitos deos adoret: partim educatos summæ maiestatis reges viderit. Sed potentior fuit ira quam preces. Itaq; vrbs diruitur: agri inter victores diuiduntur captiui sub corona venduntur/ quorum precium non exementium commodo/ sed ex inimicorum odio extenditur. miseranda res Atheniensibus visa. Itaq; portas refugijs profugorum contra interdictum regis aperuere: quam rem ita grauiter tulit Alexander: vt secunda legatione denuo bellum deprȩcantibus ita demū remisit: vt oratores & duces quorum fiducia totiens rebellent: sibi dedantur: paratisq; Atheniensibus: ne cogantur subire bellum: eo res deducta est: vt retentis oratoribus duces in exilium agerentur: qui ex continenti ad Darium profecti non mediocre momentum persarum viribus accessere. Proficiscens ad persicum bellum omnes nouercæ suæ cognatos (quos Philippus in excelsiorem dignitatis locum prouehens imperijs præfecerat) interfecit: sed nec suis: qui apti regno videbantur/ pepercit/ ne qua materia seditionis procul se agentem in macedonia remaneret: & reges stipendiarios conspectioris ingenij ad commilitium secum trahit: seniores ad tutelam regni relinquit. adunato deinde exercitu naues onerat: vnde conspecta Asia incredibili ardore mentis accensus duodecim aras deorum in belli vota statuit. ... nium omne suum: quod in Macedonia Europaq; habeb... cis diuidit: sibi Asiam sufficere præfatus. Priusquam vlla nauis

Eleadȩ verba ad Alexandrum.

Vn̄ gēs eacidarū traxerit originem Thebȩ diruuntur.

Nouercæ suæ cognatos oēs Alexander itetficit.

35 P/al.

litore excederet: hostias cædit/ petens victoriam bello: quo toti-
ens a persis petitæ græciæ vltor relictus sit quibus longa iam sa-
tis & matura imperia contigisse: quorumq; tempus esse vices ex-
cipere melius acturos. Sed neq; exercitus eius alia quã regis ani-
morum præsumptio fuit. Quippe obliti omnes coniugum/libero
rumq; & lõginquę a domo militię/persicum aurum: & totius oriẽ
tis opes/iam quasi suam prædam ducebant: nec belli periculorũ:
sed diuitiarum meminerant. Cum delati in continentem essent:
primus Alexander iaculum velut in hostilem terram iecit: arma
In ilio — tusq; de naui tripudianti similis prosiluit: atq; ita hostias cędit: p-
Parentat in ilio alexander. — catus ne se regem illę terræ inuitæ accipiant. In illo quoq; ad tu-
mulos eorum: qui troiano bello ceciderant: parentauit. Inde ho-
stem petens milites a populatione asię prohibuit: parcẽdum suis
rebus præfatus: nec perdenda ea: quæ possessuri venerãt. In ex-
Alexandri copiæ. — ercitu eius fuere peditum triginta duo milia: equitum quattuor
milia quingenti: naues centum. lxxxij. hac tam parua manu vni-
uersum terrarum orbem vtrum sit admirabilius vicerit: an aggre
di ausus fuerit ius certum est: cum ad tam periculosum bellum ex
ercitum legerit non iuuenes robustos: nec p[...] flore ætatis: sed
veteraneos/plęrosq; etiam emeritæ militię: qui cũ patre patriusq;
militauerant: elegit: non tam milites q̃ magistros militiæ electos
Pricipia q̃d sint. — putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius duxit: vt si prin-
cipia castrorum cerneres. senatum te alicuius priscæ reipu. vide-
re diceres. Itaq; nemo in prælio fugam sed victoriam cogitauit:
Darij consilia. — nec in pedibus cuiquam spes: sed in lacertis fuit. Contra rex per-
sarum Darius fiducia virium nil astu agere affirmans: suis occul-
ta consilia victoriæ fortunæ conuenire/nec hostem regni finibus
arcere: sed intimum regnũ accipere: gloriosius ratus repellere bel
Vide ne adramitinis sit legendũ — lũ/quã non admittere. Prima igit̃ congressio in campis Adastris
fuit. In acie persarum sexcenta milia militum fuere: quæ non mi-
nus arte Alexandri quam virtute macedonũ superata terga ver
psarũ copię & eorũ cæ- — terunt. Magna itaq; cædes persarum fuit. De exercitu Alexandri
nouem pedites. centum xx. equites cecidere: quos rex impensæ
ad cæterorum solatia humatos statuis equestribus donauit: co-
Vincunt a Alexandro thebani. — gnatisq; eorũ immunitates dedit. Post victoriam maior pars asię
ad eum [...]fecit. gessit & plura bella cum prefectis Darij: quos iam
n[...] armis q̃ terrore nominis sui vicit. Dum hæc aguntur: in-
terim in ditio captiui ad eum defertur insidias ei ab Alexandro

lyncistarũ genero antipatris qui præpositus macedoniæ erat pa rari.ob quam causam timens nequis interfecto eo in macedonia motus oriretur:in vinculis eũ habuit.Post hęc gordin vrbem pe tit:quę posita est inter phrygiam maiorẽ & minorem:cuius vrbis potiundę non tam propter prędam cupido eum cœpit.sed quod audierat in ea vrbe in templo iouis iugũ plaustri gordij positum: cuius nexũ siquis soluisset:eum tota Asia regnaturũ antiqua ora cula cecinisse.huius rei causa & origo illa fuit.Gordius cum in his regionibus bobus conductis aues eum omnis generis circũuola re cœperunt.Profectus ad consulẽdos augures vicinę vrbis ob uiam in porta habuit vrginem eximię pulchritudinis.percuncta tusq; eam quem potissimũ augurem consuleret.Illa audita causa cõsulendiq; gnara artis ex disciplina parentum regnum ei portẽ di respondit:polliceturq; se & matrimonij & spei sociam.tam pul chra conditio prima regni fœlicitas videbatur.post nuptias inter phrygas orta seditio est.consulentibus de fine discordiarum ora cula responderunt rege discordijs opus esse.Iterato quęrentibus de persona regis:iubentur eum regem obseruare: quem reuersi primum in templũ iouis euntem plaustro reperissent:obuius illis gordius fuit:statimq; eum regem cõsalutant. Ille plaustrum/quo vehẽti regnũ delatum fuerat/in templo iouis positum maiestati cõsecrauit regię.Post hunc filius Mida regnauit.qui ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus.phrygiam religionibus impleuit/ quibus tutior omnis vita quã armis fuit.Igitur Alexander capta vrbe cum in tẽplum iouis venisset/iugum plaustri requisiuit/quo exhibito cum capita loramentorum intra nodos abscondita re perire non posset/violentius oraculo vsus gladio loramenta cæ dit.atq; ita resolutis nexibus latẽtia in nodis capita inuenit. Hoc illi agenti nunciatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. Itaq; timens angustias magna celeritate taurum transcendit.in qua festinatiõe quingenta stadia cursus fecit:cũ tarsum venisset captus cydni fluminis amœnitate per mediam vrbem influentis proiectis armis plenus pulueris ac sudoris in pręfrigidam nudum vndam se proiecit. Tum repente tantus neruos eius occupauit rigor/vt interclusa voce non spes modo remedij:sed nec dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis nomine Philippus qui solus remedium polliceretur.Sed & ipsum parmenionis pri die a cappado- ia missæ epistolę suspectum faciebãt qui ignarus

Gordij Plaustrum.

Gordius rex creatur

Mida gor dij filius.

Mira alexã dri celeritas

Tarsus

Cydnus.

Salubre alexandri consilium.

infirmitatis Alexandri scripserat a philippo medico vt caueret: nam corruptũ illũ a Dario ingenti pecunia esse: tutius tamen est ratus dubię se fidei medici credere q̃ indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo epistolas medico tradidit: atq; ita inter bibendum oculos in vultũ legẽtis intendit. Vt securum conspexit

Darij copię.

lætior factus est: sanitatemq; quarta die recepit. Igitur Darius cũ ccc. milibus peditum & centũ milibus equitũ in aciem procedit. Mouebat hęc multitudo hostium respectu paucitatis suę Alexãdrum. Sed interdum reputabat quantas res cum ista paucitate gessisset: quãtosq; populos fudisset. Itaq; cum spes metũ vinceret/ periculosius differre bellum ratus: ne desperatio suis cresceret: circunuectus suos singulas gẽtes diuersa oratiõe alloquitur Illyrios

Oratio Alexãdri ad milites.

& thracas opum ac diuitiarum ostentatione: gręcos veterum bellorum memoria æterniq; cũ persis odij accendebat. Macedones autem nunc europæ victæ admonet: nunc asiæ expetitæ: nec inuentas illis toto vrbe pares vires gloriatur. Cæterum & laborum finem hunc & gloriæ cumnlum fore: Atq; inter hæc identidem cõsistere aciẽ iubet: vt hac mora consuescant oculis turbã hostiũ sustinere. Nec Darij segnis opera in ordinãda acie fuit. Quippe omissis ducum officijs ipse omnia circũire: singulos hortari: veteris glorię persarum/imperijq; perpetuę a dijs immortalibus datę possessionis admonere. ¶ Post hæc prælium ingentibus animis

Acre bellũ.

committitur. In eo vterq; rex vulneratur: tam diu certamen anceps fuit: quo ad fugeret Darius Exinde cædes persarum secuta

Persarum cædes.

est. Cęsa sunt peditũ sexaginta vnum milia: equitũ decem milia capta quadraginta milia Ex macedonibus cecidere pedestres cxxx, equites. cl, In castris persarum multũ auri cæterarũq; opum inuentum. Inter captiuos mater: & vxor: eadẽq; soror & filiæ duę Darij fuere. Ad quas visendas hortandasq; cũ Alexander venisset. cõspectis armatis inuicẽ se cõplexę velut statim morituręcõplorationem ædiderunt. Prouolute deinde genibus Alexandri: non vitam/sed vt Darij corpus sepeliant. dilationem mortis deprecantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander & Darium

adempsit

viuere dixit: & timentibus mortis metum dimisit e..sq; haberi & salutari vt reginas. Præcepit filias quoq; non sordidius dignitate patris sperare matrimonium iussit. post hæc opes Darij diuiciarumq; apparatum contemplatus admiratione tantarum rerum capitur. Tunc primum luxuriosa conuiuia: & magnificentiam

ẽpularum sectari:tunc Marsinem captiuam diligere propter for- mę pulcritudinem cœpit. A qua postea susceptũ puerum Hercu lem vocauit.memor tamẽ adhuc Darium viuere: Permenionem ad occupandam persicam classem. aliosq; amicos ad recipiẽdas asiæ ciuitates misit:quæ statim audita fama victoriæ ipsius Darij p̃fectis cum auri magno põdere tradentibus se in potestatem vi ctorum venerunt. Tunc in Syriam proficiscitur. vbi obuios cum infulis multos reges orientis habuit. Ex his pro meritis singulorũ alios in societatem recepit. alijs regnum ademit. suffectis in locis eorum nouis regibus. Insignis prętet cęteros fuit Abartomius rex ab Alexandro sidoniæ constitutus. quem Alexãder (cum operã oblocare ad puteos exhauriendos hortosq; irrigandos solitus es- set misere vitam exhibentem) regem fecerat. spretis nobilibus ne generis id non dantis beneficium putarent. Tiriorum ciuitas cũ coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratula tionis Alexãdro misisset:grate munere accepto. tyrum se ire vel- le ad vota herculi reddenda dixit:cum legati rectius id eum in ty ro vetere & antiquiore templo facturum dicerent:inde deprecã- tes eius introitum ita exarsit: vt vrbi excidium minaretur: confe- stimq; exercitu insulæ applicato non minus animosis tyrijs fidu cia carthaginẽsium bello excipitur. Augebat enim tyrijs animos Dionis exemplum/ quę carthagine condita tertiam partem orbis quęsisset: turpe ducentes si fœminis suis plus animi fuisset in im- perio querendo q̃ sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli ętate carthaginem & accersitis mox auxilijs nõ magno post tem pore per proditionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander ęgy ptum ciliciamq; sine certamine recepit. Ad Iouem deinde ham- monem pergit cõsulturus:& de euentu futurorũ & de origine sua. Namq; mater eius Olympias confessa viro sue Philippo fuerat. Alexandrum non ex eo se:sed ex serpẽte ingentis magnitudinis cõcepisse. Deniq; Philippus vltimo prope vitę suę tempore filiũ suum nõ esse palam prędicauerat:qua ex causa olympiada velut stupri compertam repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis ad quirere simul & matrẽ infamia liberare: per premissos subornat antistites quid sibi respõderi velint. Ingre dientem templũ statim antistites vt hammonis filium salutãt Illi lætus dei adoptione hoc se patre censeri iubet. Rogat deinde an omnes interfectores patris sui sit vultus; respondent patrem eius

Ex captiua Marsi filiũ alexander suscipit.

Alexãder i Syriã se confert.

Abartomius rex Sidoniæ.

Corona a tyrijs alex. data.

Tyriorũ ciuitas capit. Alexan. ad hãmonẽ loquẽ p̃ficiscit.

Hammonis filius Alexander.

Vniuersi or nec posse interfici nec mori: regis Philippi peractam plene vltio-
bis possessio nem esse. Tertiam interrogationem poscēti victoriā omniū bello
& bellorū vi rum possessionēq; terrarū dari respondent: comitibus quoq; suis
ctoria responsum: vt alexandrum pro deo non pro rege colerent. Hinc
Alex. ꝑmit illi aucta insolentia: mirusq; animo increuit tumor exempta comi
titur tate: quam & græcorum litteris & macedonum institutis didice-
Alexādriȩ rat Reuersus ab hāmone Alexandriā condidit: & coloniā Mace
cōditio. donū caput esse ægypti iubet. Darius cū Babiloniā ꝓfugisset per
Alexandri epistolas Alexādrum deprecatus redimendarum sibi captiuarū
ad dariū re- potestatē faciat/ inque eā rem magnā pecuniam pollicetur. Sed
scriptio. Alexander in preciū captiuarū regnū omne nō pecuniam petit.
Darij copiȩ Interiecto tempore aliæ epistolæ Darij Alexandro redduntur.
quibus filiæ matrimonium & regni portio offertur. Sed Alexan-
der sua sibi dari rescripsit: iussitq; supplicem venire & regni arbi-
tria victori permittere. Tum spe pacis amissa bellū darius reparat
quadrigētis milibus peditum: & centū milibus equitum obuiam
vadit Alexandro. In itinere nunciatur vxorem eius ex collisione
abiecti partus decessisse: eiusq; mortē illachrymatū Alexandrum
exequiasq; benigne ꝓsecutum: idq; eū non amoris: sed humani-
tis causa fecisse. Nam semel eā tantū Alexandro visam esse: cum
matrē/ paruulasq; filias eius frequentes consolaret. Hunc Darius
seratus vere victū: cum post tot prelia & beneficijs ab hoste supe
raretur: gratumq; sibi esse si vincere nequeat: ꝙ a tali potissimum
vinceretur. Scribit itaq; & tertias epistolas: & gratias agit: ꝙ nihil
in suos hostile fecerit. Offert deinde maiorem partem regni vsq;
Alexandri ad flumen eufratrem: & alterā filiam vxorē: pro reliquis captiuis
respōsio. triginta milia talentorū. Ad hoc Alexander gratiarum actionem
ab hoste superuacaneā esse respondit/ nec a se quicq̄ factū in ho-
stis adulationē: nec ꝙ in dubios belli exitus aut i leges pacis sibi
Parcere subiectis & debellare superbos.
lenocinia quæreret. sed animi magnitudine/ quā didicerit aduer-
sus vires hostium non aduersus calamitates contendere. Pollice-
turq; se præstaturum ea Dario: si secundus sibi non par haberi ve
Solib⁹ duo lit. Cæterū neq; mundum posse duobus solibus regi: neq; orbem
bus mundū summa duo regna saluo statu terrarū habere: ꝓinde aut deditio-
regi nō pos nem eadem die aut i posteram aciem paret: & nec polliceat sibi
se. aliam quā sit expertus victoriā. Postera die aciem ꝓducunt: cum
repente ante ꝑlium confectum curis Alexandrū somnus arripuit
Cum ad pugnam solus rex deesset a parmenione ægre excitatus

quęrentibus ſomni cauſas omnibus inter pericula cum etiam in ocio ſemper parcior fuerit:magno ſe metu liberatum ait:ſomnūq; ſibi a repentina ſecuritate datum:ꝙ licet cum omnibus Darij copijs cōfligere veritum ſe longam belli moram:ſi per ſe exercitum diuiſiſſent:ante prelium vtraq; acies hoſtibus ſpectaculo fuit:macedones multitudinem hominū:corporum magnitudinē:armorumq; pulchritudinem mirabant̄: perſæ autē a tam paucis victa ſuorum tot milia ſtupebant.Sed nec duces circūire ſuos ſingulos ceſſabant.Darius vix denis armatis ſingulos hoſtes.ſi diuiſio fieret: euenire dicebat. Alexander macedonas monebat ne multitudine hoſtiū ne corporis magnitudine vel coloris nouitate mouerentur:tantum meminiſſe iubet: cum iiſdem ſe tertio pugnare: nec meliores factos putarēt fuga.cum in aciem ſecum tā triſtem memoriam cędium ſuaꝝ & tantum ſanguinis de duobus prælijs fuſi ferrent. Et quēadmodū Dario maiorē turbam hominū eſſe ſic viriū ſibi. Hortatur ſpernant illam aciem auro & argento fulgentem.in qua plus prædę quā periculi ſit:cū victoria non ornamentoꝝ decore:ſed ferri virtute quęratur. Poſt hæc prælium cōmittitur.Macedones in ferrū cum contemptu totiēs a ſe victi hoſtis ruebant: contra perſæ mori quam vinci præoptabant. Raro etiam vllo prælio tantum ſanguinis fuſum eſt. Darius cum vinci ſuos videret:voluit mori & ipſę ſed a proximis fugere compulſus eſt.Suadentibus deinde quibuſdam vt pons Cydni fluminis ad iter hoſtiū impediendū intercluderetur: non ita ſaluti ſuæ velle cōſultū ait:vt tot milia ſociorum hoſtibus obijciat:debere & alijs fugę viam patere:quæ patuerit ſibi. Alexander aūt periculoſiſſima quęq; aggrediebatur:& vbi cōfertiſſimos hoſtes acerrime pugnare conſpexiſſet: eo ſe ſemper ingerebat: periculaq; ſua eſſe non multum volebat.Hoc prælio Aſiæ imperium rapuit: quinto poſtea accceptum regnum anno:cuius fœlicitas tanta fuit vt hoc nemo rebellare etiam auſus ſit:patienterq; Perſæ poſt imperium tot annoꝝ iugum ſeruitutis acceperint. Donatis refectiſq; militibus.xxxiiij.continuis diebus prędam recognoſcit. In vrbe deīde clauſa.xl.milia talētorum inuenit. Expugnat & Perſepolin caput perſici regni:vrbē multis annis illuſtrem: refertāq; orbis terrarum ſpolijs: quæ interitu eius primum apparuerunt. Inter hęc octingenti admodū græci occurrunt Alexandro: qui pœnam captiuitatis truncata parte corporū tulerant;rogantes vt ſicuti græciam

Alexander in ocio parcior ſomno capitur.

Alex.monitio.

Darij caritas ī ſuos.

Cydnus fluuius.

Perſepolis pſici regni caput expugnat̄.

se quoq; ab hostis crudelitate vindicaret. Data potestate redeundi agros recipere maluerunt ne non tam gaudium parentibus q̃ detestandum sui conspectum reportarent. Interea Darius in gratiam victoris a cognatis suis aureis compedibus cathenisq; in vico parthorum tanea vincitur. Credo ita dijs immortalibus vindicantibus vt in terra eorum: qui successuri imperio erant: persarũ regnum finiretur. Alexãder quoq; citato cursu postera die superuenit: ibiq; cognouit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum. Iussu itaq; exercitu subsequi cum. vij. milibus equitum fugientem insequitur. In itinere multa periculosa prælia fecit. Emẽsus deinde mulia passuum cum nullum Darij iudicium reperisset: respirãdi equis data potestate: vnus ex militibus dũ ad fontẽ ꝓximum pergit in vehiculo Darium multis quidem vulneribus confossum: sed spirantem adhuc inuenit qui applicito captiuo cũ ciuem ex voce cognouisset. id saltem præsentis fortunæ solatium se habere dixit: q apud intellecturum locuturus esset: nec incassũ postremas voces emissurus. Proferri hæc alexandro iubet se nullis in eum meritorum officijs maximorum illi debitorem mori: q in matre liberisq; suis regium eius non hostilem animum expertus. fœliciusq; hostem q̃ cognatos sortitus sit. Quippe & matri ac liberis suis ab eodem hoste vitam datam: sibi a cognatis ereptam quibus & vitam: & regna dederit. Quam ob rem gratiam illi eam futuram. quam ipse victor volet Alexandro referre se quam solã moriens potest gratiam præcari superum & inferum numina & regales deos: vt illi terrarum omnium victori contingat imperiũ. pro se iustam magis q̃ grauem sepulturę veniam orare. Quod ad vltionem pertineat iam non suam: sed exempli communẽq; omnium regum esse causam: quam negligere illi indecorũ esse & periculosum quippe cum in altero iustitiæ eius in altero etiam vtilitatis causa versetur. in quã rem vnicum pinguis fidei regię dextrã se ferẽdam. Alexandro dare. post hęc porrecta manu expirauit. Quæ vbi Alexandro nũciata sunt viso corpore defuncti tam indignam illo fastigio mortem lachrymis prosecutus est corpusq; regio more sepeliri: & reliquias eius maiorum tumulis inferri iussit.

Fugientem Darium Alexander insequit.

Verba Darij extrema ad Alexandrum.

Iustini Historici Liber. XII.



Lexander in persequendo Dario amissos milites magnis funerum impensis extulit reliquis expeditionis eius socijs.xv.milia talentorum diuisit. Equorum maior pars æstu amissa inutilesq; etiam qui superfuerant facti. Pecunia omnis.cliij.milia talentorum ex victoria nuper congesta:eiq; parmenio [illegible]ficitur. Dum hæc aguntur epistolæ Antipatri a macedonia redduntur quibus bellum Agidis regis spartanorum in grecia. Alexādri regis epiri in italia. bellum zopyrionis prefecti eius in scythia cōtinebatur. quibus varie affectus plus tn̄ letitie cognitis mortibus duorum emulorum regū quam doloris amissi cū zopirione exercitus suscepit. Namq; post ꝓfectionē. Alexandri grecia ferme omnis in occasionē recuperāde libertatis ad arma cōcurrerat auctoritatē lacedemoniorum secuta qui Philippi Alexandriq; pacē soli spreuerant & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex lacedæmoniorum fuerat: quem motū antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit: magna tamen vtrinq; cædes fuit. Agis rex cū suos terga dantes videret/dimissis satellitibus vt Alexandro si nō fœlicitate par virtute inferior videret/tanta strages hostium edidit: vt agmina interdū fugaret. Ad extremū & si a multitudie victus gloria tamen omnes vicit/porro Alexāder rex epiri in Italiam a tarentinis auxilia aduersus brutios depræcātibus sollicitatus/ita cupide profectus fuerat/vt in diuisione orbis terrarum Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens/& sibi occidēs sorte contigisset non minorem rerum materiā in italia/africa/siciliaq; quā ille in Asia & in persis habiturus. Huc accedebat vt sicut Alexādro magno delphica oracula insidias macedonia: ita huic respōsum dodonei iouis vrbem spandosiā/amnēq; acherusiū prædixerant/q̄ vtraq; cum epiro essent ignarus eadem & in italia esse ad declinanda fatorum pericula peregrinā militiam cupidus elegerat. igitur cum in Italiam venisset primum illi bellum cū appulis fuit/quorum cognito vrbis fato breui post tempore pacem & amicitiam cum rege eorum fecit. Erat nāq; tunc temporis vrbis appulis Brundusium qua etoli secuti fama rerū in troia gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem Diomedem cōsiderant/sed pulsi ab appulis consulentes oracula responsum acceperant locum quem repetissent perpetuo possessuros. Hac igitur ex causa per legatos sub belli comminatione restitui sibi ab appulis vrbē postulauerāt/sed

Marginalia: Agis rex Spartanorum. / Zopyrion / Opprimit agis. / Alexander rex epiri. / Dodonæus Iupiter. / Alexander Rex Epiri

Aetolorum legati ab appulis necantur.

vbi appulis oraculũ innotuit/interfectos legatos in vrbe sepeliunt/perpetuo ibi sedem habituros.atq; ita defũcti responso:diu vrbem possederũt.Quod cũ factũ cognouisset Alexander epiri antiquitatis fata veneratus/bello appulorum abstinuit. Gessit & cũ brutijs lucanisq; bellum multasq; vrbes cœpit.tum & cũ metapontinis/& rutulis/& romanis fœdus amicitiamq; fecit: sed brutij lucaniq; cũ auxilia a finitimis contraxissent:acrius bellum repetiuere. Ibi rex iuxta vrbem pandosiam & flumen acherusium nõ prius fatalis loci cognito nomine q̃ occideret interficitur:moriensq; non in patria fuisse sibi periculosam mortem:propter quã patriã fugerat:intellexit.corpus eius in tyrij publice redemptum sepulturę tradiderunt.Dum hęc aguntur in italia zophiriõ quoq; præfectus ponti ab Alexandro magno relictus occisum se ratus si nihil ipse gessisset adunato.xxx.miliũ militum exercitum scaythis bellũ intulit Cæsus cum omnibus copijs pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit.Hęc cum nunciata in parthiã Alexãdro essent: simulato mœrore propter Alexãdri cognitionẽ/exercitui suo triduo luctũ indixit.Omnibus deinde velut Darij morte perpetrato bello reditum in patriam expectantibus/coniuges & liberos suos animo iam quodãmodo cõplectentibus: ad cõcionem exercitum vocat.

Zophyriõ occiditur.

Oratio Alexan.ad milites.

Ibi nihil actum tot egregijs prælijs ait:si incolumis orietalis barbaris relinquatur:nec se corpus:sed regnum Darij petisse persequendosq; esse eos : qui a regno defecerint. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis hyrcaniã.mardosq; subegit.Ibi ei occurrit thalestris/siue Minothæa amazonũ regina cum.ccc.milibus mulieribus.xxv.dierum infestissimas gẽtes itinere confecto/ex rege liberos quæsitura:cuius conspectus aduentusq; admirationi fuit:& propter insolitum fœminis habitum:& propter expetitum concubitum. Ob hoc.xxx.diebus otio datis vt visa est vterum implesse.discessit.Post hæc Alexãder habitum regnum persarum:& diadema insolitum antea in regibus macedonicis velut in leges eorum quos vicerat.transiret assumit:quæ ne inuidiosus & in se vno conspicerentur:amicos quoq; suos longam vestem auream purpureamq; sumere iubet/vt luxum quoq; sicuti cultum imitaretur persarum.Inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis nobilitatisq; noctium vices diuidit.His rebus ingentes epularũ apparatus adijcit ne ieiuna & destructa luxuria videretur.Conuiuiũ quoq; iuxta regiam ma

Thalestris siue Minothæa amazonum regina.

gnificentiā ludis exornat: immemor prorsus tantæ opes amittit his moribus non quæri solere. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat: illum a Philippo patre tantū degenerauisse: vt etiā patriæ nomē euitaret: moresq; persarum assumeret: quos propter tales mores vicerat. Sed ne solus vitijs eorum: quos armis subegerat: subcubuisse videretur. militibus quoq; suis permisit: si quarū captiuarum consuetudine tenerentur: ducere vxores existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quandam larium ac domesticæ sedis simul: & laborem militiæ molliorem fore dulcedine vxorum. In supplementa quoq; militum minus exhauriri posse Macedoniam si veteranis patribus tyrones succederēt militaturi in vallo in quo nati essent: constantioresq; futuri: si non solum tyrocinia verumetiā in cunabula in ipsis castris posuissent: quæ consuetudo in successores quoq; Alexandri mansit. Igitur & alimenta pueris statuta: & instrumēta annorum: equorumq; iuuenibus data & patribus pro numero filiorum premia statuta si quorum patres occidissēt: nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant: quorum pueritia inter varias expeditiōes militia erat. Itaq; a paruula ętatę periculis: laboribusq; indurati inuicti exercitus fuere: neq; castra aliter quam patriam. neq; pugnam aliud vnq̄ quam victoriam duxere: hæc soboles nomen habuit epigoni. Parthis dende domitis præfectus his statuitur ex nobilissimis Persarum Andragoras vnde postea originem perthorum reges habuerunt. Interea non Alexander regio: sed hostili odio sæuire in suos cœpit Maxime indignabatur carpi sermonibus suorum: patris Philippi patriæq; mores subuertisse. propter quæ crimina Parmenion quoq; senex dignitate regi proximis cum Philota filio de vtroq; prius quęstionibus habitis interficiuntur. Fremere itaq; om̄s vniuersis castris cœpere: innoxij senis filijq; casum miserantes: interdum se quoq; non debere melius temperare dicentes: Quę cum nunciata Alexandro essēt: verens ne hæc opinio etiam in macedoniam diuulgaretur: & ne victoriæ gloria seuitiæ macula offuscaretur: simulat se ex amicis quosdam in patriam victoriæ nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere. rariorem habituros occasionem propter militiam remotiorem: datos fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet. ex quibus cognito de se singulorum iudicio in vnam cohortem eos: qui de rege durius opinati fuerant contri

Persas ob suos mores vicit. Alex.

Ab andragora habuere originem Parthorum reges Par meniō cum Philota filio necatur.

buit:aut consumpturus eos:aut in vltimis terris in colonias distri
buturus. Inde dracas:euergitas:primas:parapammenos:hydas
pios:cæterosq; populos:qui in radice caucasi morabantur sube
git. Interea vnus ex amicis Darij Bessus vinctus perducitur qui
Alexandria ab Alex. cōditur. regem non solum prodiderat:verumetiam interfecerat:quem in
vltionē perfidię excruciandum fratri Darij tradidit reputans nō
tam hostē suum fuisse Darium/quā amicum eius:a quo esset occi
Bactriani asiæ populi scythis vicini. sus:& vt his terris nomen relinqueret vrbem Alexādriam super
amnē Tanain condidit intra diem septimum decimum murosvi:
milia passuū cōsumato. translatis eo triū ciuitatum populis:quas
Cyrus condiderat. In bactrianis quoq; sogdianisq;. xij. vrbes cō
didit: distributis his quoscunq; in exercitu seditiosos habebat.
His ita gestis solēniq; die amicos in cōuiuium vocat:vbi orta in
ter ebrios rerum a Philippo gestarum mentione pręferre se patri
ipse rerūq; suarū magnitudinem extolle cœlo tenus cœpit:assen
tante maiore conuiuiarū parte:itaq; cum vnus ex senibus Clytus
ductus fiducia amicitię regię cuius palmam tenebat:memoriam
Philippi tueretur:laudaretq; eius res gestas:adeo regem offen
dit:vt telo a satelite rapto eundem in conuiuio trucidauerit:qua
Sarcasmus cæde exultans mortuo patrocinium Philippi laudemq; paternę
militiæ obiectabat Post quam satiatus cęde animus quieuit & in
locum ire successit existimatio:modo personam occisi modo cau
sam occidendi considerans pigere eum facti cœpit:qui paternas
laudes tam iracunde accepisse se quā nec cōuicia debuisset:ami
cumq; senem & innoxium a se occisum inter epulas & pocula do
Penitudine ducitur Alexander ob interfectū ab eo clitum. lebat. Eodem igitur furore in pœnitentiā quo pridem in iram ver
sus mori voluit. Primū in fletus progressus amplecti mortuū vul
nera tractare:& quasi audienti confiteri dementiā:arreptū telum
in se vertit peregissetq; facinus ni amissi interuenissēt. Mansit hęc
voluntas moriendi etiam sequentibus diebus: Accesserat enim
ad pœnitentiam nutricis suę & sororis Clyti recordatio:cuius ab
sentis cum maxime pudebat:tam fœdam illi alimentorū suorum
mercedem redditam/vt in cuius manibus pueritiam egerat. huic
iuuenis & victor pro beneficijs funera remitteret. reputare dein
de quantum in exercitu suo/quantum apud gentes deuictas fa
bularum atq; inuidię quantum apud cæteros amicos metum/&
odiū sui fecerit:quā amarū & triste reddiderit conuiuiū suū:non
armatus in acie quam in cōuiuio sedens terribilior. Tunc parme

nio & philiotas tunc Amyntas consobrinus: tūc nouerca fratresq; interfecti. tunc Attalus: Eurilotus/ Pausanias: aliiq; macedoniæ extincti principes occurrebant. ob hęc illi quatriduo perseuerata inedia est/ donec exercitus vniuersi pcibus exoratus est pręcantis ne ita mortē vnius doleat: vt vniuersos perdat/ quos in vltimā deductos barbariam inter infestas & irritatas gentes bello destituat. multum pfuere & callisthenis philosophi preces condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi/ & tunc ab ipso rege ad prodēda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellum animo Chorasmos & Dracas in deditionem accepit. deide quod primo ex persico superbiæ regiæ more distulerat/ vt omnia pariter inuidiosiora essent: non salutari: sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit: quę res & illi & multis principibus macedonum exitio fuit: siquidem sub specie insidiatum omnes interfecti: retentus tamen est macedonibus mos salutandi regis explosa adoratione. Post hęc indiā petit: vt Oceano vltimoq; oriente finiret imperium: cui gloriæ vt etiam exercitus ornamenta cōuenirent: faleras equorum & arma militum argento inducit: exercitumq; suum ab argenteis clipeis argyraspidas appellauit Cū ad nysam vrbem venisset: oppidanis non repugnantibus fiducia religionis liberi patris: a quo condita vrbs erat: parci iussit: lætus nō militiam tantum verumetiam vestigia se dei secutū. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum. naturalibus bonis vitæ: hederaq; vestiri non aliter: quam si manu cultus colētium quę industria exornatus esset. Sed exercitus eius vbi ad montem accessit: repentino mentis impetu in sacros dei vlulatus instructus cum stupore regis sine noxa discurrit: vt intelligeret vt tam oppidanis parcēdo quam exercitui suo se consuluisse. Inde montes dędalos: regnaq; cleophidis reginę petit: quem cū se dedidisset eius concubitu redēptum regnū ab Alexandro recepit: illecebris con secuta. quod armis nō potuerat: filiūq; ab eo genitū Alexādrum nominauit: qui postea regno indorū potitus est. Cleophis regina ppter pstratam pudicitiam scortū regiū exinde appellata est ab indis. Peragrata india cum ad saxū miræ magnitudinis & asperitatis: in quod multi populi confugerant: peruenisset: cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terrę motu prohibitū. Cap ptus itaq; cupidie Herculis acta superare cū summo labore ac periculo potitus saxo eius omnes loci gentes in deditionem accipit,

Alex. vt ait Plu. anaxarchi verbis leuatur.

Callisthenes philoso. Adorari se iubet.

Alexander mos salutādi.

Cur Cleophis scortū idis appellata.

Trāsgredit saxū nōdū tactum.

Vnus ex regibus indorum fuit Porus nomine viribus corporis & animi magnitudine pariter insignis: qui bellũ iam pridem audita Alexandri opinione in aduentũ eius parabat. Cõmisso itaq; prelio exercitũ suũ inuadere macedonas iubet sibi regem eorum priuatum hostẽ deposcit. Nec Alexander morã pugnæ fecit: sed prima congressione vulnerato equo cum pceps in terrram cecidisset concursu satellitũ seruatus est. Porus multis vulneribus obrutus capitur: qui victum se adeo doluit vt cum veniam ab hoste inuenisset. neq; cibum sumere voluerit. neq; vulnera curari passus sit ægreq; sit ab eo obtentũ: vt vellet viuere: quẽ est Alexãder ob honorem virtutis incolumem in regnum remisit. Duas igitur vrbes condidit: vnã niceam. alteram ex nomine equi bucephalẽ vocauit. Inde arestas/ stathenos/ passidas. gangaritas cæsis eorum exercitibus expugnat. Cum ad eufites venissent. vbi cum. cc. milibus hostiũ equitũ operiebantur omnis exercitus non minus victoriarum numero quã laboribus fessus lachrymis eum deprecatur: vt finẽ tandem belli faceret/ aliquando patriæ reditusq; meminisset respiceret militum annos/ quibus vix ætas ad reditum sufficeret ostendere alius caniciẽ/ alius vulnera/ alius ætate consumpta corpora/ alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duorum regũ Philippi Alexandri quæ continuam militiam pertulerint: Tandẽ orare vt reliquias saltem sua paternis sepulchris reddat: quorum nõ studijs deficitur/ sed annis. Ac si non militibus vel ipse sibi parcat: ne fortunam suam nimis onerando fatiget. Motus his tam iustis precibus velut in finem victoriæ castra solito magnificentiora fieri iussit: quorũ molitionibus & hostis terrereẽ. & posteris admiratio sui relinqueretur. nullum opus milites letius fecere. Itaq; cæsis hostibus cum gratulatione in eadem reuerterunt. Inde Alexander ad amnẽ acesynen pergit. Per hunc ad oceanum deuehitur. Ibi gesonas asybosq;/ quos Hercules condidit/ in deditionẽ accepit. hinc ad ambros & sycambros nauigatq; gẽtes cum armatis. lxxx. milibus pedibus. & lx. milibus equitum excipiunt. cum prælio victor esset ad vrbem eorum exercitum ducit. quam desertam defensoribus cum de muro quem primus cœperat/ animaduertisset/ in vrbis planiciem sine vllo satellite desilijt. Itaq; cum eũ hostes solum conspexissent clamore ædito vndiq; concurrunt. si possint in vno capite orbis bella finire. & vltionem tot gentibus dare. nec minus Alexander constanter restitit. & vnus aduersus

Equo saucio cadit Alexãder.

Nicęã & bucephalẽ vrbes cõdidit Alexãder

Castra Alexan. solito magnificẽtiora construũtur.

tot milia prælíatur incredibile dictu eſt: vt eum non multitudo ho
ſtium: non magna tælorum vis: non tantum laceſſentium clamor
terruerit: ſolus tot milia cæderet ac fugaret vbi vero ſe obrui mul-
titudine vidit. truncoſæ: qui prope murum ſtabat: applicuit. cu-
ius auxilio tutuscum diua agmen ſuſtinuiſſet: tandem cognito pe
riculo eius amici ad eum deſiliunt: ex quibus multi cæſi præliũq;
tam diu anceps fuit quo ad omnis exercitus muris deiectis in au
xilium veniret. In eo prælio ſagitta ſub mãma traiectus cum ſan-
guinis fluxu deficeret: genu poſito tã diu prælíatus eſt donec eũ.
a quo vulneratus fuerat: occideret: curatio vulneris grauior ipſo
vulnere fuit. Itaq; ex magna deſperatione tandem ſaluti redditus
Polyſperchonta cum exercitu babyloniam mittit. Ipſe eum lectiſ
ſima manu naues condeſcendit & oceani littora peragrat. Cum
veniſſet ad vrbem Ambigeri regis oppidam inuictũ ferro audien
tes ſagittas veneno armant: atq; ita gemino mortis vulnere hoſtẽ
a muris ſummouentes plurimos interficiunt. Cum inter multos
lętaliter vulneratus etiam Ptolomęus: moriturusq; iam videretur:
per quietem regi monſtrata in remedia venem herba eſt: qua in
potu accepta ſtatim periculo eſt liberatus: maiorq; pars exerci-
tus hoc remedio ſeruata. Expugnata deinde vrbe reuerſus in na
ues oceano libamenta dedit: proſperum in patriam reditum prę
catus ac veluti curru circa metam acto poſitis imperij terminis.
qua ſinus aut terrarum ſolitudines ꝓdire paſſę ſunt: aut mare na-
uigabile fuit: ſecundo eſtu hoſtio fluminis indij inuehitur. In mo
numenta rerum a ſe geſtarum vrbem barcem condidit: araſq; ſta
tuit relicto ex numero amicorũ littoralibus indis p̄fecto. Inde iter
terreſtre facturus cum arida loca medij itineris dicerẽtur: puteos
opportunis locis fieri præcepit: quibus ingenti dulci aqua inuen
ta babilbiam redit. Ibi multæ deuictæ gentes præfectos ſuos ac-
cuſauerunt quos ſine reſpectu amicitiæ Alexander in conſpectu
legatorum necari iuſſit. Poſt hæc Darij regis filiam Staturã in ma
trimonium recepit ſed optimatibus macedonum lectas ex om-
nibus gentibus nobiliſſimas virgines tradidit: vt communi facto
crimen regis leuaretur. Tunc ad concionem exercitum vocat: &
promittit ſe æs alienum omniũ propria impenſa ſoluturum: vt p̄-
dam p̄miaq; integre domũ ferant. Inſignis hæc munificentia nõ
ſumma tantum: verũetiam titulo muneris fuit: nec a debitoribus
magis quam a creditoribus gratius accepta: quoniam vtriſq; ex-

Alexander ſagitta vulneratᷓ.

Babiloniã exercitum mittit Alex.

Barcẽ vrbẽ cõdidit Alexan.

Staturã Darij filiã alex. ducit ivxorem.

actio pariter ac solutio difficilis erat.xxiij.milia talentorum i nos sumptus expensa. Dimissis veteranis exercitũ ex iunioribus supplet: sed retenti veteranorũ discessum ęgere ferentes missionem & ipsi flagitabant. nec annos: sed stipendia sua numerari iubebant: pariter in militia lectos/ pariter sacramento solui ęquum censentes: nec iam præcibus: sed conuitio agebant: iubentes eum solũ cum patre suo Hammone finire bella vt milites suos fastidiat. Contra ille nunc castigare milites: nũc lenibus verbis monere: ne gloriosam militiam seditionibus infuscarent. ad postremum cum nihil proficeret verbis: ad corripiendos seditionis auctores e tribunali concionem armatam inermis ipsi desiluit: & nemine prohibente. xiij. correptos/ manu sua ipse ad supplicia duxit: tantam vel illis moriendi patientiam metus regis: vel huic exigendi supplicia constantiam disciplina militatis dabat. Inde separatim auxilia persarum in concionem alloquitur. Laudat perpetuam illorum tum in se. tum in pristinos reges fidem: sua in illos beneficia memorat: vt nunquam quasi victos: sed veluti victoriæ socios habuerit. Deniq; se in illorum non illos in genitis suæ morem transisse: affinitatibus connubiorum victos victoribus commiscuisse. Nunc quoq; ait custodiam corporis sui non macedonibus tantum se verumetiam illis crediturum. Atq; ita mille ex his iuuenes in numerum satellitum legit: auxiliorum quoq; portionem armatam in disciplinam macedonum exercitui suo miscet: quam rem ægere macedones tulerunt iactantes hostes suos in officium suũ a rege subactos. Tunc vniuersi flentes regem adeunt orãt vt suppliciis suis potius saturet se quam contumeliis. qua modestia obtinuerũt: vt vndecim milia militum veteranorum exauctoraret: sed ex amicis dimissi senes Polypercõ: clytos gorgias polydamas: antigonas. Dimissis his crateris præponitur iussus præesse macedonibus in Antipatri locum. Antipatrumq; cum supplemento tyronum in locum eius vocat. stipendia reuertentibus veluti militantibus data. Cum hæc aguntur. vnus ex amicis eius Ephestiõ decedit dotibus primo formæ/ pueritiæq; mox obsequiis regi percarus. quem decus: regium Alexãder diu luxit: tumulumq; ei. xij. milia talentorum fecit: eumq; post mortem coli/ vt deum iussit. ¶ Ab vltimis littoribus oceani babyloniam reuertenti nunciantur legationes carthaginẽsium/ cęterarumq; africæ ciuitatum scilicet hispaniarum siliciæ galliæ sardine/ nonnullas quoq; ex italia eius

Veteranorũ dimissio.

Hãmon alexandri pr.

Alexandri ira suos.

Persarũ obsidẽ suã cõmẽdatio.

Persę ad custodiã corporis ab Alexandro legũtur.

Exauctorãtur. xj. milia veteranorũ militum.

Ephestion p deo colit.

aduentum babiloniæ operiri/adeo vniuersum terrarum orbem nominis eius terror inuaserat/vt cunctæ gentes veluti destinato sibi regi adularentur. Hac igitur ex causa Babiloniam festinanti velut conuentũ terrarum orbis acturo quidã ex magis prædixit/ne vrbẽ introiret testatus hũc locũ eũ fatalem fore Ob hoc omissa babilonia in birsiam vrbem trans euphratem desertam olim con cessit. Ibi ab Anaxarcho philosopho compulsus est rursum mago rum prædicta contennere/vt falsa vt incerta/& si fatis constent ignota mortalibus ac si nature debeantur/immutabilia. Reuersus igitur Babyloniam multis diebus ocio deditis intermissum olim conuiuium solenniter instituit totusq; in læticiam fusus cum diei noctẽ coniunxisset peruigilem:iam e cõuiuio medicus Thessalus instaurata commessatione & ipsum & sodales eius inuitat Accepto poculo media potione repente veluti tælo Alexander confixus ingemuit. Elatusq; e conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est: vt ferrum in remedia posceret: tactũq; hominum velut vulnera indolesceret. Amici causam morbi intemperiem ebrietatis disseminauerunt. Re autem vera insidiæ fuerũt. quarum infamiam successorum potentia oppressit. Auctor insidiarum antipater fuit: qui cũ carissimos amicos eius interfectos videret: Alexandrum generum suum lyncistarum occisum. se magnis rebus in gręcia gestis: nõ tam gratũ apud regem quam inuidiosum: esse a matre quoq; eius Olympidę varij se criminationibus vexatum Huc accedebant ante paucos dies supplicia in præfectos de victarum nationum crudeliter habita: ex quibus rebus se quoq; macedonia nõ ad societatẽ militiæ: sed ad pœnã euocatũ arbitrabatur. Igitur ad occupandũ regẽ Cassandrũ filiũ dato venena subornat: qui cũ fratribus Philippo & iolla ministrare regi solebat cuius veneni tanta vis fuit/vt non ære/non ferro/nõ testa contineretur/nec aliter ferri nisi in vngula equi potuerit/præmonito filio ne alij quam Thessalo & fratribus cederet. Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum repetitumq; conuiuium est Philippus & iolas prægustare potum regis soliti in aqua frigida venenum habuerunt/quam prægustatam iam potioni supermiserunt. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiens agnoscere se fatum domus maiorum suorum ait. Nam plærosq; æacidarum inter trigesimum annum defunctos. tumultuantes deinde milites insidijs perire regem suspicantes ipse sedauit: eosq; omnes cum

Byrsia vrbs trans Euphratem posita.

Alexander venenum bibit.

Antipater auctor insidiarum.

Olympia Antipatro inuisa.

Veneni (qd bibit alex) vis maxima

prolatus in ędititlimũ vrbis locũ esset ad conspectũ suum admisit, osculandamq; dextram suam flentibus porrexit. Cum lachrymarent oẽs: ipse non sine lachrymis tantum: verumetiam sine vllo tristioris mentis argumento fuit: vt quosdam impatientius dolentes consolatus sit. Quibusdam mandata ad parentes eorum dedit: adeo sicut in hostem: ita & in mortem inuictus animus fuit dimissis militibus amicos circunstantes percunctatur. videantur ne similem sibi reperturi regem: tacentibus cunctis tunc ipse vt hoc nesciat: ita illud scire vaticinariq; se ac pœnæ oculis videre dixit: quantum sit in hoc certamine sãguinis fusura macedonia: quantis cædibus: quo cruore mortuo sibi parẽtatura. Ad postremũ corpus suũ in Hammonis templo condi iubet Cum deficere eum iamici viderent. quęrunt quem imperij faciat heredem: respondit dignissimũ. Tanta illi magnitudo animi fuit: vt cum Herculem filium: cum fratrem Arideum: & cum Roxanem vxorem prægnantem relinqueret: oblitus necessitudinum dignissimum nuncuparet hæredem. Prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere: aut tanti regni opes alijs quã ꝓbatis relinqui. Hoc voce veluti bellicum inter amicos cecinisset. aut malum discordiæ misisset: ita omnes in æmulationem consurgunt: & ambitione vulgi tacitum fauorem militum quærunt Sexto die pręclusa voce exemptum digito annullũ perdicæ tradediq; res gliscentem amicorum dissensionem sedauit. Nam & si non voce nuncupatus hæres: iudicio tamen electus esse videbatur. Decessit Alexander mense vno: annos tres & xxx. natus vir supra humanã potẽtiam magnitudine animi præditus. Qua nocte eum mater Olympias concepit visa per quietem est cum ingenti serpente volutari nec dei decepta somnio est: Nam profecto maius humana mortalitate opus vtero tulit quã cum ęacidarum gens ab vltima sæculoꝝ memoria / & regnũ patris fratris mariti ac deinceps maioꝝ omnium illustrauerit / nullius tamẽ nomine quam filij clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius in ipso ortu nõnulla apparuerũt. Nam ea die qua natus est duæ aquilæ tota die prępetes supra culmen domus patris eius sederũt: omnẽ duplicis imperij europæ / asięq; pręferentes / eademq; die nunciũ pater eius duarũ victoriaꝝ accepit / alterius belli illyrici / alterius certaminis Olympiaci / in qđ quadrigarum currus miserat / quod omen vniuersaꝝ terraꝝ victorias infanti portendebat. Puer ac

Constans Alexander in morte.

In hammonis templo Alex. corpus suum condi iubet

Perdicę exẽptum digito annulum tradit Alex.

Prodigia q̃ in Alex. ortu cõtigere.

omen

cerrimus literarũ studijs eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquennium sub Aristotele doctore inclyto omniũ philosophorum creuit. Accepto deinde Imperio regẽ se terrarum omnium ac mũdi appellari iussit. tantamq; fiduciam suis militibus fecit: vt illo praesente nullius hostis arma nec inermes timuerit. Itaq; cũ nullo hostiũ vnq̃ congressus ẽ: quem non vicerit. Nullam vrbem obsedit: quam non expugnauerit. Nullã gentem adijt: quã non calcauerit. Victus deniq; est ad postremũ non virtute hostili: sed insidijs suorum & frande ciuili.

Aristotelẽ p quinquẽniũ Alexã. in phia audiuit.

¶ Iustini Historici Liber. XIII.



Xtincto in ipso ętatis ac victoriarũ flore Alexandro magno triste apud oẽs: totamq; babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictae gentes fidem nũcio habuere: q̃ vt inuictum regem sic immortalẽ eum crediderant. Recordantes quotiẽs praesenti morti ereptus esset: quam sępe ferro amisso repẽte se non sospitẽ tantum suis verũetiam victorem obtulisset. Vt vero mortis eius fides affuit: omnes barbarę gẽtes pauloante ab eo deuictae nõ vt hostem eum: sed vt parentẽ luxerunt. Mater quoq; Darij regis: quem amisso filio a fastigio tantae maiestatis in captiuitatem redactã indulgentia victoris in eã diem vitę nõ poenituerat audita morte Alexandri mortẽ sibi ipsa cõsciuit non q̃ hostẽ filio praeferret: sed q̃ pietatem filij in eo. quem hostem timuerat experta esset. Contra Macedones versa vice non vt ciuem ac tantę maiestatis regem verũ vt hostem amisissent/ gaudebant/ seueritatem nimiã & assidua belli pericula execrãtes. Huc accedebat q̃ principes regnũ & imperia vulgus militum thesauros & grande pondus auri velut inopinatam prędam spectabant. Illi successionem regni/ hi opũ ac diuitiarum hereditatem cogitantes. Erãt enim in thesauris. c. milia talentum/ & in anno vectigali tributo. ccc. milia. Sed nec amici Alexãdri frustra regnum expectabant. Nam eius virtutis erant: ac venerationis/ vt singulos reges putares. Quippe ea formae pulchritudo & proceritas corporis & viri ac sapientiae magnitudo i omnibus fuit vt qui eos ignoraret. non ex vna gente: sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret. neq; enim vnq̃ antea macedonia vel vlla gens alia tam clarorum viro

Gentes oẽs victae Alex. vt parentẽ morte se interficit Darij mr̃ audita Alexan. morte se interficit.

rum prouentu floruit quos primum Philippus/ mox Alexãder tã-ta cura legerat: vt non tam ad societatem belli: quam in successio nem regni electi viderētur. Quis igitur miret talibus ministris or bem terrarũ victum cum exercitus macedonũ a tot non ducibus: sed regibus regeretur: qui nunq̃ sibi pares: si non inter se concur-rissent Multosq; macedonia pro vno Alexãdro habuisset: nisi for tuna eos ex ęmulatione virtutis in perniciem mutuam armasset. Cęterum occiso Alexandro non vt lætia & securi fuere omnibus in vnũ locum cõpetentibus: nec minus milites inter se timebant. quorum & libertas solutior & fauor incertus erat. Inter ipos vero æqualitas discordiam augebat: nemine tantum cæteros excedē-te: vt ei aliquis summitteretur. Armati itaq; in regiã coeũt ad for mandũ rerũ pręsentium statum: Perdicas cēset Roxanis expecta ri partũ: q̃ exacto mēse octauo matura iã ex Alexandro erat. & si puerum peperisset: hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia: nec esse expectandum dum reges sibi nascerentur: cũ iam genitis vti liceret: seu si puer illis pla ceat esse pergami filium Alexandri natum ex Marsinæ nomine Herculem: seu mallent iuuenem esse in castris fratrem Alexandri Arideum comitē: & cunctis nõ suo tantum verum patris Philip-pi nomine acceptissimũ Cęterum Roxanem esse originis persicę nec esse fas: vt macedonibus ex sanguine eorũ quorum regna de leuerint reges constituantur: quod nec ipsum Alexãdrũ voluisse dicit. Deniq; morientem nullam de eo mentionem fecisse: Ptolo męus recusant regem Arideũ: nõ ꝓpter maternas modo sordes: q; ex larisseo scorto nasceretur: sed etiam ꝓpter inualitudinē ma-iorem quã patiebatur. ne ille nomē regis alius imperium teneret: & melius esse ex his legi: qui pro virture regi suo proximi fuerit: q prouincias regant. quibus bella mandentur: quam sub persona re gis indignorum subijciantur imperio. Vicit Perdicæ sententia ex consensu vniuersorum Placuit itaq; Roxanis expectari partum: & si puer natus fuisset tutores Leonatum & Perdicam Craterõ & Antipatrum constituunt: confestimq; in tutorum obsequia iu-rant cum equites quoq; idem fecissent: pedites indignati nullas sibi cõsiliorum partes relictas: Arideum Alexãdri fratrem regem appellant: satellitesq; illi ex tribu sua legunt: & nomine Philippi patris vocari iubent: quę cũ nunciata equitibus essent: legatos ad mitigandum eorum animos duos ex proceribus Attalum & Me

Perdicę sen tētia de cre ando mace donũ rege.

Sediciosus alex. morte exercitus

Hercules alex. ex mar sine filius

Ptolomęus arideũ regē creari recu-sat.

Persicę de creando re-ge sentētia placet.

Arideus alex. frater.

leagrum mittunt:qui potentiam ex vulgi adulatione querentes omissa legatione militibus consentiunt.statim & seditio creuit: vbi caput & consilium habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiã irrumpunt:quo cognito equites trepidi ab vrbe discedunt:castrisq; positis & ipsi pedites terreri cœperũt.Sed nec procerũ inter se odia cessabãt. Attalus ad interficiendum Perdicam ducẽ alterius patris mittit:ad quẽ armatum & vltro ꝓuocantẽ cũ accedere percussores ausi nõ fuissẽt:tanta constantia Perdicę fuit.vt vltro ad pedites veniret:& in concionem aduocatos edoceret.Quod facinus molirentur respicerent contra quos arma sumpsissent:non illos persas sed macedones:non hostes sed ciues esse.Plærosq; etiã cognatos eorũ certe & cõmilitones eorundem castrorũ & periculorũ socios:edituros deinde egregiũ hostibus suis spectaculum.vt quorũ armis victos se doleant:eorum mutuis cædibus gaudeant:parentaturosq; sanguine suo manibus hostium a se interfectorum.Hęc cum pro singulari facũdia sua Perdica perorasset:adeo mouit pedites:vt probato consilio eius dux ab omnibus legeretur. Tum etiã equites in concordiã reuocati in Arideum regem cõsentiũt. Seruata est portio regni Alexãdri filio si natus esset.Hoc agebant posito in medio corpore Alexandri: vt maiestas eius testis decretorum esset.His itaq; compositis macedonię et gręciæ Antipater præponitur:Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur.Castrorũ exercitus & rerũ cura Maleagro & Perdicę:assignatur:iubetq; Acideus corpus alexãdri in Hãmonis templũ deducere. Tunc perdica infensus seditionis auctoribus repente ignaro collega lustrationẽ costrorũ propter mortẽ regis in posterum edicit. Post quam armatum exercitum in campo constituit consentientibus vniuersis euocatos dumtaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Reuersus deinde inter principes prouincias deuidit: simul vt remoueret æmulos:& munus imperij beneficij sui faceret.Prima ptolomeo ęgyptus & africę arabięq; pars sorte venit/quem ex gregario milite Alexander:virtutis causa prouexerat:cui ad tradendam prouinciam Cleomenes qui Alexandriam edificauerat.datur Confinem huic prouincię syriam Laomedon mitylenæus:ciliciam philotas cum filio & illyrios accipiunt.Mediæ maiori acropatos.minori alceta frater perdicę prępónitur.Susania gẽs Syno:phrygia maior antigono

Perdicæ. Cõstantia.

Equites in arideũ regẽ cõsentiunt. Antipater macedoniæ & gręcię prę ficitur,

Alexã.cõmilitonibus ꝓuincię diuiię

Philippi filio assignatur. Lyciam & Pamphiliã Learchus: cariã Cassander: Lydiam Menander sortiũtur. Leonato minor phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lysimacho. Cappodocia cum paphlagõia Eumei datur: summus castrorũ tribunatus Seleuco anthiochi filio cessit. Stipatoribus regis satellitibusq; Cassander filius antipatri pręficitur. In bactriana vlteriore & indiæ regionibus priores præfecti detenti. Seres inter omnes duos hydaspem & indum taxilles habebat. In collonias in indis conditas Phyton agenoris filius mittitur: Parapomenos fines caucasi montis axiarches accepit. Draicas & argæos Statanor bactrianos amyntas sortitur. Sagilianos scythęus. Nicanor parthos. Philippus hyrcanos. Fratafratnes armenios. Neoptolemus persas. Peutestes babylonios. Arthous pelasgos. Archesilaus mesopothamiã adepti sunt. Hęc diuisio cũ veluti fatale munus singulis contingisset: ita magna incremẽtorum materia pluribus fuit. Siquidẽ nõ magno post tẽpore quasi regna non præfecturas diuisissent: sic reges ex præfectis facti magnas opes nõ sibi tantũ parauerunt/ verũ & posteris reliquerunt. Cum hæc in

Gręcię status.

oriente aguntur/ in græcia Athenienses & ętoli bellũ: quod iam viuo Alexandro mouerant: summis viribus instruebant Causę belli erant: quod reuersus ab india Alexander epistolas in græciam scripserat: quibus omnium ciuitatum exules præter cædis dãnatos restituebantur: quæ recitate præsente vniuersa græcia in mercato Olympiaco magnos motus fecerant: ꝙ plurimi non legibus pulsi patria: sed per factionẽ principũ fuerant: verẽtibus iisdem principibus ne reuocati potentiores in republica fierent Palam igitur iam tunc multæ ciuitates libertatem bello vendicãdam fremebant. Principes tamen omniũ Athenienses & ætoli fuere: quod cũ nunciatũ esset Alexandro mille naues longas sociis imperii præceperat: quibus in occidente bellũ gereret: excursurusq; cũ valida manu fuerat ad athenas delẽdas. Igitur Athe-

Apparatus belli ab alexan. destinatus.

nienses contracto triginta milium militũ exercitu: & . cc. nauibus bellum cũ antipatro: cui græcia sorte euenerat/ gerunt/ eumq; detractantem pręlium/ & heraclee vrbis mœnibus tuẽtem/ se obsidione cinxerunt. Eodem tempore Demosthenes atheniensis

Megaris de demosthe. exulauit.

orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpago auri: qui crudelitatem Alexandri fugerat: quod ciuitatẽ in eiusdẽ Alexandri bellum impelleret. Forte megaris exulabat: qui cum missum ab

athenienſibus hyperidem legatũ cognouit: qui peloponnenſes in ſocietates armorum ſolicitaret.ſecutus eum Siciona:argos:& Corynthum.cæteraſq; ciuitates eloquentia ſua athenienſibus iunxit Ob quod factum miſſa ab athenienſibus obuiam naui ab exilio reuocatur.Interim in obſidiõe antipatri Leoſthenes dux athenienſiũ tælo e muris in trãſeuntem iacto occiditur:quę res tantũ animoꝝ antipatro dedit:vt etiã vallũ reſcindere auderet Auxilium deinde a Leonato petit per legatos:qui cũ venire nũ ciaretur cum exercitu.obuij ei atheniẽſes cum inſtructis copijs fuere:ibiq; equeſtri prælio graui vulnere ictus/extinguitur.Antipater & ſi auxilia ſua videret deuicta.morte tamen leonati lætatus eſt.Quippe & æmulum ſublatũ & vires eius acceſſiſſe ſibi gratulabatur.Statim igitur exercitu eius recepto:cum par hoſtibus etiam prelio videretur:ſolutus obſidione in macedoniã conceſſit græcorum quoq; copiæ a finibus græcie hoſte pulſo in vrbes dilapſe ſunt. Interea Perdica bello innoxio Ariarathi regi cappadocum illato prælioq; victor nihil præmij preter vulnera & pericula retulit.Quippe hoſtes ab acie in vrbẽ recepti occiſis coniugibus:& liberis domos quiſq; ſuas cum omnibus copijs incenderunt. Eodem congeſtis etiam opibus ſemetipſi præcipitant:vt nihil hoſtis victor ſuaꝝ rerum preter incẽdij ſpectaculo frueretur.Inde vt viribus auctoritatem regiã acquireret ad nuptias Cleopatræ ſororis Alexandri magni & alterius Alexandri quondã vxoris non aſpernante Olympiade matre eius intendit ſed prius Antipatrum ſub affinitatis obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit ſe in matrimoniũ filiam eius petere: quo facilius ab eo ſupplementũ tyronũ ex macedonia obtineret:quem dolum preſẽtiente antipatro/dum duas eodem tempore vxores quęrit neutram obtinuit.Poſt hæc bellum inter antigonum & Perdicã oritur. Antigono crateros & antipater auxilium ferebant: qui facta cum athenienſibus pace Polyperconta gręcie & macedonię præponunt.Perdica alienatis rebus Arideum & alexandri magni filiũ in cappadociã:quoꝝ cura illi mãdata fuerat de ſumma belli in conſiliũ adhibet:quibuſdam placebat bellũ in macedoniam trãſferri id ipſum fontem & caput regni.vbiq; & Olympias eſſet mater alexãdri:non mediocre momentum patrium & ciuium fauor:ꝑpter alexandri Philippiq; nomina.ſed in rem viſum eſt ab ægyptio incipere:ne in macedoniam profectis aſia a

Demoſthenes exilio reuocatur.
Leoſthenes occiditur.
Leonatus extinguitur.

Barbarorũ deſperatio.
Perdicæ ſimulatio.

Alexã.mortuo varij tumultus.

Ptolomæo occuparetur. Eumeni præter prouincias quas acce perat Paphlagonia/& Caria/& Lycia/& Phrygia adijciũtur. Ibi Craterũ & Antipatrũ opperiri iubẽtur: adiutores ei dantur cum exercitibus suis frater Perdicæ Alcetas: & Neoptolomęus Clyto cura classis traditur. Cilicia philotæ adempta Filoxeno datur: ipse Perdica ęgyptũ cum ingẽti exercitu petit. sic macedonia in duas partes discurrentibus ducibus in sua viscera armatur/ferrũ q; ab hostili bello in ciuilem sanguinem vertit. exemplo furentium manus ac membra sua ipsa cæsura. Sed Ptolomeus in ægypto solerti industria magnas opes parabat. Quippe & ægyptios insigni moderatiõe in fauorẽ sui solicitauerat: & reges finitimos beneficijs obsequijsq; deuinxerat: terminos quoq; imperij acq sita cyrene vrbe ampliauerat: factusq; iam tantus erat: vt nõ tam timeret hostes: quã timendus ipse hostibus esset. Cyrene autem condita fuit ab aristeo: cui nomen battos propter lingue obligationem fuit: Huius pater Cirnus rex theramenis insulæ cum ad oraculum delphos propter dedecus adolescentis filij nondum loquentis deum deprecaturus venisset responsum accepit: quo iubebatur filius eius Battus affricam petere: & vrbem cyrenẽ cõdere. vsum linguæ ibi accepturus. Cum responsum ludibrio simile videretur propter similitudinem thæramenis insulæ: ex qua coloni ad vrbem condendam in africam tam loginquæ regionis proficisci iubeantur. res omissa est. Interiecto deinde tempore velut contumaces ex pestilentia deo parere compelluntur quorum tam insignis paucitas fuit: vt vix vnam nauem complerent: cum venissent in Africam pulsis accolis montem cyram & propter amœnitatem loci: & propter fontis vbertatem occupauere. Ibi battus dux eorũ lingue nodis solutis: loqui primum cæpit. quę res animos eorum ex promissis dei iam parte pcepta. in reliquã spem cõdende vrbis accẽdit. Positis igitur castris opinionẽ veteris fabulę accipiunt. Cyrenem eximie pulchritudinis virginẽ: a Thessalię monte pelio ab Apolline raptã platamq; in eiusdẽ montis iuga. cuius collẽ occupauerat: adeo repletã quattuor pueros peperisse. Nominũ Aristeũ. Eutocũ. Ageũ missos a patre Hypseo rege Thessalię: qui perquirerent virginem: loci amœnitate captos in ijsdem terris cum virgine resedisse. ex his pueris tres adultos in Thessaliam reuersos auita regna cœpisse. Aristeum in Arcadia late regnasse: eumq; primum & apium & mellis

Bella ciuilia Ptolomæi. opes.

τρλοκη

Cyrenes cõditio.

Loquitur battus.

Cyrenes. fabula.

Aristei iunẽta.

vsum & lactis coaguli hominibus tradidisse: solsticialisq; ortus & siderum primum inuenisse: quibus auditis bactus virginis nomine ex responsis agnito: vrbē Cyrenem cōdidit: Igitur Ptolomęus huius vrbis auctus viribus bellum in aduētum Perdicæ parabat: sed perdicæ plus odium arrogantiæ q̄ vires hostiū nocebant: quē exosi etiam socij ad Antipatrū gregatim confugiebant. Neoptolemęus quoq; in auxilium Eumeni relictus non solū transfugere: verumetiam prodere partium exercitum voluit: quā rem cū præsensisset Eumenes cum ꝓditore decernere prelio necesse habuit: Victusq; Neoptolemęus ad Antipatrum & Polyperconta perfugit: hisq; persuadet vt cōtinuatis mansionibus lęto ex victoria & securo fuga sua Eumeni superueniāt: sed res Eumenem non latuit. Itaq; insidiæ i insidiatores versæ: & qui securum aggressuros se putabant securis itinere: & peruigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polypercon occiditur. Neoptolemęus quoq; cū Eumene congressus diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est: & in summa victus occumbit. Victor igitur duobus p̄lijs continuis Eumnenes: afflictas partes trāsactione sociorum paululum sustētauit. Ad postremum tamen Perdica occiso ab exercitu hostis cum Phytone & Illyrio & Alceta fratre Perdicę rex appellat: bellumq; aduersus eos antigono decernitur.

Perdicæ arrogantia nocuit.

Polypercō occiditur. Occumbit Neoptolemęus Perdicę mors.

¶Iustini Historicj Liber .XIIII.



Vmenes vt Perdicā occisum: se vt hostem a macedonibus iudicatum: bellumq; antigono decretum cognouit: vltro ea militibus suis iudicauit: ne fama aut rem i maius extolleret: aut militum animos rerum nouitate terreret: simul vt an cōtra se animati essent cognosceret: sumpturus cōsilium ex motu vniuersorum constanter tamen præfatus est: si cui hæc terrori essent habere eum dicēdi potestatem: qua voce adeo cunctos in studium partium suarum induxit: vt vltro illū omnes hortarentur: rescissurosq; se ferro decretā macedonum affirmarent. tunc exercitu in ætholiam ꝓmoto. pecunias ciuitatibus imperat: recusantes dare hostiliter diripit. Inde sardis ꝓfectus est ad Cleopatram sororē Alexādri magni: vt eius voce cēturiones principalesq; cōfirmarentur/existimaturus ibi maiestatē regiā verti vn̄ soror Alexādri staret tāta veneratio magnitudinis Alexādri erat vt

Eumenis anxietas.

etiam per vestigia mulierum fauor sacrati eius nominis quęrere-tur. cum reuersus in castra esset. epistolæ totis castris abiectę inueniuntur: quibus ijs qui Eumenes caput ad antigonū detulissent. magna præmia definiebantur. Is cognitis Eumenes vocatis ad concionem militibus primo gratias agit: q nemo inuētus sit: qui spē cruenti premij fidei sacramento anteponeret tamen deinde callide subnectit confictas a se has epistolas. ad expediēdos suorum animos esse: cæterum salutem suam in omniū potestate esse: nec Antigonum: nec quemq̄ ducum sic velle vincere vt ille in se exemplum pessimum statuat Hoc facto & in præsenti labātium animos deterruit: & in futurum prouidet: vt siquid simile accidisset: non se ab hoste corrumpi: sed a duce tentari milites arbitrarētur. omnes igitur operam suā certatim ad custodiam salutis eius offerūt. Interim Antigonus cum exercitu superuenit. castrisq; positis postera die in aciem procedit. Nec Eumenes moram prælio fecit. qui victus in munitum quoddam castellum confugit: vbi cū videret se fortunam obsidionis subiturum: maiorē exercitus partem dimisit: ne aut consensu multitudinis hosti traderetur: aut obsidio ipsa multitudine grauaretur. Legatos deinde ad antipatrū (qui solus par Antigoni viribus videbatur) supplices mittit a quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset: ab obsidione recessit. Erat quidem solutus ad tempus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat. omnia igitur circunspicienti optimum visum est: ad Alexandri magni argyraspidas inuictum exercitum & tot victoriarum prefulgentem gloria decurrere: sed argyraspides post Alexandrū omnes duces fastidiebant: sordidā militiam sub alijs post tanti regis memoriam existimantes. Itaq; Eumenes blandimentis agere: singulos suppliciter alloqui: nunc commilitones suos: nunc patronos appellans periculorum & operum orientalium socios nunc refugia salutis suæ & vnica præsidia cōmemorans. solos esse quorum virtute oriens sit domitus: solos qui militiā liberi patris qui Herculis monumenta superuenerint: per hos Alexandrum magnum factum: per hos diuinos honores & immortalē gloriam consecutum: orat vt non tā ducē se q̄ cōmilitonem recipiant: vnūq; ex corpe suo esse velit. Receptus hac lege paulatim imperium primum monendo singulos mox quæ pperam facta erant blande corrigēdo vsurpat nihil in castris sine illo agi: nihil administrari sine solertia eius pote-

Eumenis astutia.

Eumenis fuga.

Eumenis ars. appellat commilitones nunc patronos

tat. Ad postremũ cum Antigonũ venire cũ exercitu esset nunciatum: compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia cõtennunt: hostium virtute superantur. in eo prælio non gloriam tantũ tot bellorum: verumetiam cum coniugibus: & liberis præmia iungæ militiæ parta perdiderunt. Sed & eumenes qui auctor cladis erat: nec aliam spem salutis reliquã habebat victos hortabatur: nã & virtute eos superiores fuisse affirmabat: quippe ab his quinq; milia hostiũ cæsa: & si in bello perstent: vltro hostes pacem petituros damna quibus se putent victos: duo milia mulierum & paucos infantes & seruitia esse: quæ melius vincendo possint reparare: q deserendo victoriam. porro argyraspides neq; fugam se tentaturos dicunt: post dãna matrimoniorum & post coniuges amissas: neq; bellum gesturos contra liberos suos. Vltroq; eũ conuicijs agitant: q se post tot annos emeritorũ stipendiorum redeuntes domũ cum præmijs tot bellorum ab ipsa missione rursus in nouam militiam immensaq; bella reuocauerit: & a laribus quodam modo suis: & ab ipso limite patriæ abductos inanibus promissis deceperit: nunc quoq; amissis omnibus fœlicis militiæ quæstibus: ne victos quidem in misera & inopi senecta quiescere sinat. Ignaris deinde ducibus confestim ad Antigonum legatos mittunt petentes vt sua reddi iubeat. Is redditurum se pollicetur: si Eumenẽ sibi tradant. quibus cognitis Eumenes cum paucis fugere tentauit. sed retractus desperatis rebus concursus multitudinis factus esset: petit vt postremum sibi alloqui exercitum liceret. Iussus ab vniuersis dicere facto silentio: laxatisq; vinculis: prolatam sicut erat cathenatus manum ostendit. cernite milites inquit habitum atq; ornamenta ducis vestri: quæ non hostium quisq̃ imposuit. nam hoc etiam solatio foret: vos me ex victore victum: vos me ex imperatore captiuum fecistis: quater intra hunc annum in mea verba iureiurando obstricti estis: & ista mitto neq; enim miseros conuiuia decent vnum oro si ppositorũ Antigoni in meo capite summa consistit: inter vos me velitis mori: nã neq; illius interest quemadmodũ aut vbi cadã: & ego fuero ignominia mortis liberatus: hoc si impetro soluo vos iureiurando: quo toriens vos sacramento mihi deuouistis. Aut si ipsos pudet roganti vim adhibere: ferrum huc date & permittite: quod vos facturos pro imperatore iurastis: imperatorem pro vobis sine religione iusiurandi facere. cum non obtineret preces in iram vertit: ad vos ait deuo

Argyraspides vincunt

Eumenis ad exercitũ oratio.

ta capita respiciant dij periuriorum vindices: talesq; vobis exitus dent: quales vos ducibus vestris dedistis. nempe vos idē paulo ante & Perdicæ sanguine estis aspersi: & in Antipatrū eadem moliti. Ipsum deniq; Alexandrū si fas fuisset dum mortali manu cadere interempturi: qđ maximū erat seditionibus agitastis. vltima nunc ego perfidorꝫ victima: has vobis diras atq; inferias dico: vt inopes extorresq; omne æuū in hoc castrensi exilio agatis deuorentq; vos arma vestra: qbus plures vestros q̄ hostiū duces absumpsistis. Plenus deinde iræ custodes suos precedere ad Antigoni castra cœpit. sequitur exercitus prodito imperatore suo. & ipse captiuus: triumphumq; de seipso ad victoris castra ducit/oīa auspicia regis Alexādrij & tot bellorum palmas/laureasq; vna secum victori tradētes & ne quid deesset pōpe/elephanti quoq; & auxilia orientalia subsequuntur/tanto pulchriora hæc Antigono quā Alexandro tot victorię fuerunt/vt cū ille oriētem vicerit hic eos a quibus oriens victus fuerit superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo diuidit/redditis q̄ in victoria cœperat. Eumenem vero verecundia prioris amicitię in conspectum suū venire ꝓhibitum assignari custodibus p̄cepit. Interea Eurydice vxor Arydei regis: vt Polyperconta a grecia redire in Macedoniam cognouit, & ab eo accersitā olympiada muliebri emulatione perculsa: abutēs valitudine viri. cuius officia sibi vendicabat: scribit regis nomine Polyperconti. Cassādro exercitum tradat: in quem regni administrationem rex transtulerit: eadem & in Asiā Antigono per epistolas nunciat. quo beneficio deuinctus Cassander nihil nō ex arbitrio muliebris audaciæ gessit. Deinde profectus in Greciā multis ciuitatibus bellū infert: quarum excidio veluti vicino incendio territi spartan vrbem quam semper armis non muris defenderant: tū contra responsa fatorum: & veterū maiorꝫ gloriam armis diffisi: murorꝫ p̄sidio includunt: tm̄ eos degenerauisse a maioribus: vt cū multis sæculis murus vrbis ciuiū virtus fuerit ciues saluos se fore nō existimauerint: nisi intra muros laterent. Dum hæc aguntur Cassandrum a Græcia turbatus Macedoniæ status: domū reuocauit. Nāq; Olympias mater Alexandri magni regis cū ab Epiro in macedoniā prosequente eacida rege molossorum veniret: prohiberiq; finibus ab Eruydice & Arideo rege cœpisset: seu memoria mariti. seu magnitudine filij: & indignitate rei moti macedones: ad olympiada transiere

Dirę execrationes.

Insignis ātigoni gloria.

Spartanorū degeneratio.

cuius iussu & Euridice & rex occiditur: sex annis post alexādrum potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cum princi pū passim cędes muliebri magis quā regio more fecisset fauorem suū in odiū vertit. Itaq; audito Cassandri aduentu diffusa Mace donibus cum nuru Roxane/ & nepote Hercule pictuam vrbē cō cessit. Proficiscenti Deidamia æacidæ regi filia & Thessalonicæ priuigna/ & ipa clara Philippi patris nomine/ multæq; aliæ princi pum matronæ speciosus magis quam vtilis grex fuere comites. Hæc cū nunciata Cassandro essent statim citato cursu pictiuam venit: & vrbē obsidione cinxit: cum fame ferroq; vrgeretur. Olim pias lōgę obsidionis tedio pacta salute victori se tradidit. Sed cū Cassandri ad concionem vocato populo sciscitaturus quid de Olympiade fieri vellent. subornat parentes interfectorum: qui sum pta lugubri veste crudelitatem mulieris accusarēt: a quibus accē si Macedones sine respectu pristinæ maiestatis occidendam de cernunt: immemores prorsus quod per filiū eius/ virumq; non so lum vitam ipsi inter finitimos tutam habuissent: verumetiam tan tas opes imperiumq; orbis quęsissent. Sed Olympias vbi obstina tos venire ad se armatos vidit: veste regali duabus ancillis innixa vltro obuiam procedit: qua visa pcussores attoniti fortuna maie statis prioris/ & tot in eū memorię occurrentibus regum suorum nominibus substiterūt: donec a Cassandro missi sunt/ qui eam cō foderent non refugientem gladium: nec vulnera/ aut muliebriter vociferantem sed virorum more fortium pro gloria veteris prosa piæ morti succumbentem: vt Alexandrum posses etiam morien te matre conspicere. Insuper exspirans capillis & veste crura con texisse fertur: ne quid posset in corpore eius indecorum videri. Post hæc Cassander Thessalonicen regis Aridei filiam vxorem ducit. Filium Alexādri cum matrem in arcem amphipolitanam custodiendos mittit.

Olympia dis apd Macedonas gra.

Olympia disfuga.

Macedonū in olympia dē conspira tio.

Honestatē moriens. Olympias curauit.

¶ Iustini Historici Liber. XV.

PErdica & frater eius Alceta Eumene/ ac polypercō te/ cęterisq; ducibus diuerse partis occisis: finitum cer tamē inter successores Alexādri magni videbaт: cū re pēte inter ipos victores nata discordia: quippe postu lantibus Ptolomæo/ & Cassandro: & Lysimacho: vt

pecunia in præda capta prouinciæq; diuiderentur. Antigonus negauit se in eius belli socios admissurum: in cuius periculum solus descenderat: & vt honestum aduersus socios bellum suscipere videretur: diuulgat se olympiadis mortem a Cassandro interfectæ vlcisci velle: & Alexandri regis sui filium cum matre obsidione amphipolitana liberare. His cognitis Ptolomęus & Cassāder initia cum Lysimacho: & seleuco societate. bellū terra mariq; enixe instruebant. Tenebat Ptolomęus ægyptum cum africę parte maiore: & Cypro & Phœnicæ. Cassādro parebat Macedonia cū Gręcia. Asiam & partem orientis occupauerat Antigonus: cuius filius Demetrius prima belli congressione a Ptolomęo apud clamam vincitur. In quo prælio maior Ptolomęi moderationis gloria: quam ipsius victoria fuit. Siquidem & amicos. Demetrij non solum cum suis rebus dimisit: verumetiam additis insuper muneribus honorauit: & ipsius Demetrij priuatum omnem instrumentum ac familiam reddidit. adiecto honore verborum non se propter prædam: sed propter dignitatem misse bellum indignatum ꝙ Antigonus deuictis diuersæ factionis ducibus solus victoriæ communis præmia corripuisset. Dum hæc aguntur Cassander ab Apollonia rediens incidit in abderitas qui propter ranarum murumq; multitudinem relicto patriæ solo sedes quærebant: verius ne macedoniam occuparent: facta pactione in societatem eos recepit: agrosq; ijs vltimis Macedoniæ finibus assignat. Deinde ne Hercules Alexandri filius: qui per annos. xiiij. excesserat: fauore paterni nominis in regnum macedoniæ vocaretur: occidi eum tacite cum matre Barsene iubet. corporaq; eorum terra obrui: ne cędes sepultura proderetur. & quasi parum facinoris in ipso primū rege: mox in matre eius Olympiade ac filio admisisset alterum quoq; filium cum matre Roxanæ pari fraude interficit: scilicet quasi regnum Macedoniæ: quod affectabat: aliter consequi quā scelere non possit. Interea Ptolomęus cum Demetrio nauali prælio iterato congreditur: & amissa classe hostiq; concessa victoria in egyptum refugit. Demetrius filium Ptolomęi Leuticum/ & fratrem Menelaum/ amicosq; eius cum priuati instrumenti ministerio prouocatus/ pari antea munere ægyptum remittit & vt appareret eos nō odij: sed dignitatis gloria accēsos/ donis muneribusq; inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius tunc bella gerebantur: quanto nunc amicitiæ coluntur. Hac victoria elatus An-

Noue ducū discordiæ.

Vincit Demetrius.

Ranę muresq; Abderitas fugāt.

tigonus regem se cũ Demetrio filia appellari a populo iubet. Ptolomęus quoq; ne minoris apud suos auctoritatis haberetur: rex ab exercitu cognominatur: quibus auditis Cassander & Lysimachus: & ipsi regiam sibi maiestatem vendicauerunt Huius honoris ornamentis tamdiu omnes abstinuerunt: q̃diu filij regis sui superesse potuerunt. Tanta in illis verecũdia fuit: vt cũ opes regias haberent. regum tamen nominibus æquo animo caruerint: quoad Alexandro iustus hæres fuit. Sed Ptolomęus & Cassander cæteriq; factionis alterius duces cum carpi se singulos ab antigono viderent: dum priuatum singulorum nõ commune vniuersorum bellũ ducunt: nec auxilium ferre alter alteri volunt: quasi victoria vnius non omniũ foret: per epistolas seinuicem confirmantes: tẽpus locũ coeundi cõdicunt: bellumq; cõmunibus viribus instruũt cui cum Cassander interesse propter finitimum bellum non posset: Lysimachũ cum ingentibus copijs in auxilium socijs mittit.

In q̃ multis vno tp̃e erũperit regij nõis appellatio.

¶ Erat hic Lysimachus illustri quidem Macedoniæ loco natus: sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior. quæ tanta i illo fuit: vt animi magnitudine philosophia ip̃a viriũq; gloria omnes per quos Oriens domitus est: vicerit: quippe cum Alexãder magnus Callisthenem philosophum propter salutationis persicę interpellatum morem insidiarum: quæ sibi paratæ fuerant: consciũ fuisse ratus fuisset: eũq; truncatis crudeliter membris abscissisq; auribus ac naso: labijsq; deforme ac miserandum spectaculum reddidisset: Insuper cum cane in cauea clausum ad metum cæterorũ circunferret: tunc Lysimachus audire Callisthenem & præcepta ab eo recipere virtutis solitus: miseratus tanti viri non culpę: sed libertatis pœnas pendentis: venenum ei in remedium calamitatum dedit: quod adeo ægre Alexander tulit: vt obijci ferocissimo leoni iuberet. Sed cum ad conspectum eius concitus leo impetũ fecisset: manũ manipulo inuolutam Lysimachus in os leonis immersit: arreptaq; lingua feram exanimauit: quod cũ nunciatum regi esset admiratio in satisfactionem cessit: cariorem q; eũ ꝑpter cõstantiam tantæ virtutis habuit. Lysimachus quoq; magno animo regis veluti parentis tulit contumeliam. deniq; omni ex animo huius facti memoria exturbata: postea in india insectanti regi quosdã pallãtes hostes: cũ a satellitum turba equi sui celeritate desertus esset: solus ei per immensas arenarũ moles cursus comes fuit: quod idem antea Philippus frater eius cum facere voluisset:

Lysimachi cõmẽdatio

Callisthenes fęde ab Alexã. occisus.

Lysimachi virtus i cõficiẽdo leone

Vulneratur ab Alex. Lysimachus.
Auspicium regię maiestatis.
Lysimachi.

inter manus regis expirauerat. Sed Lysimachum desiliens equo Alexāder haste cuspide ita in fronte vulnerauit: vt sanguis aliter claudi non possit: quam diadęma sibi demptum res alligandi vulneris causa capiti eius imponeret: quod auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. Et post mortem Alexādri cum inter successores Alexandri prouincię diuiderentur: ferocissime gētes quasi omnium fortissimo assignatæ sunt. Adeo etiam consensu vniuersorum palmam virtutis inter cæteros tulit. Prius quam bellum inter Ptolomęum: sociosq; eius aduersum Antigonum cōmitteret: repento ex asia maiore digressus: Seleucus nouus Antigono hostis accesserat. Huius quoq; & virtus clara: & origo admirabilis fuit. si quidem mater eius Laodice cum nupta esset Antiocho clara inter Philippi duces viro: visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse: grauidamq; factam munus concubitus annulum a deo accepisse: cuius gemma anchora sculpta esset. Iussaq; id donū filio: quem peperisset: dare: admirabilem fecit hunc visum: & annulus qui postera die eiusdē sculpturę i lecto inuentus est: & figura anchorę: quę in femore Seleuci nata cum ipo paruulo fuit. Quamobrem Laodicę annulum Seleuco eunti cum Alexādro magno ad Persicam militiam edocto de origine sua dedit. Vbi post mortem Alexādri occupato regno orientis vrbem condidit: ibiq; geminæ originis memoriam cōsecrauit: nam & vrbem ex Antiochi patris nomine antiochiam vocauit: & campos vicinos vrbi Apollini dicauit: originis eius argumētum etiā posteris mansit: si quidem filij: nepotesq; eius Anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere. Multa in oriente post diuisionem inter socios regni macedonici bella gessit. principio Babyloniam cœpit. Inde auctis ex victoriæ viribus Bactrianos expugnat. transitum deinde in Indiam fecit: quæ post mortē Alexandri veluti a ceruicibus iugo seruitutis excusso: præfectos eius occiderat. Auctor libertatis Sandrocottus fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in seruitutem verterat: siquidem occupato regno populum (quem ab externa dominatione vēdicauerat) ipse seruitio premebat Fuit hic quidē humili genere natus: sed ad regni potestatē maiestate numinis impulsus: quippe cum ꝓcacitate sua Alexandrū regem offendisset: interfici a rege iussus: salutem pedū celeritate quęsierat: ex qua fatigatione cū somno captus iaceret: leo ingentis formę ad dormientem accessit: sudorémq;

Seleuci fata lis ortus.

Anthiochia cōdit.
Naturalis nota gnīs Anchora.

Sādrocott⁹

Prodigiū in leone.

profluentem lingua ei detersit: experge factusq; blande reliquit: Hoc prodigio primũ ad spem regni impulsus contractis latronibus ludos ad nouitatem regni sollicitauit. Molienti deinde bellũ aduersus pręfectos Alexandri elephantus ferus infinitę magnitudinis vltro se obtulit: & veluti domita mansuetudine eũ tergo excepit. Duxq; belli & prçliator insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus ea tempestate: qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta iacebat: indiam possidebat: cum quo facta pactione. Seleucus: compositisq; in oriẽte rebus in bellum Antigoni descẽdit. Adunatis igitur omniũq; sociorũ copijs prelium cõmittitur. In eo Antigonus occidit. Demetrius filius eius in fugã vertitur: sed socij profligato hostili bello: denuo in semetipsos arma vertunt: & cum de pręda non conueniunt: iterum in duas factiones deducũtur: Seleucus Demetrio: Ptolomęus Lysimacho iungitur. Cassandro defuncto Philippus filius succedit. sic quasi ex integro noua Macedoniæ bella nascuntur.

Spontanea elephantis oblatio.

Antigonus occiditur.

Iustini Historici. Liber. XVI.

POst Cassandri regis: filijq; eius Philippi cõtinuas mortes Thessalonicæ regina vxor Cassandri non magno post tempore ab Antipatro filio (cum vitã etiam per vbera materna deprecatur) occidit. causa parricidij fuit: q post mortẽ mariti in diuisione inter fratres regni propensior fuisse alexandro videbatur: qđ facinus eo grauius omnibus visum est: qđ nullum maternæ fraudis vestigium fuit: q̃q̃ in parricidio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocinia prętexi potest. ob hęc igitur Alexander in vltione maternę necis gesturus cum fratre bellũ: auxilium a Demetrio petit: nec Demetrius spe inuadendi macedonici regni moram fecit: cuius aduentum verens Lysimachus: persuadet genero suo antipatro: vt malit cum fratre in gratiam reuerti: q̃ paternum hostem in macedoniam Admitti. Inchoatam igitur inter fratres recõsiliationẽ cũ pręsensisset Demetrius: p insidias Alexãdrũ interfecit. Occupatoq; macedoniæ regno: cędẽ apud exercitũ excusaturus in cõcionẽ vocat. Ibi priorem se petitũ ab alexãdro allegat: nec fecisse se sed occupasse insidias. Regẽ autẽ se macedoniæ vel ętatis experimẽtis. vel causis iustiorem esse patrem enim suum & Philippo regi & Alexãdro

Antipater matrem occidit.

Alexã. interitus.

Rex macedoniæ demetrius oñditur.

magno sociũ in omni militia fuisse. Liberoꝝ deinde Alexandri ministrũ: & ad persequẽdos defectores ducem extitisse. Contra Antipatrũ auum horũ adolescentiũ amariorẽ semper ministrũ regni: q̃ ipsos reges fuisse. Cassandrũ vero patrem extinctorem regię domus: nõ fœminis nõ pueris pepercisse: nec cessasse quo ad omnẽ stirpem regię sobolis deleret. Hoꝝ sceleꝝ vltionẽ quia nequisset ab ipso Cassandro exigere ad liberos eius translatam Quã ob rem etiã Philippũ Alexãdrũq;(si quis inaniũ sensus est) non interfectores suos ac stirpis suę: Sed vltores eoꝝ Macedonię regnum tenere malle: per hæc mitigato populo rex macedonię appellatur. Lysimachus quoq; cũ bello Doricetis regis thracum prẹmeretur. ne eodẽ tempore & aduersus Demetriũ dimicare necesse haberet: tradita ei altera parte macedoniæ: q̃ Antipatro eius genero obuenerat pacẽ cũ eo fecit. Igitur Demetrius totis macedonię regni viribus instructus: cum Asiam occupare statuisset: iterato Ptolomæus Seleuchus æ Lysimachus experti priore certamine quantę vires concordię: essent pacta societate: adiunctisq; exercitibus bellũ aduersus Demetriũ transferunt in europam. His comitẽ se & belli socium iungit Pyrrhus rex epiri sperans nõ difficilius Demetriũ macedoniã amittere posse: quã acquisierat. nec spes frustra fuit: quippe exercitui eius corrupto: ipsoq; in fugam acto regnum macedonię occuparat. Dum hæc aguntur: Lysimachus generũ suũ Antipatrũ regnũ macedoniæ ademptum sibi soceri fraude quẹrentem interfecit/filiamq; suã Eurydicem quẹrelaꝝ sociã in custodiã tradit. Atq; ita vniuersa Cassandri domus Alexandro magno: seu necis ipsius: seu stirpis extinctę pœnas partim cede: partim supplicio luit. Demetrius quoq; a tot exercitibus circumuentus: cum posset honeste mori turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello Ptolomæus cum magna rerũ gestaꝝ gloria moritur. Is contra ius gentiũ minimo natu ex filijs ante infirmitatem regnũ tradiderat: eiusq; rei populo rationẽ reddiderat: cuius nõ minor fauor in accipiẽdo quam patris in tradendo regnũ fuerat. Inter cẹtera patris & filij mutuę pietatis exempla: etiã ea res amorem parẽ populi iuueni cõciliauerat. & pater regno ei publicæ tradito: priuatum officium regi inter satellites fecerat: omniq; regno pulchrius regis esse patrẽ dixerat. Sed inter Lysimachũ & Pyrrhũ regẽ socios pauloante aduersus Demetriũ assiduũ inter pares discordia malum bellũ

Parthus rex epiri.

Antipater occiditur.

Ptolomæus moritur.

mouerat: Victor Lysimachus pulso Pyrrho macedoniam occupauerat: Inde thracię ac deinceps heracleę bellū intulerat cuius vrbis & initia & exitus mirabiles fuere: quippe Boetijs pestilentia laborantibus: oraculum delphis responderat: coloniam in pōti regione sacram Herculi conderent: cū propter metum longæ et periculosæ nauigationis mortem in patriam omnibus præoptantibus res omissa esset: bellū his phocenses intulerunt: quorum cū aduersa prēlia paterentur: iterato ad oraculū decurrunt: responsum idem belli quod pestilentiæ remedium fore. Igitur cū scripta colonorum manu in metapontū delati vrbem heracleam condiderunt: & qm̄ fatorum auspicijs in eas sedes delati erāt: breui post tempore magnas opes parauere. multa deinde huius vrbis aduersus finitimos bella: multa etiā domesticæ dissensionis mala fuere. Inter cætera magnifica: vel præcipue illud memorabile fuit: cum rerū potirentur: Athenienses: victisq; persis Græciæ et Asiæ tributū in tutelā classis descripsisset omnibus cupide ad præsidiū salutis suæ conferentibus: soli heraclienses ob amicitiā regum persicorū collationē abnuerant missus itaq; ab atheniensibus Malachus cū exercitu ad extorquēdum: quod negabatur dum relictis in littore nauibus agros heracliensium populatur classem cū maiore parte exercitus naufragio repētinę tēpestatis amisit. Itaq; cum neq; mari posset amissis nauibus: neq; terra auderet cū parua manu inter tot ferocissimas gentes reuerti. Heraclienses honestiorē beneficij quam vltionis occasionem rati: instructos cōmeatibus: auxilijsq; dimittunt: bene agrorum suorū populationē existimantes: si quos hostes habuerant amicos reddidissent. passi sunt inter plurima mala etiā tyrānidē: siquidem cū plebs etiā nouas tabulas: & diuisionē agrorū diuitū impotenter flagitarent: diu re in senatu tractata: cū exitus rei non inueniretur: ad postremū aduersus plebem nimio ocio lasciuiētē auxilia a Thimotheo atheniēsiū duce: mox ab Epaminūda thebanorum petiuere. Vtrisq; negantibus: ad Clearchū (quem ipsi in exilium egerant) decurrunt. tanta calamitatū necessitas fuit vt cui patriā interdixerāt: eū ad tutelā patriæ vocarent. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus: & dissensionē populi occasionē inuadendæ tyrannidis existimās: primo tacite cum Mithridate ciuium suorum hoste colloquit: & initia societate paciscitur: vt reuocatus in patriā prodita ei vrbe pręfectus eius cōstitueretur. Postea aūt

Heracleæ origo.

Heracliēsiū hostes humanitas.

Thimotheus.

Epaminunda.

Clearchus.

insidias:quas ciuibus parauerat:in ipsum mithridatem verterat. Namq; cũ velut arbiter ciuilis discordiæ de exilio reuersus esset: statuto tempore quo vrbẽ Mithridati traderet:ipsum cũ amicis suis cœpit:captumq; accepta ingenti pecunia dimisit. Atq; vt in illo subitum se ex socio fecit hostem.sic ex defensore senatoriæ causæ:repẽte patronus plebis euasit:& aduersus auctores potẽtię suę a quibus reuocatus in patriã:per quos in arce collocatus fuerat/nõ solũ plebem accendit:verũetiam nefandissima quæq; tyrannicę crudelitatis exercuit.Igitur populo ad concionem vocato:neq; se affuturũ amplius grassanti in populũ senatui ait nõ intercessurum cõtra affuturũ/etiã si in pristina sęuitia perseueret & si par esse crudelitati senatorũ arbitrarẽtur:abiturũ cum militibus suis/neq; ciuilibus discordijs interfuturũ Sin vero diffidant viribus ꝓprijs:vindicem se ciuiũ non defuturũ:ꝓinde cõsulant sibiipsi.iubeant abire si malint:vel socium causę popularis remanere.His verbis solicitata plebs summã ad eũ imperium defert: & dum senatus potentię irascitur:in seruitutẽ se tyrannicę dominationis cum cõiugibus & liberis tradit.Igitur Clearchus.lx.senatores cõpręhensos(nã cęteri in fugam dilapsi erãt)in vincula compingit.lętari plebs ꝙ a duce potissimũ senatorũ senatus deleretur.versaq; vice auxiliũ eorũ in exitiũ cõuersum esset:quibus dum mortem passim oibus minatur:cariora eorum præcia facit siquidẽ Clearchus magna pecunia quasi minis populi occulte eos subtracturus.accepta spoliatos fortunis vita quoq; spoliauit Cognito deinde ꝙ bellum sibi ab ijs qui ꝓfugerãt misericordia in auxiliũ sollicitatis ciuitatibus pararetur : seruos eorum manu mittit.& ne quid in afflictis honestissimis domibus deesset:vxores eorũ:filiasq; nubere:seruis suis proposita recusantibus morte compellit:vt eos sibi fidiores & dominis infestiores redderet. Sed matronis tam lugubres nuptiæ maiores repentinis funeribus fuere.Itaq; multę se ante nuptias:multę in ipsis nuptijs occisis prius nouis maritis interficiũt:& se tã funestis calamitatibus virtute ingenui pudoris eripiũt:pręliũ deinde committitur:quo victor tyrannus captiuos senatores in triumphi modũ per ora ciuiũ trahit.Reuersus in vrbem alios vincit : torquet alios : alios occidit . nullus locus vrbis a crudelitate tyranni vacat : accedit sæuitiæ insolentia:c..u delitati arrogantia.Interdum enim ex successu continuę fœlicitatis obliuiscitur se hominẽ.Interdum iouis

Clearchi verba ad populum.

Clearchi tyrannica dominatio.

Heracliẽsiũ matronarũ clades.

filium se dicit.eunti per publicum aurea aquila velut argumentū generis pferebatur: veste purpurea & cothurnis regū tragicorū & aurea corona vtebatur. filio quoq; suum Ceraunon vocat: vt deos non mēdacio tantum: verumetium nominibus illudat. Hęc illū facere duo nobilissimi iuuenes Chion & Leonides indignantes patriam liberaturi in necem tyranni conspirant. Erāt hi discipuli Platonis philosophi: qui virtutem ad quā quotidie perfectis pręceptis magistri erudiebantur: patrię exhibere cupientes quinquaginta cognatos veluti clientes insidijs locant. Ipsi more iurgātium ad tyrannum veluti ad regem in arcem contendunt: qui iure familiaritatis admissi: dum alterum priorem dicentem intētus audit tyrannus: ab altero occupatur Sed ipi socijs tradius auxiliū ferentibus a satellitibus obruuntur quare factum est: vt tyrannus quidem occideretur: sed patria non liberaret. Nā frater Clearchi Satyrus eadem via tyrānidem inuadit: multisq; annis per gradus successionis heracleenses regnum tyrannorum fuere.

Ceraunon Chiō & leonides platonici.

Clearchi ędes.

ℭIustini Historici Liber. XVII.

DEr idem ferme tempus in Hellespōti: Chersonessi regionibus terręmotus fuit. maxime tantum vrbs Lysimachia ante duos & viginti annos a Lysimacho condita euersa est: quod portenta dira Lysimacho: stirpiq; eius: ac ruinam regni cum clade vexatarum regionum portendebāt. nec ostentis fides defuit: nam breui post tempore Agathoclen filium suum: quem in successionem regni ordinauerat: per quem multa bella prospere gesserat: non solum patrium verumetiam humanum vltra morem perosus: ministra Arsyrice nouerca veneno itefecit. Hæc illi prima mali labes: hoc initium impendentis ruinæ fuit. Nā parricidiū principum secutæ cædes sunt Luentium supplicia: ꝙ occisum iuuenem dolebant. Itaq; & hi qui exercitibus pręerāt: certatim ad Seleucum deficiebant. eūq; pronum iam ex æmulatione glorię bellum Lysimacho inferre compellunt. Vltimum hoc certamen commilitonum. Alexandri fuit: & velut ad exēplum fortunæ par reseruatum. Lysimachus quattuor &.lxx. annos natus erat. Seleucus septē &.lxx. Sed in hac ætate vtriq; animi iuueniles erāt: imperijq; cupiditatē insa

Lysimachia terręmotu euertit.

Agathocles veneno necat.

Lysimachi & Seleuci ætas.

tiabilem gerebant Quippe cũ orbem terraꝝ duo soli tenerẽt: an gustus sibimet inclusi videbantur: vitęq; finẽ non annoꝝ spacio sed imperij terminis metiebãtur. In eo bello Lysimachus amissis antea varijs casibus. xv. liberis: non strennue moriens postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. Lætus tanta victoria Seleucus & quod maius victoria putabat: solum se de cohortę Alexandri mansisse: victoréq; victorum extitisse: nõ humanũ opus esse: sed diuinũ minus gloriatur: ignarus prorsus nõ multũ post fragilitatis humanę seipsum exemplum futuꝝ: quippe post menses ad modũ septẽ a Ptolomęo: cuius sororem Lysimachus in matrimonium habuerat: per insidias circunuentus occiditur. Regnũq; macedoniæ: quod Lysimacho eripuerat. cum vita pariter amittit. Igitur Ptolomęus cum & in gratiam memoriæ magni Ptolomæi patris: & in fauorẽ vltionis Lysimachi: ambitiosus apud populares esset: primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit: nuptiasq; Arsinoes sororis suæ matris eorum petit: puerorum adoptione promissa: vt cum in locum eorum successisset: nihil illi moliri vel verecundia matris: vel appellatione patris auderent: Fratris quoq; regis ægypti concordiam per epistolas deprecatur: professus depo nere se offẽsam erepti paterni regni: neq; ãplius fratre quęsiturũ: quod honestius a paterno hoste perceperit: omniq; arte adulatur Eumeni: & Antigono Demetrij filijs Antiocho filio Seleuci: cũ quibus bellũ habiturus erat: ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus: ingens momentum futurus vtri parti socius accessisset: qui & ipse spoliare singulos cupiens: omnibus se partibus vendicabat. Itaq; Tarẽtinis aduersus romanos laturus auxilium: ab Antigono naues ad exercitum deportandũ mutuo petit: ab Antiocho pecuniã: qui opibus q̃ militibus instructior erat. A Ptolomęo macedonum militum auxilia. sed Ptolomęus: cui nulla dilationis ex infirmitate virium venia esset quinq; milia peditum: equitum quattuor milia. elephãtos. L. non amplius q̃ in biennij vsum dedit. Ob hęc Pyrrhus filia Ptolomęi in matrimonium accepta vindicem eam regni reliquit. ¶ Sed quoniam ad Epiri mentionem ventum est: de origine regni eius pauca narrãda sunt. Molossorum primum in ea regione regnum fuit post Pyrrhus achillis filius amisso per absentiam troianis temporibus paterno regno in his locis consedit: qui Pyrrhidæ primo postea epirotę dicti sunt: Sed pyrrhus cum in templum dõdonęi

Lysimachi interitus.

Seleucus occidit Ptolomęus scđs.

Ptolomęi solertia.

Pyrrhi secũdi aduersus romanos expeditio.

Epirotici regni origo.

Iouis ad consulendum venisset ibi Anasam neptem Herculis ra/
puit:ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nonnullas
virgines nuptu finitimis regibus tradidit: opesq; affinitatum au/
xilio magnas parauit. Atq; ita Heleno filio Priami regis ob indu
striam singularem paticinandi regnum chaonum & Androma/
chē Hectoris: quam & ipse matrimonio suo in diuisione troianæ
prędæ acceperat vxorem reddidit. Breuiq; post tempore delphis Pyrrhi exi/
insidijs Orestæ filij Agamennonis inter altaria dei interijt. Suc/ tus.
cessor huic Pyales filius fuit. per ordinem deinde regnum ad Ary Pyrrhi in re
bam descendit: cui quoniam pupillus & vnicus ex gente nobili su gno succes/
peresset: intentiore omnium cura seruandi eius educandiq; publi sores.
cæ tutores constituuntur Athenas quoq; erudiēdi gratia missus: Arybe cō/
quanto doctior maioribus suis tanto & gratior populo fuit. Pri/ mēdatio.
mus itaq; & leges & senatum annuosq; magistratus: & reipublicę
formam cōposuit: & vt a Pyrrho sedes sic vita cultior populo ab
Aryba statuta. Huius filius Neoptolemus fuit ex quo nata est O/ Olympias
lympias mater Alexandri magni: & Alexander: qui post eum Re neopto. fi/
gnum Epiri tenuit: & in Italia bello gesto in Brutijs interijt. Post lia.
eius mortem frater Aeacides regno successit: qui assiduis aduer/
sus Macedonas bellorum certaminibus populum fatigādo offen
sam ciuium contraxit. ac propterea in exilium actus Pyrrhum fi/
lium Bimum admodum paruulum in regno reliquit: qui & ipse
cum a populo propter odium patris ad necem quereretur: furtim
subtractus in illyrio defertur: traditusq; est beroe Glauci regis vxo Beroe.
ri nutriedus. quæ & ipsa generis æacidarum erat. Ibi eum seu mi
sericordia fortunæ eius seu infantilibus blandimentis inductus
rex aduersum Cassandrum Macedonię regem: qui eum belli cō/
minatione deposcebat: diu ꝓtexit: addito in auxilium etiam ad/
optionis officio: quibus rebus moti epirotæ odio in misericordiā
verso annorum. xj. eum in regnum reuocauerunt. datis tutoribus
qui regnum vsq; adultam eius ætatem tuerentur. Adolescēs de/
inde multa bella gessit: tantusq; rerum successu haberi cœptus est:
vt tarentinos solus aduersus Romanos tueri posse videret.

¶Iustini Historici Liber XVIII.



Gitur Pyrrhus rex Epiri cũ iterata Tarentinorũ legatione: additis samnitium & lucanorum precibus. & ipsis auxilio aduersus Romanos indigentibus fatigaret non tã supplicũ pcibus: quam spe inuadẽdi Italiæ imperij inductus: venturum secũ exercitu pollicet. In quam rẽ inclinatũ semel animum pcipitem agere cœperant exẽpla maiorũ ne aut inferior patruo suo Alexandro videret: quo defensore ijdẽ Tarentini aduersus brutios vsi fuerant: aut minores animos magno Alexãdro habuisse: qui tam lõga a domo militia orientem subegit. Igit relicto

Ptolomeus Pyrrhũ fili? custode regni filio Ptolomęo annos.xv.nato: exercitum in portu Tarentino exponit: duobus paruulis filijs Alexandro: & Heleno in solatia lõginquę secũ expeditiõis adductis: cuius audito aduẽ-

Valerius Leuinius cõsul. tu consul Romanus Valerius Leuinus festinans: vt prius cum eo cõgrederet: quã auxilia sociorũ cõuenirent: exercitum in aciẽ de-

Vincuntur romani a Pyrrho. ducit. nec rex (tam & si numero militum inferior esset) certamini morã fecit. Sed romanos vincentes iã inusitata ante elephantorũ formæ stupere primo: mox cedere plio cogit: victoresq; iam noua macedonũ monstra repente vicerũt nec hostibus incruẽta victoria fuit: nã & ipse Pyrrhus grauiter vulneratus est: & magna pars militũ eius cęsa: maiorẽq; gloriã eius victorię q̃ lęticiã habuit. Huius pugnę euentũ multę ciuitates secutæ Pyrrho se tradunt. Inter cęteros etiam locri prodito psidio romano ad Pyrrhũ deficiunt.

Captiui.cc. restituũtur. ex ea pręda Pyrrhus.cc.captiuos milites gratis romam remisit: vt cognita virtute eius romani cognoscerẽt etiã libertatẽ. Inter iectis

Mago. deide diebus cũ sociorũ exercitus superuenisset iterato plium cũ romanis facit: in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux carthaginensiũ in auxiliũ romanorũ cũ.c.xx. nauibus missus senatũ adijt ægre tulisse carthaginẽses affirmãs q bellũ i italia a peregrino rege paterẽtur. ob quẽ cãm missum se: vt quoniã externo hoste oppugnarentur: externis auxilijs iuuarent gratiæ a senatu carthaginẽsibus actæ: auxiliaq; remissa. Sed mago punico ingenio post paucos dies tacitus quasi pacificator carthaginensiũ

Carta. & ro. cõsilia de inuadẽda sicilia. Pyrrhum adijt: speculaturus concilia eius de Sicilia: quo eũ accersi fama erat. Nã romanis eadem causa mittendi auxilia carthaginensibus fuerat: vt romano bello: ne in Siciliam Pyrrhus transire posset: in Italia detineretur. Dum hæc aguntur: legatus a senatu

romano Fabricius luscinus missus pacem cũ Pyrrho composuit ad quam confirmandã Cineas Romã cum ingentibus a Pyrrho donis missus:neminem cuius domus muneribus pateret:inuenit Huic continentię romanorꝝ simile exemplum iisdem ferme tem poribus fuit.Nam missa a senatu ęgyptum legatione:cum ingen tia sibi a ptolomæo rege missa munera spreuissent interiectis die bus ad cœnam inuitatis aureę coronę missę sunt:quas illi hono ris causa receptas:postera die statuis regis imposuerũt. Igitur Ci neas cum turbatam cum romanis pacem ab apio Claudio renun ciasset.interrogatus a Pyrrho qualis Roma esset:respondit regũ vrbem sibi visam.Post hæc legati siculorum superueniunt tradẽ tes Pyrrho totius insulæ imperium:quæ assiduis carthaginensi bus bellis vexabatur.Itaq; relicto locris Alexandro filio:firmatis q; sociorum ciuitatibus valido pręsidio in Siciliam exercitum tra iecit.Et quoniam ad carthaginensium mentionem ventum est: de origine eorꝝ pauca dicenda sunt.repetitis tyriorũ paulo altius rebus:quorꝝ casus etiam dolendi fuerant.Tyriorum gens cõdita a phœnicibus fuit qui terræmotu vexati relicto patriæ solo assy rium stagnũ primo:mox mari proximum littus incoluerunt con dita ibi vrbe quã a piscium vbertate sidona appellauerunt:nam piscem phœnices sidon vocãt.Post multos deinde annos a rege ascatoniorum expugnati nauibus appulsi tyron vrbem ante an num troianæ cladis condiderunt ibi Persarum bellis diu variæq; fatigati:victores quidẽ fuere:sed attritis viribus a seruis suis mul titudine abundantibus:indigna supplicia perpessi sunt.qui con spiratione facta omnem liberũ populum cũ dominis interficiunt atq; ita potiti vrbe lares dominorum occupant:rem.p.inuadunt: coniuges ducunt:& quod ipsi non erant liberos procreant.Vnus ex tot milibus seruorum fuit:qui miti ingenio senis domini:par uuliq; filii eius fortuna moueretur dominosq; non truci feritate trucidauit.sed pia misericordia ac humanitate respexit Itaq; cum velut occisos alienasset:seruisq; de statu reipublicæ deliberanti bus placuisset regem ex suo corpore creari:eũq; potissimũ quasi acceptissimũ diis:qui solẽ orientẽ primus vidisset:rem ad Strato nẽ(hoc eñ ei nomen erat)dominũ occulte latentẽ detulit:ab eo informatus cũ medio noctis omnes in vnũ campũ processissent: cæteris in orientem spectantibus solus occidẽtis regionem intue batur.Id primũ aliis videri furor:in occidente solis ortũ quærere

Romanorꝝ continentia

Cineas.

Pyrrho sici lia traditur.

Cartha.ori go.

Vnde sidon dicta.

Tyri condi tio.

Strato.

Stratonis solertia. Vbi vero dies aduentare cœpit: æditissimisq; culminibus vrbis oriens splendere expectantibus alijs vt ipsum solem aspicerent: hic primus omnibus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit non seruilis ingenij ratio visa: requirentibusq; actorem de domino confitetur. tūc intellectum est quātum ingenua serui libus ingenia præstarent: maliciaq; seruos non sapientia vincere: Igitur venia seni filioq; data est: & velut numine quondam reser uatos arbitrantes: regem Stratonem creauerunt. post cuius mor tem regnū ad filium: ac deinde ad nepotes transit. Celebre hoc seruorꝫ facinus: metuēdumq; exemplū toto orbe terrarum fuit: Itaq; Alexander magnus cū interiecto tempore in oriēte bellum gereret: velut vltor publicæ securitatis/expugnata eorum vrbe omnes: qui prelio superfuerant: ob memoriam veteris cedis cru cibus affixit. genus tātum Statonis inuiolatū seruauit. regnumq; stirpi eius restituit: innoxijs & incolis insulæ & ingenuis attribu tis: vt extirpato seruili germine genus vrbis ex integro condere tur. Hoc igitur modo tyrij. Alexandri auspicijs conditi: parsimo nia & labore querendi cito conualuere. Ante cladem dominorꝫ: cum & opibus & multitudine abundarēt: missa in africam iuuen tute: Vticam cōdidere: cum interim rex tyro decedit filio Pygma lione: & Elissa filia: & insignis forme virgine heredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnū tradidit Elis sa quoq; Sichæo auunculo suo sacerdoti Herculis: qui honos se cūdus a rege erat: nupsit. huic magne sed dissimulate opes erant. aurumq; metu regis non tectis: sed terre crediderat: quam rem & si homines ignorabāt: fama tamē loquebatur: quia incensus Pyg malion oblitus iuris humani auunculū suū eūdemq; generū suū sine respectu pietatis occidit. Elissa diu fratrem propter scelus ad uersata: ad postremum dissimulato odio: mitigatoq; interim vul tu fugam tacite molitur: absumptisq; quibusdā principibus in so cietatem quibus par odiū in regē esse. eandemq; fugiendi cupidi tatem arbitrabatur: tūc fratrem dolo aggreditur fingit se ad eum migrare velle: ne amplius ei mariti domus cupide obliuionis gra uem luctus imaginē renouaret: ne ve vltra amara admonitio ocu lis eius occurrat. Nō inuitus Pygmalion verba sororis audiuit exi stimans cū ea & aurū Sichei ad se venturū Sed Elyssa ministros migrationis a rege missos nauibus cū opibus suis prima vespera imponit. prouectaq; in altū: cōpellit eos onera harenæ pro pecu

Notabilis historia

Strato rex creatur.

Vltio capta de tyrijs.

Vtice condi tio.

Elissa si cheo nupsit

Occiditur sichæus.

nia in volucribus inuoluta in mare deijcere. tunc deflens ipsa lugubriq; voce Sicharbã exorat: vt libens opes suas recipiat: quas reliquerat: habeatq; inferias: quas habuerat causam mortis. tunc ipsos ministros aggreditur. sibi quidem ait optatam olim mortẽ sed illis acerbos cruciatus & dira supplicia iminere: qui Sicharbę opes: quarum spe parricidium rex fecerit: auaritię tyranni subtraxerunt. hoc metu omnibus iniecto comites fugę accepit. Iunguntur & senatorum in ea nocte p̄parata agmina. atq; ita sacris Herculis: cuius sacerdos Sicharbas fuerat: repetitis exilio sedes quæsunt. Primus illis appulsus terræ Cyprus insula fuit: vbi sacerdos iouis cum coniuge & liberis dei monitu comitem se Elyssæ: sociũ fortunæ offert. pactus sibi posterisq; perpetuum honorem sacerdotij: conditio pro manifesto omine accepta. Mos erat cypris virgines ante nuptias statutis diebus dotalem pecuniam quesituras in quæstum ad littus maris mittere: pro reliqua pudicitia libamẽta veneri soluturas. Harum igitur ex numero. lxxx. admodum virgines rapi & nauibus imponi Elissa iubet: vt & iuuẽtus matrimonia: & vrbs sobolem habere possit. Dum hęc aguntur: Pygmalion cognita sororis fuga: cum impio bello fugientem persequi pararet: ægere precibus matris: & deorum minis victus: quieuit: cui cum inspirati vates canerent non impune laturum si crementa vrbis toto orbe auspicatissimæ interpellasset. & hoc modo spacium respirandi fugientibus datum. itaq; Elissa delata in africę finibus: incolas loci eius aduẽtu peregrinorum mutuarumq; rerum commertio gaudentes in amicitiam sollicitat. deinde empto loco qui corio bouis regi possit: in quo fessos lõga nauigatione: quoad ꝓficisceretur: reficere posset: corium in tenuissimas partes secari iubet: atq; ita maius loci spacium quã petierat: occupat vnde postea ei loco byrse non fuit: Confluentibus deinde vicinis locorum per spe lucri multa hospitibus venalia inferebant: sedesq; ibi statuentibus ex frequentia hominum velut instar ciuitatis effectum est. Vticensiũ quoq; legati dona vt consanguineis attulerunt. hortatiq; sunt: vt vrbẽ conderent: vbi sedes sortiti essent. Sed & afros detinendi aduenas amor cœpit. Itaq; consentientibus omnibus Carthago cõditur. statuto annuo vectigali pro solo vrbis. In primis fundamentis caput bubalum inuentum est quod auspicium quidem fructuosæ terræ: sed laboriosę perpetuoq; seruę vrbs fuit, propter quod in alium locum vrbs translata. Ibi quoq; caput equi

Didonis fuga.

Cyprus.

Cypriæ virgines dotẽ querũt stupro.

Dido i affricã delata.

Vnde byrsa vrbs dicta.

Conditur Carthago.

Auſpicia in fundanda Cartha. reperta.

repertum: bellicoſum potentemq; populum futurum ſignificans: vrbi auſpicatam ſedem dedit. Tunc ad opinionem nouæ vrbis concurrentibus gẽtibus: breui & populus & ciuitas magna facta. Cum ſucceſſu rerum florentes Carthaginis opes eſſent: rex mauritanorum Hiarbas decem pœnorum principibus ad ſe accerſitis Elyſſæ nuptias ſub belli denunciatione petit: quod legati reginæ referre metuentes. punicorum ea ingenio egerunt: nunciantes regem aliquem poſcere qui cultiores mores. victuſq; eum afroſq; perdoceat: ſed quemq̃ inueniri non poſſe qui ad barbaros & ferarum more viuentes tranſire a conſanguineis velit. Tunc a regina caſtigati: ſi pro ſalute patrię aſperiorem vitam recuſant: cui etiam ipſa vita ſi res exigat debeatur: regis mandata aperuere dicẽtes: quæ præcipiat aliis ipſi facienda eſſe: ſi velit vrbi conſultum eſſe. Hoc dolo capta diu Sicharbę viri nomine cum multis lachrymis & lamẽtatione flebili inuocato: ad poſtremum ituram ſe quo ſua & vrbis fata vocarent reſpondit. In hoc trium menſium ſumpto ſpacio: pyra i vltima parte vrbis extructa: velut placatura viri manes inferiaſq; ante nuptias miſſuram: multas hoſtias cędit: & ſumpto gladio pyram cõſcendit: Atq; ita ad populum reſpiciens ituram ſe ad virum: ſicut præceperat: dixit vitamq; gladio finiuit. q̃ diu Carthago inuicta fuit pro dea culta eſt. Condita eſt vrbs hęc lxxii. annis anteq̃ roma: cuius virtus ſicut bello clara fuit: ita domi ſtatus variis diſcordiarum caſibus agitatus eſt Cum inter cętera mala etiam peſte laborarent: cruenta ſacrorum religione & ſcelere pro remedio vſi ſunt. Quippe homines vt victimas immolabant: & impuberes: quę ętas etiam hoſtium miſericordiam prouocat: aris admouebant: pacem deorum ſanguine eorum expoſcentes: pro quorum vita dii rogati maxime ſolent. Itaq; aduerſis tanto ſcelere numinibus: cum in ſicilia diu infœliciter dimicaſſẽt: tranſlato in ſardiniam bello: amiſſa maiore exercitus parte: graui prælio victi ſunt: ꝓpter quod ducem ſuum Machæum. cuius auſpiciis & Siciliæ partem domuerant: aduerſus afros magnas res geſſerant cum parte exercitus: quæ ſuper fuerãt: exulare iuſſerũt quam rem ægre ferentes milites legatos: Carthaginem mittunt: qui redditum primo: veniamq; infœlicis militiæ petant. denuncient: quod precibus nequeant armis ſe conſecuturos. Cum p̃ces & minę legatorum ſpretę eſſent: interiectis diebus conſcenſis nauibus armati ad vrbem veniunt. ibi deos homineſq; teſtati: non

Didonis interitus.

Quo tp̃e Cartha. cõdita eſt.

Machæus exulat.

se expugnatum:sed recuperatũ patriam venire:ostensurosq; ciuibus suis non virtutem sibi priore bello sed fortunam defuisse Prohibitis commeatibus:obsessaq; vrbe:in summam desperationem Carthaginenses adduxerunt.Interea Cartalo Machei ducis exulis filius:cum præter castra patris a tyro:quo decimas Herculis ferre ex preda siciliensi:quam pater eius cœperat:a carthaginẽsibus missus fuerat:reuerteretur:accersitusq; a patre esset publicæ se prius religiõis officia executurum:quã priuatę pietatis respondit quam rem & si ęgre ferret pater:nõ tamen vim afferre religioni ausus est Interiectis deinde diebus Cartalo petito cõmeatu a populo:cum reuersus ad patrẽ esset:ornatusq; purpura & infulis sacerdoti omnium se oculis ingereret:Tum in secretum pater adducto ait ausus ne es nefandissimũ caput ista purpura & auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuium venire:& mœsta ac lugentia castra circunfluentibus quietę fœlicitatis insignibus velut exultabundus intrare? Nusquã ne te alijs iactare potuisti? Nullus locus aptior quam sordes patris:& exilij infœlicis erũnæ fuerunt? Quid ꝙ pauloante vocatus:non dico patrem:ducem certe ciuiũ tuorũ superbe spreuisti? Et quid porro tu in purpura ista coronisq; aliud quã victoriarũ mearum titulos geris? Quoniam igitur tu in parte nihil nisi exulis nomen agnoscis:ego quoq; imperatorem me magis quam patrem indicabo:statuamq; in te exemplũ ne quis post hęc infœlicibus miserijs patrẽ illudat:atq; ita cũ ornatu suo in altissimam crucem in conspectu vrbis affigi iussit Post paucos deinde dies Carthaginem capit:euocatoq; populo ad cõcionem exilij iniuriam queritur:belli necessitatem excusat cõtemptũq; victoriarum suarum.punitis auctoribus miserorum ciuium incuriosi exilij omnibus se veniam dare dicit. Atq; ita decem senatoribus interfectis vrbẽ legibus suis reddidit.Nec multo post tempore affectari regni accusatus:publicis & in filio parricidij & in patria pœnas dedit.Huic Mago imperator successit cuius industria & opes carthaginensium & imperij fines & bellicę gloriæ laudes creuerunt.

Cartalo.

Cartalo cruci affigitur.

Scelerũ pœnas luit Macheus.

Iustini Historici. Liber.XIX.

Mago carthaginensiũ imperator cum primus omnium ordinata disciplina militari imperium pœnorum condidisset:vi

Mago cartha.ĩpator.

resq; ciuitatis non minus bellandi arte q̃ virtute firmasset: defun gitur relictis duobus filijs Hasdrubale: & Hamilcare qui per vesti gia paternæ virtutis decurrẽtes: sicuti generi ita & magnitudinis patris successerunt. Ijs ducibus sardiniæ bellum illatum: aduersus afros quoq; vectigal pro solo vrbis multorum annorum repeten tes dimicatum: sed afrorum sicuti causa iustior: ita & fortuna supe rior fuit: bellumq; cum his solutione pecunię non armis finitum In Sardinia quoq; Hasdrubal grauiter vulneratus imperio Ha milchari fratri tradito interijt. cuius mortem tum luctus ciuitatis tum & dictaturę vndecim & triumphi quattuor insignem fecere hostibus quoq; creuere animi: veluti cũ duce pœnorum vires con cidissent. Itaq; Sicilię populis propter assiduas carthaginensium iniurias ad leonidã fratrẽ regis spartanorum concurrentibus graue bellũ natũ: in quo & diu & varia victoria pręliatũ fuit. Dum hæc aguntur legati a Dario persarũ rege Carthaginẽ veniũt: afferẽtes edictum quo pœni humanas hostias immolare: & canina carne vesci prohibebantur mortuorum corpora cremare: potius quã ter ra obruere a rege iubebantur: petẽtes simul auxilia aduersus gręcos quibus illaturus bellum Darius erat. Sed Carthaginẽses auxi lia negantes propter assidua finitimorum bella: cæteris ne per om nia contumaces viderentur: cupide paruere. Interea Hamilchar bello siciliensi interficitur: relictis tribus filijs Almicone: Annone Gisgone. Hasdrubali quoq; par numerus filiorum fuit. Hannibal: & Hasdrubal: & Sappho. Per hos res Carthaginẽsium ea tẽpesta te regebantur. Itaq; Mauris bellũ illatũ & aduersus numidas pu gnatum & afri cõpulsi stipendiũ vrbis conditę carthaginensibus remittere Dein cũ familia tanta imperatorũ grauis liberæ ciuita ti esset omniaq; agerent simul & iudicarent: centũ ex numero se natorũ iudices deliguntur: qui reuersis a bello ducibus rationem rerũ gestarum exigerent: vt hoc metu ita bllo imperia cogitarent vt domi iustitiam: legesq; respicerẽt. In Siciliam in locum Hamil charis imperator Almico succedit: qui cũ nauali terrestriq; bello secundas prælia fecisset: repente pestilentis sideris vi exercitum amisit: quę res cum nunciata Carthagini esset: mœsta ciuitas fuit: omnia vlulatibus non secus ac si ipsa vrbs capta esset: psonabant clausæ priuatæ domus clausa deorum templa: intermissa omnia sacra omnia priuata officia damnata. cuncti deinde ad portam congregantur: egrediẽtesq; paucos e nauibus: qui cladi superflue

Moritur Hasdrubal.

Darij edi ctum.

Hamilchar occiditur.

Hamilcha ri succedit almico.

Copię puni cę subita pe stilentia cõ sumptæ.

rant de suis percunctantur. Vt vero dubia antea spe: & suspenso metu: incerta orbitatis expectatione casus suorum miseris eluxit tunc toto littore plangentium gemitus: tunc infoelicium matrum vlulatus: & querelę flebiles audiebantur. Inter hæc ꝓcedit inops e naui sua imperator Amilco sordida seruiliq̄ tunica discinctus ad cuius cōspectū plangētiū agmina iungunt. Ipse quoq; manus ad cęlū tendēs: nunc sortē suā: nunc publicā fortunā deflet: nunc deos accusat qui tanta belli decora: & tot ornamenta victoriarū quę ipsi dederant abstulerint. qui captis tot vrbibus totiensq; hostibus terrestri: naualiq; prælio victis: exercitum victorē nō bello. sed peste deleuerint: deferre se tamen ciuibus suis non modica solatia: qd̄ malis eorū hostes gaudere non gloriari possent. Quippe neq; eos: qui mortui sunt a se occisos: neq; eos qui reuersi sunt a se fugatos possint dicere. prędam: quā relictis a se castris abstulerint: non esse talē: quā velut spolium victi hostis ostētent: sed quā possessione vacua fortuitis dominoꝝ mortibus sicuti caduca occupauerint. quod ad hostes pertinet victores se recessisse: qd ad pestem pertinet victos. nihil tamen se grauius ferre: quicqd inter fortissimos viros mori non potuerit: seruatusq; sit non ad vitæ iucunditatē: sed ad ludibriū calamitatis: quamq̄ vbi miseras copiarum reliquias Carthaginē reduxerit: se quoq; secutuꝝ cōmilitōes suos: ostensurūq; patrię non ideo se in eā diē vixisse: quoniā velit viuere. Sed ne hos quibus nefanda lues pepercerat intra hostiū exercitus relictos morte sua ꝑderet: tali vociferatione per vrbē ingressus: vt ad limina domus suę venit: prosecutā multitudinem velut postremo alloquio dimisit: obseratisq; foribus ac nemine ad se ne filijs quidem admissis: mortem sibi consciuit.

Consolatoria. Almiconis ad exercitū verba.

Almico moritur.

¶ Iustini Historici. Liber. XX.



Dionysius ex Sicilia pulsis carthaginensibus occupatoq; totius insulę imperio: graue ocium regno suo periculosamq; desidiam tanti exercitus ratus: copias in italiam traiecit: simul vt militum vires continuo labore acuerentur & regni fines proferrentur Prima illi militia aduersus. Græcos: qui proxima italici maris littora tenebant: fuit. Quibus deuictis finitimos quosq; aggreditur: omnesq; Gręci nominis italiam

Pria dionysij militia.

possidentes:hostes sibi destinat:quæ gentes non partem sed vniuersam ferme italiam ea tempestate occupauerant. Deniq; multę vrbes adhuc post tantam vetustatem vestigia gręci moris ostē tant Namq; Tuscorum populi:qui oram inferi maris possident:a lydia venerunt. Et Venetos quos incolas superi maris videmus: capta & expugnata Troia Antenore duce misit. Adria quoq; Illirico mari proxima:quæ & adriatico mari nomen dedit græciæ vrbs est:& Harpos:quam Diomedes exciso illo naufragio in ea loca delatus condidit:Sed & pisæ in liguribus græcos auctores habent. Et in tuscis tarquinia thessalis & spinambris. Perusini quoq; originem ab achæis ducunt Quid Cere vrbem dicam? Quid latinos populos? qui ab Aenea conditi viderentur. Item falisci:iapygij:Nolani: Abelani. nonne Chalcidiensium coloni sunt Quid tractus omnis Campaniæ Quid Brutij: Sabiniq;? Quid samnites? Quid tarentini: quos Lacedæmonia profectos:spuriosq; vocatos accepimus? Thurinorum vrbes condidisse Philoctetem ferunt:ibiq; adhuc monumentum eius visitur. Et Herculis sagittæ in Apollinis templo:quæ fatum Troiæ fuere:metapō tini quoq; in templo Mineruæ ferramenta quibus epeos a quo conditi sunt equum Troianum fabricauit:ostentant: ꝑpter quod omnis illa pars italiæ maior græcia appellatur:Sed principia originum Metapontini cum sybaritanis & crotoniensibus pellere cęteros græcos italia statuerunt Cum primum vrbem syrim cœpissent in expugnationem eius quinquaginta iuuenes amplexos Mineruæ simulacrum:sacerdotemq; deæ velatum ornamentis inter ipsa altaria trucidauerunt. ob hoc cum peste & seditionibus vexarentur: priores Crotonienses delphicum oraculum adierunt Responsum his est finem mali fore:si violatum Mineruæ:& numen: & interfectorum manes placassent. Itaq; cum statuas iuuenibus iustæ magnitudinis:& in primis Mineruæ fabricare cœpissent. Metapontini cognito oraculo deorum occupandam manū: & pacem deę rati iuuenibus modica & lapidea simulacra ponunt:& deam panificijs placant. Atq; ita pestis vtrobiq; sedata est:cum alteri magnificentia alteri vocitate certassent. Recuperata sanitate non diu Crotonienses quieuere. Itaq; indignantes in oppugnatione syris Auxiliū cōtra se a locrensibus latum bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenses ad spartanos decurrunt:auxiliū supplices deprecantur:illi longinqua militia grauati

Thusciæ a lydis exorti sed dionysius aliter.

Veneti

Adria

Harpos

Pisæ.

Perusini.

Thurinorum vrbes a quo conditæ

Italiæ pars maior græcia dicta.

Minerua & eius sacerdotis manibus placatis pestis sedata.

auxilium a Castore & Polluce petere eos iubēt. Neq; legati socię vrbis responsum spreuerunt: profectiq; in proximum templum: facto sacrificio auxilium deorum implorant: litatis hostijs obtentoq;: vt rebantur: quod petebant: haud secus læti quam si deos ipsos secum aducturi essent: puluinaria ijs in naui componunt: faustisq; profectionibus solatia suis pro auxilijs deportant. Ijs cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt: victoriæ facultatem belliq; prosperos euentus deprecantes respōsum prius votis hostes quam armis vincendos. Cū vouissēt Apollini decimas prædæ locrenses & voti hostium & responso dei cognito nonas vouerunt: tacitamq; eam rē habuere: ne votis vincerentur. Itaq; cum in aciem processissent: & crotoniēsium cētum viginti milia armatorum constituissent: Locrenses paucitatē suam circunspicientes (nam sola quindecim milia militum habebant) omissa spe victoriæ: in destinatam mortem conspirant: tantusq; ardor ex desperatione singulos cœpit: vt victores se putarēt si non inulti morerenť. Sed dum mori honeste quęrunt fœlicius vicerunt. Nec alia causa victoriæ fuit: quam quod desperauerūt. Pugnātibus locris aquila ab acie nunq̄ recessit: eosq; tam diu circunuolauit quoad vincerent. In cornibus quoq; duo iuuenes diuersos a cæteris armorum habitu: eximia magnitudine: & albis equis: & coccineis paludamentis pugnare visi sunt: nec vltra apparuerunt: quam pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ velocitas. Nam eadem die qua in italia pugnatū est: & corintho: & Athenis: & Lacedęmone nūciata est victoria. Post hæc Crotoniensibus nulla virtutis exercitio: nulla armorum cura fuit: oderant enim: quæ infœliciter sumpserant: mutassentq; vitā luxuria: ni Pythagoras philosophus fuisset: Hic sami demarato locuplete negociatore natus: magnisq; sapientiæ incrementis formatus: Aegyptum primo mox Babyloniam ad prædiscendos syderum motus: originemq; mundi spectandam profectus: summam sciētiam consecutus erat. Inde regressus Cretam & Lacedęmona ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges contenderat: quibus omnibus instructus. Crotonem venit: populumq; in luxuriam lapsum auctoritate sua ad vsum frugalitatis reuocauit. Laudabile quottidie virtutem & vicia luxuriæ contēnebat. casusq; ciuitatum hæc peste perditarū enumerabat: tantūq; studium ad frugalitatē multitudinis prouocauit: vt

Locrensiū vota.

Vincunt Locrāses.

Ignoti duo iuuenes Locrēsi sunt auxilio.

Nuncij celeritas.

Pythagoræ peregrinatio.

aliquos ex his luxuriatos in optimam frugēm conuersos fuisse in/credibile videtur. Matronarum quoq; separatam a viris doctinā & puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam: & obsequia in viros: nunc illos modestias: & littera/rum studium. Inter hæc velut genitricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat: consecutusq; assiduitate disputationum erat. vt matronæ auratas vestes: cæteraq; dignitatis suæ ornamēta ve lut instrumenta luxuriæ deponerent: eaquæ omnia delata in Iu/nonis ædem ipsi deæ consecrarent. præferens vera ornamenta matronarū pudicitiam non vestes esse: in iuuentutem quoq; quā tum ꝓfligatum sit: victi fœminarū cōtumaces animi manifestāt. Sed.ccc.ex iuuenibus cum sodalitij iure sacramēto quodam ne/xi: separatam a ciuibus cæteris vitam exercerent: quasi cœtum clā destinæ coniurationis haberent: ciuitatem in se cōuerterunt: quę eos cum in vnā domum conuenissent: cremare voluit. In quo tu/multu.lx.ferme homines petiere. cæteri in exilium ꝓfecti. Pytha goras aūt cum annos.xx. Crotone egisset: metapontum migrauit ibiq; decessit: cuius tanta admiratio fuit: vt ex domo eius tēplum facerent: eūq; pro deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus: quem supra a Sicilia exercitum in italiam traiecisse: vellumq; græcis in/tulisse memorauimus: expugnatis Locris: Crotonienses vix vires longo ocio ex prioris belli clade resumentes aggreditur: qui for/tius cum paucis cito exercitui eius quam antea cum tot milibus locrensium paucitati restiterunt: tātum virtutis paupertas aduer/sus insolentes diuitias habet: tantoq; insperata interdum sperata victoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gal lorum: qui ante menses Romā incēderunt: societatem amicitiāq; petētes adeūt: gentēq; suā inter hostes eius positā esse: magnoq; vsui ei futurum vel in acie bellanti vel de tergo intentis in prælīū hostibus affirmāt. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate & auxilijs gallorum auctus: bellum velut ex integro restaurat. Ijs autem gallis causa in italiam veniēdi: sedesq; nouas quęrendi: in/testina discordia: & assiduæ domi dissensiones fuere quarum tę/dio cum in italiam venissent sedibus Thuscos expulerunt: & Me diolanum/Cōtum/Brixiam/ Veronam/Bergomum/ Tridentum/ Vicentiam condiderunt. Thusci quoq; Duce Reto auitis sedibus amissis alpes occupauere: & nomine ducis gentem retiorum con diderunt. Sed Dionysium in Siciliam aduentus Carthaginēsium

Pythagoræ documēta

Pythago/ras metapō ti perijt.

Dionysio croto. resi stunt.

Galli seno nes.

Vrbes a gal lis cōditæ

Retus.

reuocauit:qui recuperato exercitu bellum:quod lue deseruerant auctis viribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat cuius inimicus Suniator potētissimus ea tēpestate pœnorum cū odio eius græcis literis Dyonisio aduentū exercitus:& segniciam ducis familiariter prænunciasset:comprehensis epistolis proditionis damnaē.facto senatusconsulto:ne quis postea carthaginensis, aut literis græcis:aut græco sermoni studeret:ne aut loqui cū hoste:aut scribere sine interprete posset.nec multo post Dionysius quem pauloante nō Sicilia.nō italia capiebat:assiduis belli certaminibus victus fractusq; ad postremū insidijs suorū interficitur. Hanno. Suniator. Dionysij exitus.

❡Iustini Historici.Liber.XXI.



Xtincto in Sicilia Dyonisio tyranno:in locū eius milites maximū natu ex filijs eius nomine Dyonisium suffecere & maturā ętatem eius secuti: & quod firmius futurum esset regnū: si penes vnū remansisset:quā si portionibus inter plures filios diuideretur:arbitranē. Sed Dionysius inter initia regni auunculos fratrū suorum velut æmulos imperij sui: hortatoresq; puerorū ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animū prius ad fauorem populariū conciliandum intendit:excusatius facturus quo statuerat:si probatus ante oībus foret. Igitur nexorū tria milia a carcere dimittit: tributa populo per trienniū remittit:& quibuscūq; delinimentis potest animos omniū sollicitat. Tunc ad destinatū facinus conuersus nō cognatos tm̄ fratrum:sed etiā ipsos fratres interficijt vt quibus consortium regni debebat:ne spiritus quidē consortij relinqueretur. tyrannidem in suos prius quam in externos auspicatus. Sublatis deinde ęmulis in segnitiem lapsus/saginam corporis exnimia luxuria:oculorūq; valitudinē contraxit:adeo vt non solē:non puluerem:nō deniq; splendorem ferre lucis ipsius possent. Propter quę dum contenni se putat.sæuitia grassatur: nec vt pater carcerem noxijs:sed cædibus ciuitatē replet:ob quæ non contemptior omnibus quā inuisior fuit. Itaq; cū bellū aduersus eum syracusani decreuissent diu dubitauit:an imperium deponeret:an bello resisteret:sed a militibus prędam: vrbisq; direptionem sperantibus descendere in prælium cogitur. Victus:cum iterato non fœlicius for Iunioris. Dionysij popularis ab iitio munificentia. Tyrannidē in suos Dionysius auspicatur. Dionysij seuitia.

tunam tentasset:legatos ad syracusanos:mittit:spōdens se depositurum tyrannidem:si mitterent ad eū:cū quibus de pace cōueniret. In quam rem missos primores in carcere retinet:atq; ita incautis oībus ne quicq̄ hostile metuentibus exercitū ad delēdam ciuitatem mittit:Et igitur in ipsa vrbe anceps prelium:in quo oppidanis multitudine superantibus Dionysius pellitur:qui cum obsidionem arcis timeret:cū omni regio apparatu in italiā profugit tacitus.Exul a locrensibus socijs acceptus:velut iure regnaret:arcem occupat:solitāq; sibi seuitiam exercet.Cōiuges principū ad stuprum rapi iubebat:virgines ante nuptias adducebat:stupratasq; procis reddebat.Locupletissimos quosq; aut ciuitate pellebat:aut occidi imperabat bonaq; eorum inuadebat.Dein cum rapinæ occasio deesset:vniuersam ciuitatem callido cōmento circunuenit.Cum reginorꝝ tyranni Leofronis bello locrensos prēmerētur:vouerunt:si victores forent:vt die festo veneris virgines suas prostituerēt.Quo voto intermisso:cum aduersa bella cū Lucanis gererent:in concionem eos Dionysius vocat hortatur:vt vxores filiasq; suas in templū veneris quam possint ornatissimas mittāt. Ex quibus sorte centum ductæ:voto publico fungantur: religionisq; gratia vno stent in lupinari mense.omnibus ante iuratis viris ne quis vllam attaminet: quæ res ne virginibus voto ciuitatē soluētibus fraudi esset:decretum facerent:ne qua virgo nuberet priusq̄ ille maritis traderentur.Probato consilio:& quo superstitioni & pudicitiæ virginum consulebatur:certatim omnes fœminæ impensius exornatæ in templum veneris conueniunt quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat:ornamentaq; Matronarum in predam suā vertit:Quarundā viros ditiores interficit:quasdā ad prodendas virorum pecunias torquet.Cum his artibus per annos sex regnasset:cōspiratione locorꝝ ciuitate pulsus in Siciliā redit.Ibi Syracusas securis omnibus post longam intercapedinem pacis conditionem recepit.Dum hæc in Sicilia gerūtur:interim in affrica principes Carthaginēsiū Hanno opes suas quibus rei.p.superabat vires:ad occupandam dominationē intēdit:regnumq; inuadere interfecto senatu conatus est.Cui sceleri solennem nuptiarꝝ diē filię suę legit:vt religione votorꝝ nefanda committeret:& nefanda cōmenta facilius regerentur.Itaq; plebi epulas in publicis porticibus : senatui in domo sua parat vt poculis veneno infectis secretius senatum:& sine arbitris interfice

Dionysij fuga.

Locrēsium turpe votū.

Lucrorū ciuitate pellitꝰ Dionysius.

Hānonis excogitatū scelus.

ret:orbamq; rempu.facilius inuaderet.Qua re magistratibus per ministros prodita: scelus declinatum non vindicatum est: ne in viro tam potenti plus negocij faceret res cognita quam cogitata: Contenti itaq; cohibuisse decreto modum nuptiarum sumptibus statuunt:idq; obseruari nõ ab vno sed ab vniuersis iubent: ne p. sona designata:sed vicia correpta viderentur. Hoc consilio præ uentus iterum seruitia concitat:statutaq; rursus cædium die:cum denuo se proditum videret: timens iudicium:munitum quoddã castellum cum viginti milibus seruorum armatis occupat. Ibi dũ afros:regẽq; mauritanorum cõcitat:capitur. Virgisq; cæsus effos sis oculis:& manibus:cruribusq; fractis: velut a singulis membris pœnę exigerentur:in conspectu populi occiditur:corpus verberi bus laceratum in cruce figitur.Filij quoq; cognatiq; omnes:etiam innoxij supplicio traduntur:ne quisquam aut ad imitandum faci nus:aut ad mortem vlciscendam ex tam nefaria domo superes set.Interea Dionysius syracusis receptus: cum grauior crudelior. q; in dies ciuitati esset:iterata conspiratione obsidetur.Tunc de posito imperio arcem syracusanis cum exercitu tradidit:recepto. q; priuato instrumẽto:corynthum in exilium proficiscitur. Ibi hu millima quæq; tutissima existimans:in sordidissimum vitę genus descendit. Non contentus in publico vagari sed potare:nec con spici in popinis:lupanaribusq; sed totis diebus desidere.Cum p. ditissimis quoq; de minimis rebus disceptare: pannosusq; & squa lidus incedere: risum libentius præbere quam captare: in macel lo perstare:quę emere non poterat:oculis deuorare:apud ędiles: aduersus leones iurgari: omniaq; ita facere:vt contẽnendus ma gis q̃ metuendus videretur.Nouissime se ludi magistrum profes sus:pueros i triuio docebat:vt aut adtimẽtibus semper in publico videretur:aut a non timentibus facilius contemneretur. Nam li cet tyrannicis vitijs semper abundaret: tamen simulatio hæc vi tiorũ: non naturæ erat: magisq; hæc arte: q̃ amisso regali pudore faciebat:expertus q̃ inuisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. Laborabat itaq; inuidiã p̃teritorum contemptu p̃sentiũ demere:neq; honesta sed tuta cõsilia circũspiciebat. Inter has ta men dissimulationũ artes ter insimulatus est affectatæ tyrẽnidis: nec aliter quam dum contemnitur:liberatus est inter hęc Cartha ginenses tanto successu rerum Alexandri magni exterriti: veren tes ne persico regno & Africam vellet adiungere. Mittunt ad spe

Hãno cruci affigit.

Dionysius principatu eiectus lite tas docet.

culandos eius animos Hamilcarem cognométo Rhodanum vi/rum solertia facundiaq; præter cæteros insignem. Augebant em̃ metũ & tyrus vrbs auctor originis suæ capta: & Alexandria ęmula Carthaginis in terminis affricę & ægypti cõdita: & fœlicitas re/gis: apud quem nec cupiditas: nec fortuna vllo modo terminabã tur. Igitur Hamilcar per Parmenonem aditu regis obtento ꝓfu/gisse se ad regẽ expulsum patria fingit. militemq; se expeditionis offert. Atq; ita consilijs eius exploratis in tabellis ligneis: desuper cæra vacua inducta ciuibus suis omnia perscribebat. Sed Carthaginenses post mortem regis reuersum in patriam. quasi orbem regi vendicasset: non ingrato tãtum: verumetiam & crudeli animo necauerunt.

Vbi Alexã dria sita.

Iustini Historici Liber. XXII.

Agatoclis mores & origo.



Gatocles Sicilię tyrãnus: qui magnitudini prioris Dionysij successit ad regni maiestatẽ ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus: non honestiorem pueritiam q̃ principia originis habuit. Siquidẽ forma & corporis pulchritudine egregius: diu vitam stupri patiẽtia exhibuit. Annos deinde pubertatis egressus: libidinem a viris ad fœminas trãstulit. Post hæc apud vtrũq; sexũ famosus: vitam latrocinijs mutauit. Interiecto tẽpore: cum syracusas concessisset: accitusq; in ciuitatem inter incolas esset: diu sine fide fuit: quoniam nec in fortunis quod amitteret: nec in verecũdia: quod inquinaret: habere videbatur. In summa gregariam militiã sortitus: nõ minus tũc seditiosa quam antea turpi vita in omne facinus prõptissimus erat. Nam & manu strẽnuus: & in concionibus perfacundus habebatur. Breui itaq; cẽturio ac deinceps tribunus militũ factus est. Primo bello aduersus ænnęos magna experimẽta suis syracusanis dedit. Sequenti campanorum tantã de se spẽ omnibus fecit: vt in locum mortui ducis Damasconis sufficeret. Cuius vxorẽ adulterio cognitã post mortẽ viri in matrimoniũ recepit. Nec cõtentus q; ex inope repẽte diues factus esset: Piraticã aduersus patriã exercuit. saluti ei fuit: qđ socij capti: tortiq; de illo negauerũt. bis occupare imperium syracusaꝝ voluit: bis i exilium actus est. Amurgãtinis apud quos exulabat odio syracusanoꝝ primo ꝑtor; mox dux creatur. In eo bello

Agato. ad tribunatũ ꝓmouet.

Agatocles dux creatus

& vrbem leontinorum capit: & vrbem syracusas obsidere cœpit. ad cuius auxilium Hamilchar dux pœnorum imploratus: depositis hostilibus odijs pręsidia militum mittit: Ita vno & eodem tempore syracusæ & ab hoste ciuili amore defensæ: & a ciue hostili odio impugnatę sunt. Sed Agathocles cum videret fortius defendi vrbem quam oppugnari: precibus per internuntiũ Hamilcharem exorat: vt inter se syracusanos pacis arbitria suscipiat: peculiaria in ipsum officia sui repromittẽs: qua spe impletus Hamilchar societatem cum eo metu potentiæ eius iungit: vt quantum virium Agathocli aduersus syracusanos dedisset: tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiæ recuperaret. Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur: verumetiam prætor syracusis cõstituitur. Tunc Hamilchari expositis ignibus: cæreis tactisq; in obsequia pœnorum iurat. Deinde acceptis ab eo quinq; milibus Afrorum potẽtissimos quosq; ex principibus interficit: atq; ita veluti rei.p. statum formaturus populum in theatrum ad concionem vocari iubet: contracto in gymnasio senatu: quasi quędam prius ordinaturus. Sic compositis rebus immissis militibus populum obsidet: senatum trucidat: cuius peracta cæde ex plebe locupletissimos: & promptissimos quosq; interficit. Is ita gestis militem legit: exercitum quę conscribit: quo instructu: finitimas ciuitates: nihil hostile metuentes ex improuiso aggreditur. Pœnorum quoq; socios permittente Hamilchare fœde iniurijs vexat Propter quod querelas carthaginem socij non tam de Agathocle quam de Hamilchare detulerunt: hunc vt dominum & tyrannum: illum vt proditorem arguentes: a quo infestissimo hosti fortunę sociorum interposita pactione donatę sint: cui ab initio syracusæ in pignus societatis sint traditæ: vrbs semper pœnis infesta: & de imperio siciliæ carthaginis æmula: nunc insuper ciuitates sociorum eidẽ pacis titulo traditæ sint Denunciare igitur se hæc breui ad ipsos redundatura ac propediem sensuros: quantum malum non siciliæ magis quam ipsi africæ attulerũt His quærelis senatus in Hamilcharem accenditur. Sed quoniam in imperio esset: tacita de eo suffragia tulerunt: & sententias prius quam recitarentur. in vrnam coniectas obsignari iusserunt: donec alter Hamilchar Gisgonis filius a sicilia reuerteretur. Sed hæc callida commenta pœnorum & sentẽtias inauditas mors Hymilcharis preuenit liberatusq; est fati munere: quem per iniuriam ciues inauditam damnauerant.

Cædes ab Agatocle patratæ.

Hamilchar

Prima agatoclis congressio.

Quæ res Agathocli aduersus pœnos occasionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cum Hamilchare Gisgonis filio prælij cōgressio fuit: a quo victus maiori mole recuperaturus bellum syracusas cōcessit. Sed secundi certaminis eidem fortuna quę & prioris fuit Cum igitur victores pœni syracusas obsidione cinxissent: Agathoclesq; se nec viribus parem neq; ad obsidionem ferēdam instructum videret: super hæc a socijs crudelitate eius offensis desertus esset: statuit bellum in Africam transferre: mira prorsus audacia: quibus in solo vrbis suę par non erat: eorum vrbi bellum inferret & qui sua tueri non poterat: impugnaret aliena: victusq; victoribus insultaret. Huius consilij nō minus admirabile silentium quam commentum fuit populo hoc solum professus: inuenisse si victoriæ viam. Animos illi tantum in breuem obsidionis patiētiam firmarent: vel si cui status pręsentis fortunæ displiceret: dare se ei discedendi liberam potestatem. Cum mille sexcenti discessissent: cæteros ad obsidionis necessitatem frumento & stipendio instruit. i. tantum secum talenta ad pręsentem vsum afferret: cęte ra ex hoste melius quam ex socijs paraturus. Omnes deinde seruos militaris ętatis libertate donatos sacramento adegit: eosq;: & maiorem partem ferme militum nauibus imponit: ratus ex equata vtriusq; ordinis conditione: mutuam inter eos virtutis æmulationem futurā: cæteros omnes ad tutelam patriæ relinquit. Septimo igitur imperij anno comitibus duobus adultis filijs Archagato & Heraclida nullo militum sciente quo veherent cursum in Africam dirigit. Cum omnes aut in italiam prædatum se: aut in sardiniam ituros crederent tum primo exposito in Africæ littore exercitu consilium suum omnibus aperit. Quo in loco syracusanę positę sint: ostendit quibus aliud nullum auxilium superesset: quam vt hostibus faciant.: quę ipsi paterētur: quippe aliter domi: aliter foris bella tractari Domi ea sola auxilia esse quæ patrię vires subministrent: foris hostem etiam suis viribus vinci. deficientibus socijs: & odio diuini imperij externa auxilia circūspicientibus: huc accedere quod vrbes castellaq; Africę non muris cinctę: non in mōtibus positę sint: sed i planis cāpis sine vllis munimētis iaceāt quas oēs metu excidij facile ad belli societatē perduci posse. Maius igitur Carthaginensibus ex ipsa africa quā ex sicilia exarsurū bellū; coituraq; auxilia oim aduersus vnā vrbē noie quā opibus

Agatho. nimis audacia.

Aga. hortatio ad suos.

Quomodo Africę vrbes sitę sint

ampliorẽ & quas nõ attulerit vires inde sumpturũ. Nec in repentino pœnorum metu modicũ momentũ victoriæ fore:q tanta audacia hostium perculsi trepidaturi sũt:accessura & villarum incẽdia castellorum vrbiumq; contumatium direptionem tunc ipsius carthaginis obsidionem:quibus omnibus non sibi tantũ in alios sed & alijs in se sentient patere bella. His non solum pœnos vinci:sed & siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes:cum sua vrgeantur.nusquam igitur alibi facilius bellũ:sed nec prædam vberiorem inueniri posse.Nam capta carthagine omnem Africam:Siciliamq; præmium victorum fore Gloriam certe tam honestę militię tantam in omne æuũ futuram vt determinari nullo tempore oblinionis possit. Vt dicatur eos solos mortalium esse qui bella(quæ domi ferre non poterant)ad hostes transtulerunt : vltroq; victores insecuti sint:& obsessores vrbis suę obsederint. Omnibus igitur forti ac lęto animo bellum ineundum:quo nullum aliud possit aut pręmium victoribus vberius.aut victis monimẽtum illustrius dare:His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti visio ꝙ nauigantibus eis sol defecerat.Cuius rei rationẽ nõ minore cura rex quam belli reddebat:affirmans si prius quam proficiscerentur factum esset:credi aduersum profecturos prodigium esse: nunc ꝙ egressis acciderit.illis ad quos eatur : portendere: Porro defectus naturalium siderum : semper præsentem rerum statum mutare:certũq; esse florentibus carthaginensium opibus aduersisq; rebus suis commutationem significari. Sic consolatis militibus vniuersas naues cõsentiente exercitu incendi iubet.vt omnes scirent auxilio fugę ablato:aut vindicandum aut moriendum esse. Deinde cũ omnia quacũq; ingrederetur prosternerent villas castellaq; incenderent obuius his fuit.cũ xxx.milibus pœnorũ Hãno dux pręlio cõmisso duo de siculis tria milia de pœnis cũ ipso duce cecidere Hac victoria & siculorum animi erigũtur & pœnorum franguntur. Agathocles victis hostibus:vrbes castellaq; expugnat:prędas ingentes:agit hostiũ multa milia trucidat : castra deinde in quinto lapide a carthagine statuit:vt damna carissimarũ rerũ vastitatẽq; agrorum: & incendia villarũ de muris ipsius vrbis specularẽtur. Interea ingens tota africa delet pœnorum exercitus fama:occupatarũq; vrbiũ diuulgat.stupor itaq; omnis & admiratio incessit. vnde tãto imperio tam subitũ bellũ pręsertim

Defectus solis.

Pœni ab agathocle ꝑlio vincunt.

Defectio a- frorum ad Agathoclẽ,

ab hoste iam victo/admiratio deinde paulatim in cõtemptu pœ norũ vertitur. Nec multo post non africa tantũ verumetiã vrbes nobilissimæ nouitatẽ secutæ ad Agathoclem defecere: frumen toq; & stipendio victorem extruere. his pœnoꝝ malis/etiam de letus in sicilia cum imperatore exercitus: velut quidã ærũnarum cumulus accessit. Nam post profectionem a sicilia Agathoclis in obsidione siracusarum pœni seniores redditi: ab Antandro fra- tre regis Agathoclis occisione cæsi nunciabantur. Itaq; cũ domi forisq; eadem fortuna carthaginensium esset. iam non tributarię tantũ ab his vrbes verumetiã socij reges deficiebant. amicitiarũ iura nõ fide: sed successu proderantes. Erat inter cęteros rex cy-

Ophellas

renarum Ophellas: qui spe improba regnum totius africæ am- plexus: societatem cũ Agathocle per legatos iunxerat: pactusq; cum eo fuerat: vt siciliæ illi: sibi africæ imperium victis carthagi- nensibus cederet. Itaq; cũ ad belli societatẽ cum ingenti exercitu ipse venisset: Agathocles blando alloquio: & humili adulatione cum sępius simul cœnassent adoptatus: quia filius eius ab Offela esset: incautum eum interfecit: occupatoq; exercitu eius: iterato

Noua athe- niẽsiũ cedes

carthaginenses omnibus viribus bellũ struentes: magno vtriusq; exercitus sanguine graui prælio superat. hoc certaminis discrimi ne tãta desperatio illata pœnis est: vt nisi in exercitu Agathoclis

Bomilchar cruci affigit.

orta seditio esset: transiturus ad eum Bomilchar dux pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro a pœnis pa tibulo suffixus est: vt idem locum monumentum suppliciorum eius esset: qui ornamẽtum ante fuerat honorum. Sed Bomilchar magno animo crudelitatem ciuiũ tulit. adeo vt de summa cruce; veluti de tribunali in pœnorum scelera concionaretur: obiectans illis nunc Hannonem falsa affectati regni inuidia circunuentum nunc Gisgonis innocentis exiliũ: nunc in Hamilcharem patruũ suũ tacita suffragia: q̃ Agathoclem sociũ illis facere quã hostem maluerint. Hęc cum in maxima populi cõcione vociferatus esset expirauit. Interea Agathocles profligatis in africa rebus. tradito Archagatho filio exercitu in siciliã recurrit. Nihil actum in Afri- ca existimans: si amplius Siracusę obsiderẽtur. Nã post occisum

Agatho. to- tius siciliæ i- perium oc- cupat.

Hamilcharem Gisgonis filiũ: nouus eo a pœnis missus exercitus fuerat. Statim igitur primo aduentu eius omnes siciliæ vrbes auditis rebus: quas in africa gesserat: certatim se ei tradunt: atq; ita pulsis e sicilia pœnis: totius insulæ imperium occupauit. In

africam deinde reuersus: seditione militum excipitur. Nam stipē diorum solutio in aduentum patris dilata a filio fuerat. Igitur ad concionem vocatos blandis verbis permulsit: stipēdias illis non a se flagitanda esse sed ab hoste quęrenda. communem victoriā: communē prędam futurā. Paululum modo anniterētur dum belli reliquiæ peraguntur: cum sciant carthaginem captam spes omnium expleturam. Sedato militari tumultu interiectis diebus ad castra hostium exercitum ducit: ibi inconsultius pręlium committendo maiorem partem exercitus perdidit. Cum itaq; in castra fugisset: versamq; in se inuidiam temere cōmissi belli videret: pristinamq; offēsam nō depensi stipendij metueret: concubina nocte solus a castris cum Archagato filio profugit. qd ybi milites cognouere haud secus quā si ab hoste capti essent: trepidauere. Bis se a rege suo in medijs hostibus relictos esse ꝓclamantes salutēq; suam desertā ab eo esse: quoꝝ ne sepultura quidem relinquenda fuerat. cum perse qui regem vellent: a numidis excepti: in castra reuertunt: cōpręhenso tamen archagato: qui a patre noctis errore discesserat. Agathocles autē nauibus quibus fuerat a sicilia regressus: cum custodibus earundē syracusas defertur. Exemplum flagitij singulare. Rex exercitus sui desertor: filiorūq; pater proditor. Interim in africa post fugam regis milites pactione cū hostibus facta: interfectis agathoclis filijs: carthaginensibus se tradidere. Archagatus cū occideret ab Arcesilao amico Antipatri rogauit eum quidnam liberis eius facturum Agathoclem putet: per quem ipse liberis careat. Tunc respondit: satis habere se ꝙ superstites eos esse Agathoclis liberis sciat post hęc pœni ad persequēdas belli reliquias duces in siciliam miserunt cum quibus Agathocles pacem ęquis conditionibus fecit.

Agathoclis fuga.

Archagati exitus.

¶ Iustini Historici. Liber XXIII.



AGathocles Rex Sicilię pacificatus cū carthaginensibus patrem ciuitatum a se fiducia virium diffidētem armis subegit. Deinde quasi angustis insulæ terminis clauderetur: cuius imperij patrem primis incrementis ne sperauerat quidē: in italiā transcendit: exēplum Dionysij secutus: qui multas ciuitates italiæ subegerat. Primi igitur hostes illi brutij fuere qui & fortissimi & opulentissimi videbant: simul & ad iniurias vicinoꝝ prōpti

Nam multas ciuitates græci nominis italiæ expulerant. Aucto, res quoq; suos Lucanos bello vicerant:& pacem cum his equis legibus fecerant: Tanta feritas animorum erat vt nec origini suæ parcerent. Namq; Lucani iisdem legibus liberos suos: quibus & spartani instituere soliti erant Quippe ab initio pubertatis / in sil uis inter pastores habebantur sine ministerio seruili: sine veste quam induerent: vel cui incubarent: vt a primis annis duriciæ parsimoniæq; sine vllo vsu vrbis assuescerent. Cibus his præda venatica: potus mellis & lactis & fontium liquor erat. Sic ad la bores bellicos indurabant. Horum igitur ex numero .l. primo ex agris finitimorum prędari soliti: confluente deinde multitudine sollicitati præda cum plures facti infestas regiones redde, bant. Itaq; fatigatus querelis socioꝝ Dionysius siciliæ tyrannus: sexcentos afros ad cōpescendos eos miserat: quoꝝ castellū pro, ditū sibi per Brutiam mulierē expugnarūt: ibiq; ciuitatem concur rentibus ad opinionē nouę vrbis pastoribus: statuerūt: brutiosq; se ex nomine mulieris vocauerunt. Primū illis cū Lucanis origi, nis suę auctoribus bellū fuit. Qua victoria erecti cū pacem æquo iure fecissent: cęteros finitimos armis subegerunt: tantasq; opes in breui consecuti sunt: vt perniciosi etiam regibus haberent. de, niq; Alexāder rex epiri cum in auxilium gręcarum ciuitatū cum magno exercitu in italiam venisset cū omnibus copijs ab his de letus est Quare feritas eorum successu fœlicitatis incensa: diu ter ribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles spe ampliandi regni: a Sicilia in Italiam traiecit. Principio aduentus opinionis eius concussi: legatos ad eum: societatem amicitiamq; petētes: miserunt. Quos agathocles ad cœnam inuitatos ne exer citum traijci viderent: imposterum statuta his die consensis naui bus frustratus est. Sed fraudis haud lętus euentus fuit. Siquidem reuerti eum in Siciliā interiectis paucis diebus vis morbi coegit: quo toto corpore compræhensus per omnes neruos articulosq; humore pestifere grassante velut intestino singulorum mem, brorū bello impugnabatur. Ex qua desperatione bellum inter fi, lium nepotēq; ortum eius regnū iam quasi mortui vindicātibus occiso filio regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles cum morbi cura & ægritudo grauiores essent: & inter se alterum alte, rius malo cresceret: desperatis rebus vxorem suam Theogenam genitosq; ex ea duos paruulos cum omni pecunia & familia rega

Lucanorū ritus.

Brutij vnde dicti.

Agathocles morbo labo rat.

Theogena.

liq; instrumento: quo preter illum nemo regũ ditior fuit: nauibus impositos ęgyptum: vnde vxorem acceperat: remittit: timens ne prędonem regni sui hostem paterentur: q̃q̃ vxor diu ne ab ægro diuelleretur: deprecata est: ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset: & tam cruẽte hęc deseruisse virum: quam ille impugnasse auum videretur: nubendo se nõ prospere tantum: sed omnis fortunæ iniisse societatem: nec inuitam periculo spiritus sui emptura m: vt extremos viri spiritus exciperet: & exequiarum officium i quod profecta se nemo sit successurus obsequio debitæ pietatis implere. Discedẽtes paruuli flebili vlulatu amplexi patrem tenebant Ex altera parte vxor maritum non amplius visura oculis fatigabat. Nec minus senis lachrymæ miserabiles erant. Flebãt ij morientem patrem: ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinẽ patris senis ægri: ille i spem regni susceptos relinqui i egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assistentium fletibus tam crudelis dissidij impleta resonabat. Tandem lachrymis finem necessitas profectionis imposuit: & mors regis proficiscentes filios secuta est. Dum hęc aguntur carthaginenses cognitis quæ in sicilia agebantur: occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes magnis viribus eo traijciunt: multasq; ciuitates subigunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus romanos bellum gerebat: qui imploratus a siculis in auxilium sicuti dictum est: cum syracusas venisset: Rex siciliæ sicut epiri appellatur. Quarum rerum fœlicitate lætatus Heleno filio Siciliam velut auitum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autem italiæ regnum destinat. Post hæc multa secunda prælia cum carthaginensibus facit. Interiecto tempore legati ab italicis socijs venere: nunciantes romanis resisti non posse: deditionemq; futuram: nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo: incertusq; quid ageret: vel quibus primum subueniret: in vtrũq; pronus consultabat. Quippe instantibus hinc carthaginensibus: inde Romanis periculosum videbatur exercitum in italiam non traijcere: periculosius a sicilia deducere. ne aut illi non lata ope: aut ij deserti amitterentur. In hoc æstu periculorum tutissimus potius consiliorum visus est: omnibus viribus decernere in sicilia: & profligatis Carthaginensibus victorem exercitum transponere in Italiam: Itaq; conserto prælio cum superior fuisset: quoniam tamen a Sicilia abiret: & pro victo fugere visus est: ac propterea socij ab eo defe-

Miserabilis digressus.

Agathoclis exitus.

Pyrrh' rex siciię vt epiri appellatus.

Varius pyrrhi aĩmus.

Pyrrhi i epirũ reditus.

cerunt. & imperium sicilię tam cito amisit q̃ facile quæsierat. Sed nec in italia meliore fœlicitate vsus: in epirum reuertitur. Admirabilis vtriusq; rei casus in exemplum fuit. Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra vota fluentibus. italiæ siciliæq; imperium: & tot de Romanis victorias attraxerat: ita nũc aduersa velut in ostẽtationem fragilitatis humanæ destruens quæ cumulauerat: Siciliensi ruinæ naufragium maris: fœdam aduersus Romanos pugnam: turpemq; ab italia discessum adiecit. Post profectionem a sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creatur: cuius tanta moderatio fuit: vt cõsentiente omnium ciuitatum fauore dux aduersus Carthaginenses primum mox rex crearetur. Huius futuræ maiestatis ipsa infantilis educatio: quasi pręnũcia fuit. Quippe genitus erat patre hieroclyto nobili viro: cuius origo a Gelo antiquo sicilię tyrãno manabat: sed maternum illi genus sordidũ: atq; admodum pudibundum fuit. Nam ex ancilla natus: ac propterea a patre velut dehonestamentum generis expositus fuerat. Sed paruulum: & humanę opis indigentem apes congesto circa iacentem melle multis diebus aluere. Ob quam rem responso haruspicum admonitus pater/qui regnum infanti portendi canebant: paruulum recollegit: omniq; studio ad spem maiestatis: quæ promittebatᷣ: instituit. Eidem in ludo inter coęquales discenti: lupus tabulam in turba puerorum repente cõspectus eripuit: adolescenti quoq; prima bella ineunti aquila in clipeo: noctua in hasta: consedit. Quod ostentum & in consilio cautum & manu promptum regemq; futurum significabat. Deniq; aduersus ꝓuocatores sępe pugnauit: semperq; victoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est: pulchritudo corporis insignis: vires quoq; i homine admirabiles fuere: In alloquio blandus: in negocio iustus: in imperio moderatus erat: prorsus vt nihil ei regium deesse videretur pręter regnum.

Hiero rex creatur.

Hieronis origo.

Hiero ab apibus melle educatus

Prodigia i hierone.

¶Iustini Historici Liber. XXIIII.

CVm hęc in sicilia geruntᷣ: interim in græcia dissidẽtibus inter se bello Ptolomęo Ceraunico & Antiocho & Antigono regibus: oẽs fermę gręcię ciuitates ducibus spartanis velut occasione data ad spẽ libertatis erectę missis inuicem legatis per quos in societatis fœdera alligarentur in

regno
bellum prorumpunt:& ne cũ Antigono:sub cuius bello erãt: bellum cœpisse viderentur:socios eius ętolos aggrediunt:causas belli prendentes:quod consensu gręcię sacratum Apollini cirręũ cãpum p vim occupassent.Huic bello ducem eligũt Aran:qui adunato exercitu:vrbes sataq; in his campis posita depopulatur:quę auferri non poterant:incendit. Quod cum e montibus conspicati ętolorum pastores essent congregati admodũ quingenti:sparsos hostes ignorantes quanta manus esset:quoniam conspectum illis murus & incendiorum fumus abstulerat:consectantur. trucidatisq; admodum nouem milibus:prædones in fugam verterunt Reparantibus deinde spartanis bellum:auxilium multę ciuitates negauerunt:existimantes dominationem eos græcię non libertatem quercre interea inter reges bellum finitur. Nam Ptolomęus pulso Antigono cũ regnum totius macedoniæ occupasset: pacẽ cum Antiocho facit.affinitatemq; cũ Pyrrho data ei in matrimonium filia sua iungit.Exinde externo metu deposito impiũ & facinorosum animũ ad domestica scelera conuertit:insidiasq; Arsinoe sororis suæ instruit: quibus & filios eius vita & ipsam Cassandrię vrbis possessione priuaret.Primus ei dolus fuit simulato amore sororis in matrimoniũ petere. Aliter enim ad sororis filios:quorum regnũ occupauerat: q̃ concordiæ fraude peruenire nõ poterat.Sed nota scelerata Ptolomęi voluntas sorori erat.Itaq; nõ credenti mandat velle secum filijs eius regni cõsortium iũgere: cum quibus non ideo se armis contẽdisse quoniam eripere his regnũ sed quod id facere sui muneris vellet:in hoc mitteret arbitrum iurisiurandi:quo præsenti apud deos patrios quibus vellet obsecrationibus:se obligaret.Incerta Arsinoe quid ageret:si mitteret decipi periurio:si non mitteret ꝓuocare rabiem fraternę crudelitatis timebat.Itaq; plus liberis quam sibi timens:quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur. mittit ex amicis suis Dionẽ quo perducto in sanctissimum iouis templũ veterrimæ Macedonum religionis Ptolomęus sumptis in manibus altaribus. contingens ipsa simulacra & puluinaria deorũ: inauditis vltimusq; execrationibus:adiurat se sincera fide matrimonium sororis petere:nuncupaturumq; se eam reginã:neq; in contumeliã eius se aliã vxorem alliosue q̃ filios eius liberos habiturũ.Arsinoe postq̃ & spe impleta est:& metu soluta ipsa cum fratre colloquit cuius vultus & blandientes oculi cum fidem non minorem q̃ iusiurãdũ ꝓmitterẽt

Cirręus cãpus.
Aras belli dux eligit.
Arsinoe Ptolomęi soror.
Ptolomęi scelus.
Dion.

Nuptiæ Ptolo. & sororis celebantur.

reclamante Ptolomęo filio fraudem subesse in matrimonium fratris consensit. Nuptiæ magno apparatu lętitiaq; omniũ celebrantur. Ad cõcionem quoq; vocato exercitu: capiti sororis diadęma imponit: reginamq; eam appellat. Quo nomine in lętitiam effusa Arsinoe: quia (quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat) receptisset: vltro virum ĩ vrbem suam Cassandriam inuitat: cuius vrbis cupiditate fraus struebatur. Pręgressa igitur virum diem festũ vrbi in aduentum eius indicit domos: templa cęteraq; omnia exornari iubet: aras vbiq; hostiasq; disponi: filios quoq; suos Lysimachum sedecim annos natũ: Philippum triẽnio minorẽ vtrũq; forma insignem: coronatos occurrere iubet. Quos Ptolomęus ad cę andam fraudem cupide & vltra modum verę affectionis amplexus: osculis diu fatigat. Vbi ad portam ventum est: occupari

Lysimach[9] & Philippus trucidãtur.

arcem iubet: pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent in gremio eius inter ipsa oscula trucidantur. Proclamante Arsinoe: quod tantum nefas aut nubendo: aut post nuptias contraxisset: pro filiis se sæpe percussoribus obtulit. Frequẽter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit: vulneraq; excipere: quæ

Arsinoe exulat.

liberis intendebantur: voluit. Ad postremum spoliata etiam funeribus filiorum: scissa veste: & crinibus sparsis cum duobus seruulis ex vrbe protracta: samothraciam in exilium abiit: eo miserior ꝙ mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolomęo inulta scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot periuria: & tam cruen-

Gallorũ in Italia accessus.

Roma incẽditur.

ta parricidio vindicantibus: breui post a gallis spoliatus a regno: captusq; vitam ferro: vt meruerat: amisit. Namq; galli abundanti multitudine cum eos non caperent: terræ: quę genuerant: trecẽta milia hominum ad sedes nouas quærendas: velut peregrinatum miserunt. Ex iis portio in italia consedit: quæ & vrbem romã captam incendi: & portio illyricos sinus ducibus auibus (nam augurãdi studio galli præter cæteros callent) per strages barbarorum penetrauit: & in pannonia consedit: gens aspera: audax: bellicosa: quæ prima post Herculem cui ea res virtutis admirationẽ: & immortalitatis fidem dedit: alpium inuicta iuga: & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis pannoniis per multos annos cũ

Galli bello clari.

Gallici nõis terror.

finitimis varia bella gesserunt. Hortante deinde successu: diuisis agminibus: alii græciam: alii macedoniam omnia ferro proterentes petiuere: tantusq; terror gallici nominis erat: vt etiam reges non lacessiti: vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Solus rex

macedoniæ Ptolomæus aduentum gallorum intrepidus audiuit:iisq; cum paucis:& incompositis quasi bella non difficilius q̃ scelera patrarentur:parricidiorum furijs agitatus:occurrit. Dardanorum quoq; legationem viginti milia armatorum in auxilium offerentẽ spreuit:addita insuper contumelia actũ de macedonia dicens.si cũ totũ orientem soli domuerint:nunc in vindictam ciuium dardanis egeant milites se habere filios eorum qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum victores fecerint:quæ vbi Dardano rege nunciata sunt:inclytum illud macedoniæ regnum breui immaturi iuuenis temeritate casurũ dixit. Igit Galli duce belgio ad tentandos macedonum animos legatos ad Ptolomęũ mittunt:offerentes pacem si emere velit. Sed Ptolomæus inter suos belli metu pacem gallos petere gloriatus est nec minus ferociter se legatis quam inter amicos iactauit. Aliter se pacem daturum negando:nisi principes suos obsides dederint & arma tradiderint:non enim fidem se nisi intermibus habiturum. Renũciata legatione risere galli:vndiq; acclamantes breui sensurum sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus prælium conseritur. Victi macedones cæduntur. Ptolomæus multis vulneribus saucius capitur.caput eius amputatur:& lancea fixũ tota acie ad terrorẽ hostiũ circũfertur. Paucos ex macedonibus fuga seruauit:cæteri aut capti aut occisi. Hæc cum nunciata per omnem macedoniam essent:portæ vrbium clauduntur luctu oĩa replentur:nũc orbitatem amissorũ filiorum dolebant:nunc excidia vrbium metuebant:nunc Alexandri Philippi quæ regum suorum nomina sicuti numina in auxilium vocabant. Sub illis se non solum tutos:verumetiam victores orbis terrarũ extitisse Vt tuerentur patriam suam quam gloria rerum gestarum cælo proximam reddidissent:vt opem afflictis ferrent quos furor & temeritas Ptolomæi regis perdiderat:orabant. Desperantibus oĩbus non votis agẽdum Sosthenes vnus de macedonum principibus ratus contracta iuuentute:& gallos exultantes victoria compescuit:& macedoniam ab hostili depopulatione defendit:ob quæ virtutis beneficia multis nobilibus regnum macedonię affectantibus:ignobilis ipse p̃ponit:& cũ rex ab exercitu appellatus esset ipse non in regis sed in ducis nomen iurare milites coegit. Interea Brennus:quo duce portio gallorum in græciam se effuderat:audita victoria suorum:qui Belgio duce macedones vicerãt

Belgius.

Ptolomæi interitus.

Sosthenes.

dignatus parta victoria optimã prędam & orientis spolijs onu-
stam tam facile relictam esse:adunatis.cl.milibus peditũ &.xv.
milibus equitum in macedoniã irrumpit.Cum agros villasq; po-
Brennus in Macedoniã irrumpit.
pularentur:occurit ei cũ instructo exercitu macedonum Sosthe
nes:sed pauci a pluribus:trepidi a valentibus facile vincuntur.
Itaq; cum victi se macedones intra muros vrbium condidissent:
Brẽnus deorũ spretor.
victor Brennus nemine prohibente totius macedoniæ agros de
prędatur.Inde quasi spolia sorderent:animũ ad deorum immor
talium templa cõuertit:scuriliter iocatus:locupletes deos largiri
hominibus oportere.Statim igitur delphos interuertit prædam
religionis aurum offensę deorum immortaliũ præferens quos nul-
lis opibus egere:vt qui eas largiri hominibus soleant:affirmabat
Vbi delphici Apollinis tẽplũ situm sit.
Templum autẽ Apollinis delphis positũ est in monte parnaso in
rupe vndiq; impendente:ibi ciuitatem frequentia hominũ facit.
Qui ad affirmationem maiestati vndiq; cõcurrentes:in eo saxo
consedere.Atq; ita templum ciuitatemq; nõ muri:sed præcipitia
nec manu facta:sed naturalia pſidia defendunt.Prorsus vt incer
tum sit munimentum loci:an maiestas dei plus hic admirationis
habeat.Media saxi rupes in formã theatri recessit.Quã ob rem
& hominũ clamor:& si quando accidit tubarum sonus personan
tibus:& resonantibus inter se rupibus:& multiplex audiri:am-
pliorq; quam editur resonare solet.Quę res maiorem maiestatis
Delphicum antrum.
terrorem ignaris rei:& admirationem stupentibus plęrũq; affert
In hoc rupis anfractu media ferme montis altitudine planities
exigua est,atq; in ea profundum terrę foramen:quod in oracula
patet.Ex quo frigidus spiritus in quodam velut vẽto in sublime
expulsus:mentes vatum in vecordiam vertit:impletasq; deo re-
sponsa consulentibus dare coegit.Multa igitur ibi:& opulenta re
gum populorumq; visuntur munera:quæq; magnificẽtia sui re-
dentium vota gratam voluntatem:& deorum respõsa manifestant
Euridanus. Thessalonus.
Igitur Brennus cum in conspectu haberet templum:diu delibe-
rauit an confestim rem aggrederetur:an vero fessis via militibus:
noctis spatium ad resumendas vires daret.Euridanus & Thes-
salonus duces qui se ad præde societatem iunxerant:amputari
moras iubẽt:dum imparati hostes & recens aduentus sui terrori
esset.Interiecta nocte & animos hostibus forsitan:& auxilia ac-
cessura:& vias quę tunc pateant obstructum iri.Sed gallorũ vul-
gus ex longa inopia vbi primũ vino:cæterisq; commeatibus re-

ferta rura inuenit:non minus abundantia:quam victoria lętũ per agros se sparserat:desertisq; signis ad occupanda omnia ꝑ victo ribus vagabantur:quę res dilationem delphis dedit. Prima nam q; opinione aduentus gallorum prohibiti:agrestes a gręcis oracu lis feruntur messes vinaq; villis efferre: cuius rei salutare pręceptũ non prius intellectum est:quam vini cæterarumq; copiarum abũ dantia:velut mora gallis abiecta auxilia finitimorum conuenere. Prius itaq; vrbem suam Delphi aucti viribus sociorum ꝑmuniue re quam galli vino velut prędę incubantes ad signa reuocarẽtur. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum.lxv.milia del phoꝝ sociorumq; non nisi.iiij.milia militum erant:quoꝝ cõtem- ptu Brennus ad acuendos suorum animos prędę vbertatem om nibus ostendebat:statuasq; cum quadrigis:quarum ingens copia procul visebatur:solido auro fusas esse. Plusq; impondere q̃ i spe- cie habere p̃dę affirmabat. Hac asseueratione incitati galli: simul & hesterno mero saucij sine respectu periculorum in bellum rue- bãt: Contra delphi plus in deo q̃ in viribus spem ponẽtes cum cõ tẽptu hostiũ resistebant:scandentesq; gallos e summo montis ver tice partim saxis partim armis obruebãt. In hoc partium certami ne repente vniuersorum templorum antistites: simul & ipsi vates sparsis crinibus cum insignibus atq; infulis pauidi vecordesve in primam Pugnantiũ aciem procurrunt:aduenisse deum clamant: eumq; se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fa- stigia. Dũ omnes opem dei suppliciter iplorant: iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis: comitesq; ei duas ar matas virgines ex propinquis duabus dianæ mineruæq; ędibus occurrisse:nec oculis tantum hæc se perspexisse:audisse etiam stri dorem arcus ac strepitum armorum. Proinde ne cunctarenẽ dijs ante signatis hostem cædere:& victoriæ deoꝝ socios se adiunge re summis obsecrationibus monebant: qbus vocibus incensi om nes certatim in prælium prosiliunt. Præsentiam dei & ipsi statim sensere. Nam & terrę motu portio montis abrupta gallorum stra- uit exercitum & confertissimi cunei non sine vulneribus hostium dissipati ruebant. Insecuta deinde tempestas est:quę grandine & fulgurę saucios ex vulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cum dolorem vulnerum ferre non posset.pugione vitam finiuit. Alter ex ducibus punitis belli auctoribus cum decem milibus sociorũ citato agmine a græcia excedit. Sed nec fortuna fugientibus cõ-

Brẽni copię

Delphis ad uersus Gallos dij auxilianẽ.

Galli ꝓst. nunẽ. Brẽni interi tus.

modior fuit. Siquidem pauidis nulla sub tectis acta nox: nullus si ne labore & periculo dies: assidui imbres: & gelu: nix concreta: & fames: & lassitudo: & super hęc maximum peruigilię malum mise ras infœlicis belli reliquias obterebant. Gentes quoq; nationesq; per quas iter habebant: pallantes velut prædam sectabātur. Quo pacto euenit. vt nemo ex tanto exercitu: qui pauloante fiducia vi rium etiam deos contemnebāt. velut ad memoriam tantæ cladis superesset.

¶Iustini Historici. Liber. XXV.



Nter duos reges Antigonum: & Antiochū sta tuta pace: cum in macedoniam Antigonus re uerteretur: nouus eidem repēte hostis exortus est. Quippe galli qui a Brēno duce cum in grę ciam proficiscerentur ad terminos gentis tenē dos relicti fuerant: ne soli desides viderent̄: pe ditum. xv. milia: equitum tria milia armauerāt: fugatis getarum tribalorumq; copijs macedo niæ imminentes legatos ad regem miserunt. qui pacem venalem offerrent: simul & regis castra specularentur: quos Antigonus ꝓ regali munificentia ingenti apparatu epularum ad cœnam inui tauit Sed galli expositum grande auri argentiq; pondus admirā tes: atq; prędę vbertate sollicitati infestiores quā venerant: reuer tuntur. quibus elephantes ad terrorem velut inusitatas barbaris formas rex ostēdi iusserat: naues onustas copijs demonstrari igna rus ꝙ quibus ostentatione virium metum se inijcere existimabat: eorum animos vt ad opimam prędam sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi: omnia in maius extollentes: opes pariter: & negligē tiam regis ostendunt: referta auro & argēto castra esse: & neq; val lo fossa ve munita: & quasi satis munimenti in diuitijs haberēt: ita eos omnia officia militaria intermisisse. prorsus quasi ferri auxilio non indigerent. quoniam abundarent auro. Hac relatione auidę gentis animi satis ad pædam incitabātur. Accedebat tum exem plum Belgi: qui non magno ante tempore macedonum exerci tum cum rege trucidauerat. Itaq; consentiētibus omnibus nocte castra regis aggrediuntur. qui præsentientes tantam tempestatē signum pridie dederant: vt omnibus rebus ablatis in proximam siluam taciti se occultarent. Neq; aliter seruata castra quam de

Antigoni munificētia

Galli in Antigoni castra irrūpunt.

ſerta ſunt:ſiquidem galli vbi omnia vacantia nec ſine defenſori-
bus.modo verumetiam ſine cuſtodibus vident:non fugam ho-
ſtium ſed dolum arbitrantes diu intrare portas timuerunt. Ad
poſtremum integris & intactis munimentis ſcrutantes potius q̈
diripientes caſtra occupauerunt. Tunc ablatis quæ inuenerant
ad littus conuertuntur.Ibi dum naues incautius diripiunt a remi
gibus & ab exercitus parte quæ eo cum coniugibus & liberis cō-
fugerant:nihil tale metuentes trucidentur tantaq; cædes gallo- Galli ꝓſter
rum fuit:vt Antigono pacem huius victoriæ opinio non gallis nuntur.
tantumverumetiam a finitimorum feritate præſtiterit:q̄q̄ galloꝝ
ea tempeſtate tantæ fœcunditatis iuuentus fuit vt aſiam omnem
velut examine aliquo implerent Deniq; neq; reges orientis ſine
mercennario gallorum exercitu vlla bella geſſerint neq; pulſi re- Gallici nois
gno ad alios q̄ ad gallos confugerint.Tantus terror gallici nomi terror.
nis ſiue armorum inuicta fœlicitas erat:vt aliter neq; maieſtatem
ſuam tutam:neq; amiſſam recuperare ſe poſſe ſine gallica virtu-
te arbitrarentur.Itaq; in auxilium a bithynie rege inuocati:regnū
cum eo parta victoria diuiſerunt:eam quæ regionem gallo græ-
ciam cognominauerunt Dum hæc in aſia geruntur interim in
ſicilia Pyrrhus a pœnis nauali prælio victus ab Antigono Mace
doniæ rege ſupplementum militum per legatos petit.denunci- Gallo græ-
ans ni mittat redire ſe in regnum neceſſe habere incrementa re- cia.
rum quæ de romanis voluerit de ipſo quæſiturum.Quod vbi ne Pyrrhus a
gatum legati rettulerunt diſſimulatis cauſis repentinam fingit pœnis vi-
profectionem.Socios interim parare bellum iubet:& arcis taren ctus.
tinæ cuſtodiam Heleno filio & amico Miloni tradit.Reuerſus in
Epirum ſtatim fines macedoniç inuadit:cui Antigonus cum ex Pyrrhi ex
ercitu occurrit:victuſq; prælio in fugam vertit. Atq; ita Pyrrhus italia exceſ
macedoniam in deditionem accepit:& veluti dāna amiſſe ſiciliç ſus.
italiçq; acquiſito macedonie regno penſaſſet:relictū Tarēti filiū
& amicum accerſit. Antigonus aūt cu paucis equitibus fuge co-
mitibus repente fortunç ornamentis deſtitutus: amiſſi regni ſpe
culaturus euentus theſſalonicam ſe recepit:vt inde cum cōducta
galloꝝ mercennaria manu bellū repararet.Ruſus a Ptolomæo
Pyrrhi filio funditus victus:cum ſeptem comitibus fugiens non
recuperandi regni ſpem:ſed ſalutis latebras ac fuge ſolitudines Antigonus
captat Igitur Pyrrhus in tanto faſtigio regni collocatus:iam nec rurſus ſup
eo ad quod votis perueniendum fuerat contentus græciæ aſiçq; ratur.

regna meditatur.neq; illi maior ex imperio quam ex bello volup tas erat: nec quisq̄ Pyrrhum qua tulisset impetũ:sustinere valuit Sed vt ad deuincenda regna inuictus habebatur ita deuictis ac quisitisq; celeriter carebat: tanto melius studebat acquirere imperia quam retinere. Itaq; cum copias Cherroneso trãsposuisset legatiõibus Atheniensiũ & Achiuorꝝ messeniorumq; excipitur Sed & grecia omnis admirationem nominis eius simul & rerum aduersus romanos pœnosq; gestarum attoniti aduentũ eius spectabant. Primum illi bellum aduersus spartanos fuit: vbi maiore mulierum quam virorum virtute excipitur. tunc Ptolomæum filium & exercitus partem robustissimam misit: quippe oppugnanti vrbem ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit: vt non fortius victus quam verecundus recederet. Porro Ptolomæum filium eius adeo strennuum & manu fortem fuisse tradunt vt vrbem Corcyram cum sexagesimo cœperit. idem prelio nauali triremen ex scapha cum septimo insuluerit: captãq; tenuerit. In oppugnatione quoq; spartanorum vsq; in mediam vrbem cum equo procurrerit: ibiq; concursu multitudinis interfectus sit: cuius corpus vt relatum patri est: dixisse Pyrrhum ferunt: aliquãto tardius eum quam timuerit ipse vel temeritas eius meruerit occisum esse. Repulsus a Spartanis Pyrrhus argos petit ibi dum Antigonũ in vrbe clausum expugnare cogitur inter cõfertissimos violentissime dimicans: saxo de muris iactato occiditur. caput eius Antigono refertur: qui victoria mitius vsus filium eius Helenum cum epirotis sibi debitum in regnum dimisit: eiq; in sepulti patris ossa in patriam referẽda tradidit Satis constans inter. oẽs auctores fama est: nullum nec eius nec superioris ætatis regem comparandum Pyrrho fuisse ratoq; non inter reges tantum: verumetiam inter illustres viros vitæ sanctioris: aut iustitiæ probatioris visum fuisse: Scientiam certe rei militaris in illo viro tantam fuisse vt Lysimacho. Demetrio Antigono cum tantis regibus bella gesserit: inuictus semper extitit. Illiriorum quoq; roma norumq; & Carthaginensium bellis nunq̄ inferior: plerumq; etiã victor extiterit: qui patriam certe suam angustam ignobilemq; fama rerum gestarum & claritate nominis sui toto orbe illustrẽ reddiderit.

Pyrrhi potestas.

Sparte obsidetur.

Mulierum spartanarũ virtus.

Ptolomeus occiditur.

Mors Pyrrhi.

Laus pyrrhi

¶ Iustini Historici. Liber. XXVI.

POst mortem Pyrrhi nō in macedonia tantum:verum etiam in asia:græciaq; magni bellorum motus fuere. Nam et Peloponensij per proditionem Antigono traditi.& variante hominum partim dolore partim gaudio: prout singulæ ciuitates aut auxilium de Pyrrho sperauerant:aut metus sustinuerant:ita aut cum antigono societatem iungebant aut mutuis inter se odijs in bellum ruebant. Inter hunc turbaturum prouinciarum motum. Epirorum quoq; vrbs ab aristotimo principe per tyrannidem occupatur:a quo cum multi ex primoribus occisi plures in exilium acti essent:ætolis per legatos postulantibus vt coniuges liberosq; exulū redderet:primo negauit:postea quasi pœniteret proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit.diemq; profectionis statuit. Illę quasi in perpetuū cū viris exulaturę pręciosissima quęq; auferentes:cū ad portā quasi vno agminę profecturę cōuenissent oibus rebus expoliatæ in carcere recludunt:occisis prius in gremijs matrum paruulis liberis virginibusq; ad stuprū direptis. Hanc tā sęuā dominationē stupētibus oibus princeps eorū Helematus senex & liberis orbus:vt qui nec ætatis:nec pignorum respectum timeret conuocatos domi fidissimos amicoꝝ in vindictam patrię hortatur.cunctantibus priuato periculo publicū finire:& deliberādi spacium postulātibus accersitis seruis iubet obseruari fores:tyrānoq; nūciari mitteret:qui cū iuratos apud se cōpręhenderet obiectās singulis se quia liberādę patrię auctor esse nō possit desertę v'torem futuꝝ. Tunc illi ancipiti periculo circūuenti honestiorē viā eligētes:cōiurant in tyrāni necem:atq; ita Aristotimus quinto postq̄ tyrannidē occupauerat mense opprimitur. Interea Antigonus cum multiplici bello & Ptolomęi regis spartanorum pręmeretur:nouusq; illi hostis gallogręcię exercitus affluxisset in speciem castrorum parua manu aduersus cęteros relicta aduersus gallos totis viribus proficiscitur. Quibus cognitis galli cū & ipsi se pręlio pararēt i auspicia pugnę hostias cędunt:quarum extis cū magna cędes interitusq; omniū predicaretur:nō in timorē.sed in furorē versi:sperantesq; Deoꝝ minas expiari cæde suorum posse coniuges & liberos suos trucidant:auspicia belli a parricidio incipiētes. Tanta rabies feros animos inuaserat:vt nō parcerent ætati cui etiā hostes pepercissent bellūq; inter necinū & natalitiū cū liberis:liberorumq; matribus

Aristotimi tyranni crudelitas.

Aristotimus occiditur.

Gallo gręcorum feritas.

gererent.pro quibus bella suscipi solent.Ita quasi scelere vitam vi ctoriãq; redemissent:sicut erãt cruenti ex recenti suorum cęde in pręliũ non meliore euentu quã omine proficiscuntur. Siquidem pugnãtes prius parricidiorum furię quam hostes circũuenire ob seruantibusq; ante oculos manibus interemptorum omnes occi sione cęsi. Tanta strages fuit vt dij pariter cũ hominibus consen sisse in excidiũ parricidarꝫ viderenť. Post huius pugnę euentum Ptolomęus & spartani victorẽ hostium exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoq; vbi eorum discessum videt recenti adhuc ex priori victoria militũ ardore bellũ atheniẽsibus infert:in quo cum occupatus esset interim Alexãder rex epiri vl cisci mortẽ patris Pyrrhi cupiens fines macedoniæ depopulatur aduersus quem cũ reuersus a gręcia Antigonus esset transitione militũ destitutus regnũ macedoniæ cũ exercitu admittit. Huius filius Demetrius puer admodũ absente patre reparato exercitu nõ solũ amissam macedoniã recipit:verumetiã epiri regno Ale xandrũ spoliat:tanta vel mobilitas militum vel fortunæ varietas erat:vt vicissim reges nunc exules nunc reges viderentur. Igitur Alexander cũ exul ad arcadas cõfugisset:non minore Epirotarꝫ desiderio quã sociorꝫ auxilio in regnũ restituitur. Per idem tem pus rex cyrenarꝫ Agas decedit:q ante infirmitatẽ Beronice vni cam filiã ad finienda cũ Ptolomęo fratre certamina filio eius de sponderat. Sed post mortẽ antigoni regis mater virginis Arsinoe vt inuita se contractũ matrimoniũ solueret:misit:qui ad nuptias virginis:regnũq; cyrenarꝫ Demetrium fratrẽ regis Antigoni a ma cedonia accerserẽt:q & ipse ex filia Ptolomęi ꝓcreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaq; cũ secundante vento celeriter cyrenas aduolasset:fiducia pulchritudinis qua nimis placere so crui:cœperat:statim a principio superbus regię familię militibus q; impotens erat.studiũq; placendi a virgine in matrem contule rat:quę res spectata:primo virgini deinde popularibus militibus q; inuisa fuit. Itaq; versis omniũ animis in Ptolomęi filiũ insidiæ Demetrio cõparanť:qui cũ in lectũ socrus concessisset:percusso res immituntur. Sed Arsinoe audita voce filię ad fores stantis & precipiẽtis vt matri parcerẽt:[illegible] paulisper corpore suo ꝓte x... Quo interfecto Beronice & stuprum matris salua pietate vl ta est: in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta.

Gallo græci funduntur.

Fortunæ volubilitas.

Demetrius occiditur.

¶Iustini Historici. Liber.XXVII.

MOrtuo syriæ rege Antiocho cum in locum eius filius Seleucum successisset: hortante matre Laodice quæ inhibere debuerat auspicia regni a parricidio cœpit. Quippe Beronicem nouercam suam sororem Ptolomęi regis ægypti cum paruulo fratre ex ea suscepto interficit: quo facinore ꝑpetrato & infamię maculam subijt & Ptolomæi bello se implicuit. Porro Beronice cum ad se interficiendam missos didicisset: paternæ Daphnę se claudit. Vbi cum obsideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus Asię esset: recordatione paternę maiorumq; dignitatis eius & casum tam indignę fortunæ miserantes auxilia ei omnes misere. frater quoq; Ptolomęus periculo sororis excitus relicto regno cũ omnibus viribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum cum vi expugnari non posset dolo circũuenta trucidatur. Indigna res omnibus visa. Itaq; cum vniuersæ ciuitates: quę defecerant: ingentem classem comparassent: repente exemplo crudelitatis exterritæ simul & in vltionem eius: quam defensuri erant. Ptolomęo se tradũt: qui nisi in ęgiptũ domestica seditione reuocatus esset: totũ regnum Seleuci occupasset. Tantum vel illi odium parricidiale vel huic fauorem indigne interemptę mors sororis attulerat. Post discessum Ptolomęi Seleucus cum aduersus ciuitates: quę defecerent: ingentem classem cõparasset: repente veluti dijs ipsis parricidiũ vindicantibus orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicq̃ illi ex tanto apparatu præter nudum corpus & spiritum & paucos naufragij comites residuos fortuna fecit. Misera quidẽ res sed optando Seleuco fuit: siquidem ciuitates: quæ odio eius ad Ptolomęum transierant velut dijs arbitris satisfactũ sibi esset: repentina animorum mutatione in naufragij misericordiam versæ imperio se eius restituunt. Lætus igitur malis suis & dãnis ditior redditus velut par viribus bellũ Ptolomęo infert: sed quasi ad ludibrium tantum fortunę natus esset: nec propter aliud opes regni recepisset quam vt amitteret victus prælio non multo quam post naufragium comitatior trepidus in Antiochiam confugit. Inde ad Antiochũ fratrẽ litteras fecit: quibus auxilium eius implorat oblata ei Asia inter fines tauri montis in præmium latę opis. Antiochus autem cum esse annos. xiiij. natus supra ætatẽ regni auidus occasionẽ non tam pio animo quã offerebatur arripuit,

Laodices parricidiũ.

Beronice trucidat.

Seleuci clades.

Seleuci prosperitas.

Antiochus hierax cognominaṫ.

Sed latronis more totum fratri eripere cupiens puer sceleratā viri leq; sumit audaciā. Vnde Hierax est cognominatus: quia nō hominis sed accipitris ritu in alienis eripiendis vitā sectareṫ. Interea Ptolemęus cū audisset regē Antiochū in auxiliū Seleuco venire: ne cum duobus vno tempore dimicaret ī annos.x.cum Seleuco

Gallorum astutia.

pacē facit:sed pax ab hoste data interpellaṫ a fratre: qui cōducto gallorum mercēnario exercitu pro auxilio bellum ꝓ fratre hostē se imploratus exhibuit:In eo ꝓlio virtute gallorum victor quidem Antiochus fuit. sed galli arbitrantes seleucum in prælio cecidisse ī ipsum Antiochum arma vertunt: liberius depopulaturi asiā si oēm stirpē regiā extinxissent. Quod vbi sensit Antiochus velut a ꝑdonibus auro se redemit: societatēq; cū mercennariis suis iungit. In-

Eumenes Asiā occupat.

terea rex bithyniæ Eumenes sparsis cōsumptisq; fratribus bello intestinę discordiæ quasi vagātē asiæ possessionē inuasurus victorem Antiochum gallosq; aggrediṫ. nec difficile saucios adhuc ex superiore cōgressione integer ipse viribus superat: ea nāq; tēpestate omnia bella in exitum asię gerebantur: vti quisq; fortior fuisset asiā velut ꝑdam occupabat. Seleucus & Antiochus fratres bellū propter Asiam gerebāt. Ptolomęus rex ægypti sub specie sororię vltionis asię inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes: inde galli humilior semꝑ mercēnarii manus Asiā depopulabanṫ: Cū interea nemo defensor asię inter tot ꝑdones inueniebaṫ: victo Antiocho cū Eumenes maiorē partē asię occupasset ne tūc quidē fratres ꝑdito ꝑmio: propter qđ bellū gerebant cōcordare potuerūt. Sed omisso externo hoste in mutuū exitiū bellum reparāt. In eo Antiochus denuo victus multorum dierum fuga fatigatus tandē ad socerum suū Artamenē regem cappadociæ proueheṫ: a quo cū primum benigne susceptus esset interiectis diebus cognito qꝫ sibi insidiæ pararentur: salutem fuga quęsiuit. Igitur cum ꝓfugo nusq̄ locus tutus esset: ad Ptolomęum hostē cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat: decurrit: memor vel que facturus fratri esset: vel quæ meruisset a fratre. Sed Ptolomęus nō tam amicus ei deditus quā hostis factus seruari eum arctissima custodia iubet. Hinc quoq;

Antiochus [illegible]. Seleuci mors.

Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus: quam familiarius agnouerat deceptis custodibus labitur: fugiensq; a latronibus interficiṫ. Seleucus quoq; iisdem ferme diebus amisso regno equo pręcipitatus finiṫ. sic fratres quasi & germanis casibus exules ambo post regna scelerum suorum pœnas luerunt.

¶Iustini Historici. Liber.XXVIII.



LYmpias Pyrrhi epirote regis filia amisso marito eo/dēq; germano fratre Alexandro cū tutelam filiorꝝ ex eo susceptorum Pyrrhi & Ptholomęi regniq; administrationem ipsa recepisset: ab ętolis partē acharnanię: quam in portionē belli pater pupillorꝝ acceperat eripere volēti bus: ad regem macedonię Demetrium decurrit: eiq; habēti vxorem Antiochi regis syriæ sororē filiam suā Phithiam in matrimoniū tradidit vt auxiliū qđ misericordia nō poterat: iure cognationis obtineret. Fiunt igiť nuptię quibus & noui matrimonij gratia acquiriť: & veteris offensa cōtrahiť. Nam prior vxor velut matrimonio pulsa sponte sua ad fratrē Antiochū discedit: eum in mari bellum impellit. Archananes quoq; diffisi epirotis aduersus ętolos auxiliū romanorꝝ implorātes obtinuerūt a romano senatu vt legati mitterenť: qui denūciarēt ętolis pręsidia ab vrbibus acharnanię deducerēt: paterenťq; esse liberos: q soli quōdam aduersus Troianos auctores originis suę auxilia gręcis non miserunt. Sed ętoli legationem romanorꝝ superbe audiuerūt: pœnos illis & gallos: a quibus tot bellis occisione sint cæsi exprobrātes: dicentesq; prius illis portas aduersus Carthaginenses aperiēdas quas clauserit metus punici belli: quā in gręciā arma trāsferenda. Meminisse deinde iubēt: quibus minētur aduersus gallos vrbē suā eos tueri nō potuisse: captāq; nō ferro defendisse sed auro redemisse Quā gentem se aliquāto maiori manu gręciā ingressam non solū nullis externis viribus sed ne domesticis quidem tectis adiutos vniuersam delesse: sedēq; sepulchris eorum prębuisse. quam illi viribus imperioq; suo proposuerant: contra italiam trepidis ex recenti vrbis suæ incendio Romanis vniuersam ferme a gallis occupatā Prius igitur illos gallos italia pellendos q̄ minentur ętolis: priusq̄ sua defendenda q̄ aliena defendi appetenda. Quos autē homines romanos esse nempe pastores: qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant: qui vxoris cum propter originis dehonestamēta nec inuenirent: vi publica rapuerint q deniq; vrbē suā parricidio condiderint: murorumq; fundamenta fraterno sanguine asperserint. Aetolos autem principes grææcię semper fuisse & sicut dignitate ita & virtute cæteris præstitisse solos. Deniq; esse qui macedonas imperio terrarꝝ florentes sēper cōtempserint

Olympiadis prudentia.

Phithiam virum relin.qt.

Romanorū præteritus opis ferēde.

Supba ætolorū rñsio.

qui Philippũ regem nõ timuerunt: qui Alexãdri magni post per sas indosq; deuictos cum oẽs nomine eius horrerent: edicta spre uerint. Monere igitur se romanos contenti sint fortuna præsenti nec prouocassent arma quibus a gallos cęsos & macedonas cõtẽptos videant. Sic dimissa legatiõe Romanorũ ne fortius locuti quã fecisse viderentur fines Epiri regni & arcananię depopulantur. Iam Olympias filijs regna tradiderat & in locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolomæus successerat qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset: infirmitate correptus in itinere decedit Olympias quoq; non magno post tempore gemino funerũ vulnere afflicta ęgrũ spiritũ trahens nõ diu filijs superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis virgo cũ Laudomia sorore supessent: Nereis nubit geloni siciliæ regis filio: Laudomia autẽ eũ in aram dianæ confugisset concursu populi interficitur: quod facinus dij immortales assiduę cladibus gentis & prope interitu totius populi vindicauerunt. Nam sterilitatẽ famẽq; passi & intestina discordia vexati: externis ad postremum bellis pœnæ consumpti sunt: Miloq; Laudomiæ percussor in furorem versus nunc ferro nunc saxo in summa dentibus laceratis visceribus xij. die interijt. Ijs in Epiro gestis interim in macedonia Demetrius rex relicto filio Philippo paruulo admodũ decedit. Cui antigonus tutor datus accepta in matrimonium matre pupilli regem se constituere laborat. Interiecto deinde tempore cum seditione minaci macedonum clausus in regia teneretur: in publicum sine satellitibus ꝓcedit protectoq; in vulgus diadęmate ac purpura dare hæc eos alteri iubet: qui aut imperare illis sciat: aut cui parere ipsi sciant. Se adhuc inuidiosum illud regnũ nõ voluptatibus sed laboribus ac periculis sentire cõmemorat deinde beneficia sua: vt defectionẽ sociorũ vindicauerit: vt Dardanos thessalosq; exultantes morte Demetrij regis compescuerit: vt deniq; dignitatẽ macedonũ nõ solũ defenderit: verũetiã auxerit. Quorum si illos pœniteat deponere imperiũ & reddere illis munus suũ: quia regẽ quęrãt: cui imperẽt. Cum populus pudore motus recipere eũ regnũ iuberet: tã diu recusauit donec seditionis auctores supplicio traderent. Post hęc bellum spartanis infert: qui soli Philippi Alexandriq; belli. & imperium macedonũ & omnibus metuenda arma contẽpserunt Inter duas nobilissimas gẽtes bellum summis vtrinq; viribus fuit Cum hi pro vetere macedonũ gloria illi nõ solũ ꝓ illibata liberta

Ptolomæus moritur.
Olympias cedit.
Laudomia interficitur.
Deorum vltio.
Demetrius moritur.
Antigonus Philippi tutor.
Antigonus diadęma abiecit.
Antiochi[us] ...di. II.
Seleuci[?] mors.

te sed etiam pro salute certarent. Victi lacedęmonij: non ipsi tantum sed etiam coniuges liberiq; magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit: nulla amissum cõiugem fleuit. Filiorum mortem senes laudabant: patribus in acie cæsis filij gratulabantur. Suam vicem omnes dolebãt: q̄ nõ ipsi pro patriæ libertate decidissent. parẽtes omnes domibus saucios excipiebãt. vulneratos curabant. lapsos reficiebant: Inter hæc nullus in vrbe strepitus. nulla trepidatio. magis omnes publicam quam priuatã fortunam lugebant. Inter hęc Cleomenes rex post multas hostiũ cędes toto corpore suo pariter & hostium cruore madens superuenit: ingressusq; vrbem non humi consedit: non cibum aut potũ poposcit: nõ deniq; armorũ onus deposuit: sed accliuis parieti cũ quattuor milia sola ex pugna superfuisse conspexisset: hortat̃ vt se ad meliora reipublicę tempora reseruarent: tum cum coniuge & liberis ægyptum ad Ptolomęum ꝓficiscitur. a quo honorifice susceptus diu in summa dignitate regis vixit. Postremo post Ptolomęi mortẽ a filio eius cũ omni familia interficitur. Antigonus autẽ cęsis occisione spartanis fortunã tantę vrbis miseratus a direptione milites ꝓhibuĩt: veniamq; his qui superfuerãt dedit: p̄fatus bellum se cum Cleomene nõ cum spartanis habuisse: cuius fuga omnis ira eius finita sit: nec minori sibi gloriæ fore si ab eo seruata lacedęmonia sit: quã si capta ꝑderetur. Parcere igitur se solo vrbis ac tectis: quoniam homies quibus parceret non superfuissent. Nec multopost ipe decedit: regnumq; Philippo annos. xiiij. nato tradidit.

Spartanoꝝ cõstantia in aduersis.

Cleomenis virtus.

Cleomenes interficitur.

¶ Iustini Historici. Liber. XXIX.



Isdem ferme tẽporibus ꝓpe vniuersi orbis imperia noua regum successione mutata sunt. Nam in macedonia Philippus mortuo Antigono tutore eodemq; vitrico. xiiij. annorum regnum suscepit: & in Asia interfecto Seleuco impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadocię regnũq; quoq; Hariarathi puero ad modum pater ipse tradiderat: ęgyptum patre ac matre interfectis occupauerat Ptolomæus: cui ex facinoris crimine cognomento Philopater ex contrario fuit. Sed spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset apd̃ Carthaginem ætate adhuc

Philippus ĩ macedonia Antiochus in asia. hariarathes ĩ capadocia Pto. phi. in ægipto eõdẽ tem[illegible] regn[illegible]

immatura dux Annibal constituitur: non penuria seniorum: sed odio romanorum: quo imbutum eum a pueritia sciebant. Fatale non tam romanis quam ipsi Africæ malum. His regibus pueris licet nulli senioris ætatis rectores erant tamen in suorum quibusq; maiorum vestigia intentis magna indoles virtutis emicuit. Solus Ptolomeus scelestus sicut ī occupādo regno ita & segnis in administrando fuit. Philippum Dardani cæteriq; finitimi populi quibus velut immortale odium cum macedonum regibus erat con temptu ętatis assidue lacessebant: contra ille summotis hostibus non contentus sua defendisse: etiam ætolis bellum inferre gestie

Demetrius rex.

bat: quę agitantem illum Demetrius rex illiriorum nuper a paulo Romano consule victus supplicibus præcipus aggreditur: iniuriam romanorum querens: qui non cōtenti Italiæ terminis imperium spe improba totius orbis amplexi bellum cum omnibus regibus ferant. Sic illos Siciliæ. Sic Sardinię Hispanięq;: sic deinde totius africæ imperium affectantes bellum cū pœnis & hannibale suscepisse. Sibi quoq; non aliam ob causam quam ꝙ italiæ finitimus videbatur bellum illatum: quasi nefas esset aliquem regem iuxta imperij eorum terminos esse. Sed & ipsi cauēdum esse exēplum cuius quanto propius nobiliusq; sit regnum tanto sit romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cędere se illi regno: qđ romani occupauerint profitetur: gratius habiturus si in possessionem imperij sui socium potius quam hostem videret Huiusmodi

Philippus bellū infert Romanis.

oratiōe impulit Philippum: vt omissis ętolis bellū Romanis inferret: minus negocij existimantem: ꝙ iam victos ab hānibale apud Transumenū lacum audierat. Itaq; ne multis bellis eodem tēpore grauaretur: pacem cum ætolis fecit. non quasi alio bellum translaturus Sed vt græcię quieti cōsulturus quam nonq̄ ī maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem consurgētibus ab occidente nouis pœnoꝶ & romanorum imperijs: quibus vna hęc a gręcia & Asia sit mora: dum inter se bello discrimen imperij faciūt. cæterum statim victoribus transitum in orientē fore. Videre se ita ait cōsurgē

Philippus ī cladē

tē in Italia nubem illam trucis & cruēti belli: videre tonantē ac fulminantem ab occasu ꝓcellam quā in quascunq; terraꝶ partes victorię tempestas detulerit magno cruoris imbre omnia fœdaturā. Frequenter Gręciā ingētis motus passam nūc Persarum nūc gallorū nunc Macedonum bellis, sed omnia illa ludum fuisse existima

turos:si ea quę nunc in italia concurrat manus extra terram illam se effuderit Cernere se q̃ cruēta & sanguinaria inter se bella vtriq; populi & viribus copiarum & ducum artibus gerant: quæ rabies solo finiri partis alterius interitu sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur animos victorum minus quidem Macedoniæ q̃ Græcię timendos:quia remotior & in vindictam sui robustior sit. Scire tamen se eos qui tantis viribus concurrant:non contentos hoc fine: victorię fore:metuendumq; sibi quoq; certamen eorum qui superiores extiterunt. Hoc prætextu finito cum ætolis bello nihil aliud q̃ pœnorum romanorumq; bella respiciēs singulorum vires perpendebat. Sed nec Romani:quibus pœni & Annibal in ceruicibus erant:soluti metu Macedonico videbantur.nam terrebat eos & vetus macedonū virtus & deuicti oriētis gloria & Philippus studio Alexandri ęmulationis incensus quem promptum ad bella industriumq; cognouerūt Igitur Philippus cū iterato p̄lio victos a pœnis romanos didicisset aperte hostem se his professus naues quibus in Italiam exercitum traijceret:fabricare cœpit. Legatum deinde ad annibalem iungendæ societatis gratia cum epistolis mittit: qui comprę̄sus & ad senatum productus incolumis dimissus est. Non in honorem regis sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redderetur. Postea vero cum romanis nunciatum esset in Italiam Philippum copias traiecturum Leuiniū pręetorem cum instructis nauibus ad prohibendū transitum mittunt qui cum in græciam venisset:promissis multis impulit ætolos bellum aduersus Philippum suscipere. Philippus quoq; ætolos in romanorum bella sollicitat:Interea & Dardani Macedonię fines vastare cœperunt adductis.xx.milibus captiuorum Philippum a romano bello ad tuendum regnum reuocauerunt. Dum hæc aguntur Leuinius pręetor inita cum Attalo rege societate Gręciā populatur: quibus cladibus perculse ciuitates auxilium petentes Philippum legationibus fatigant: necnon & illyriorum reges lateri eius hęrentes assiduis pręcibus promissa exigebāt. Super hęc vasti macedones vltionem flagitabant:quibus tot tantisq; obsessus rebus. cui rei primo occurreret ambigebat omnibus tamē ꝓpediem auxilia se missurum pollicetur nō quia facere posset quæ promittebat: sed vt spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio aduersus Dardanos fuit qui absentiam eius aucupātes maiore belli mole Macedoniæ imminebant. Cū

Legatus deprehendit.

Leuinius p̄tor.

Philippus reuertit.

Philippi plexitas.

Romanis quoq; pacem facit contentus interim bellum Macedonicum distulisse. Philopomeni echęorum duci quem romanos sociorū animos sollicitare didicerat: insidias ptendit: quibus ille cognitis vitatisq; discedere ab eo achæos auctoritate sua coegit.

¶Iustini Historici. Liber. XXX.

PHilippo in Macedonia magnis rebus intento Ptolomęi in ægypto diuersi mores ęrant. Nam regno parricidio obtento: & ad necem vtriusq; parentis cæde etiam fratris adiuncta: veluti rebus fœliciter gestis luxuriæ sese tradiderat: regisq; mores omnis secuta regio erat. Itaq; nō amici tantum pręfectiq; verūetiam omnis exercitus depositis militię studijs ocio ac desidia corrupti marcebant quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ veteri inter se regnorum odio stimulante repētino bello multas vrbes eius oppressit: ipsamq; ęgyptum aggreditur. Trepidat igitur Ptolomæus & per legationes quousq; vires paret rogat morari Antiochum magno deinde in græcia exercitu cōducto secundum pręliū facit: spoliasset q; regno Antiochum si fortunā virtute inuasset. contentus recuperatione vrbium: quas amiserat: factaq; pace auide materiā quietis arripuit: reuolutusq; in luxuriam occisa Eurydice vxore eademq; sorore sua Agathoclę meretricis illecebris capitur: atq; ita omni magnitudine nominis ac maiestatis oblitus noctes i stupris: dies in conuiuijs consumit. Adduntur instrumenta luxuriæ tympana & tripudia: nec iā spectatur rex, sed magister nequitię neruorum oblectamenta modulatur. Hæc primo labentis regiæ tacita pestis & occulta mala fuere. Deinde Crescente licentia iam nec parietibus regię domus contineri meretricis audacia potest, quam proteruiorem sociata cum Agathocle fratre ambitiosę pulchritudinis scorto quottidiana regis stupra faciebāt. Accedebat & mater Euāthe quæ geminæ sobolis illecebris deuinctum regē tenebat. Itaq; non contentę rege iam etiā regnū possident iam in publico visuntur: iam salutantur iam comitantur. Agathocles regis lateri iunctus ciuitatem regebat: tribunatus pfecturas & ducatus mulieres ordinabant nec quisq̄ in regno suo minus q̄ ipse rex poterat. Cū interim relicto quīquēni ex Eurydice sorore filio mo

Alexādrine deliciæ.

Ptolomæi luxuria.

...tolomęi ...ritur.

titur:sed mors eius dum pecuniã regiam mulieres:rapiũt:& imperium initia cum perditissimis societate occupare conantur:diu occultata fuit:re tamen cognita concursu multitudinis Agathocles occiditur:& mulieres in vltionem.Eurydices patibulis suffiguntur Morte regis supplicio meretricũ velut expiata regni infamia legatos Alexandrini ad romanos miserunt orantes:vt tutelam pupilli susciperent:tuerenturq; regnum ęgypti.quod iam Philippum & Antiochũ facta inter se pactione diuisisse dicebãt Grata legatio romanis fuit causam belli quærentibus aduersus Philippũ.qui insidiatus tẽporibus punici belli fuerat.huc accedebat: ꝙ pœnis & Annibale superato: nullius magis arma metuebãt:reputãtibus quantũ motum Pyrrhus parua manu Macedonum in italia fecisset:quantasq; res macedones in oriente gessissent.Mittuntur igitur legati:qui Antiocho & Philippo vt a regno ęgypti abstineant:nuncient. Mittiť &.M.Læpidus in ægyptum q tutorio nomine regnũ pupilli administret.Dum hęc agũtur interim legati Athali regis pergami & Rhodiorum iniurias Philippi regis quęrentes Romam venerunt:quę res omnẽ cũctationẽ Macedonici belli senatui exemit. Statim prętextu ferendi auxilij socijs bellũ aduersus Philippũ decerniť:legationesq; cum cõsule in macedoniã mittuntur.Nec multo post tẽpore tota græcia fiducia Romanoꝝ aduersus Philippũ spe pristrinæ libertatis erepta bellũ ei intulit.Atq; ita cũ rex vndiq; vrgeretur pacem petere cõpellitur Deinde cũ expositę conditiones pacis a romanis essent repetere sua & Athalus & Rhodij & Achęi & ętoli cœpere.Contra Philippus adduci se posse vt romanis pareat concedebat:Cæterum indignum esse Græcos a Philippo & Alexandro maioribus suis victos & sub iugum Macedonici imperij subactos velut victores leges pacis sibi dicere:quibus prius sit ratio seruitutis reddenda q̃ libertas vendicãda. Ad postremum tamẽ eo petẽte inducię duorum mensium datę vt pax quę in macedonia nõ conueniebat a senatu peteretur.Eodẽ anno inter insulas Theramenem & Therasiam medio vtriusq; ripæ & maris spatio terræmotus fuit:in quo cum admiratiõe nauigãtium repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit.In asia vero eodẽ die motus terrę Rhodũ multasq; alias ciuitates graui ruinarum mole cõcussit quasdam solidas obsorbuit Quo prodigio territis omnibus vates cecinere oriẽs romanorum imperiũ vetus græcorũ ac

Marcus lepidus i egyptum mitt.ť

Terræmotus.

Presagi.

Nabis tyrã nus.

Flaminij cõ sulis horta tio.

Conflictus.

Vincunt ro mani.

Macedonum voraturum. Interim a senatu repudiata pace Philippus in societatem belli Nabyn tyrannum solicitat. Atq; ita cũ in acie exercitũ instructis e diuerso hostibus produxisset hortari suos cœpit Referẽdo persas: bactrosq; indosq; & omnem asiam orientis fine a macedonibus perdomitã: tantoq; fortius hoc bellum q̃ illa sustinendum: quanto sit libertas imperio carior. Sed & Flaminius romanoꝝ cõsul relatione rerum recentissime gestaꝝ suos stimulabat in prælium ostendendo hinc Carthaginẽ cũ sicilia: inde italiã & hispaniã Romana virtute perdomitas: nec Annibalem Alexãdro quidẽ magno postponẽdum pro italia pulso africam ipsam tertiã partẽ mũdi superauerint. Sed nec macedonas veteri fama: sed præsentibus viribus existimandos quia non cum Alexandro magno: quẽ inuictum audiuerant: nec cũ exercitu eius qui totũ orientem deuicerat: bellũ gerant: sed cũ Philippo puero immaturæ ætatis: qui regni terminos aduersus finitimos ægre defendat. Et cũ ijs Macedonibus: qui non ita prædæ vt pridem Dardanis fuerunt: illos maioꝝ decora romanos se suorum militum cõmemorare. Non enim alio exercitu Annibalem & pœnos & totũ ferme occidentem: sed ijs ipsis quos in acie habebat militibus subactos. His adhortationibus vtrinq; concitati milites prælio concurrunt alteri orientis: alteri occidẽtis imperio gloriantes ferentesq; in bellum alij maiorum suoꝝ antiquã & obsoletam gloriam alij virentem recentibus experimentis virtutis florem. Sed macedonas romana fortuna vicit. Fractus itaq; bello Philippus pace a Flaminio consule petita nomen quidem regium retinuit: sed omnibus Thraciæ vrbibus velut regni mẽbris extra terminos antiquæ possessionis amissis solam macedoniam retinuit: offensi tamen ætoli: quia non ex arbitrio eorum macedonia quoq; adempta regi & data sibi in præmium belli esset: legatos ad Antiochum mittunt qui eum adulatiõe magnitudinis in romana bella spe societatis vniuersæ græciæ impellerent.

Iustini Historici. Liber. xxxi.

Mortuo Ptolomeo Philopatre rege ægypti cõtemptaq; paruuli filij eius ætate: qui in spem etiã regni relictus præda domesticis erat Antiochus rex Syriæ occupare ægyptũ statuit. Itaq; phonicem ceterasq; Syriæ quidem sed iuris ægypti ciuitates cũ

inuasisset:legatos ad eum senatus mittit qui denunciarent ei ab-stinere a regno pupilli postremis patris precibus fidei suę traditi. quibus spretis interiecto tempore alia legatio superuenit: quæ omissa pupilli persona ciuitates iure belli factas populi romani in integrum restitui iubebat. Abnuenti bellum denunciatur: qd ille facile susceptum infœliciter gessit. Eodem tempore & Nabys tyrannus multas græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus ne eodem tempore duplici bello romanę vires detinerentur: scripsit Flaminio: si ei videatur: sicuti Macedoniam a Philippo ita græ-ciam a Nabide liberaret. Ob quam causam imperium ei pro ro-gatum est. Terribile quippe Antiochi bellum Annibalis nomen faciebat: quem æmuli eius occultis mandatis cum Antiocho in-isse societatem apud romanos criminabantur: negantes eũ ęquo animo sub legibus viuere assuetum imperio & immoderata licẽ tia militare: semperq; tædio quietis vrbanę nouas belli causas cir cunspicere. quæ & si falsa nunciata fuissent apud timentes tamẽ pro veris habebantur. Deniq; senatus metu perculsus ad specu-landos actus Annibalis ligatum in africam Seruilium mittit. eiq; tacitis mandatis pręcepit: vt si posset eum per ęmulos eius inter ficeret: metuq; inuisi nominis tandem populum romanum libe raret. Sed res Annibalem non diu latuit virum ad prospicienda cauendaq; pericula peritum: nec minus in secundis aduersa quã in aduersis secũda cogitantem. Igitur cum tota die in oculis prin cipum legatiq; romani in foro Carthaginensium obseruatus in supremum fuisset: appropinquante vespere equum conscendit: & rus vrbanum quod prope littus maris habebat ignaris seruis iussisq; ad portam diuertentem opperiri contendit. habebat ibi naues cum remigibus occulto sinu littoris absconditas. erat eti-am grandis pecunia in eo agro pręparata: vt cũ res exegisset nec facultas fugam nec inopiam moraretur. Lecta igitur seruorum iuuentute: quorum copiam italicorum captiuorum numerus au gebat: nauem cõscendit: cursumq; ad Antiochũ dirigit. Postera die ciuitas principem suum: ac tum temporis cõsulem in foro ex pectabat: quem vt profectum nunciatum est non aliter q̃ si vrbs capta esset: oẽs trepidauere exitiosamq; sibi fugam eius minati sunt. Legatus vero romanus quasi bellũ [..]anis gerendi belli: eos nibale esset. tacitus Romã reuertitur: tre[s] namq; eos vrbe quàm Interim flaminius in gręcia iuncta cum [..]sse. Quippe & a gallis

Antiochus vincitur.

Annibalis prudentia.

Fuga annibalis ex africa.

cietate. Nabidem tyrannum duobus continuis prēlijs ſubegit: & grauiter fractum velut exanguem in regno reliquit: ſed libertate grēcię reſtituta reductis ad vrbibus prēſidijs cū Romanus exercitus in italiam reportatus eſſet velut vacua rurſus poſſeſſiōe ſollicitatus multas ciuitates repentinos bello inuaſit: quibus rebus exterriti Achęi: ne vicinum malum etiam ad ſe ſerperet: bellum aduerſus Nabidem decernunt: ducemq; prętorem ſuum Philopomenē inſignis induſtrię virū conſtituūt: cuius in eo bello tanta virtus enituit: vt opinione omniū compararetur Flaminio romano imperatori. Eodem tēpore Annibal cū ad antiochum peruenisset: velut deoꝝ munus excipitur: tantuſq; eius aduentu ardor animis regis acceſſit vt non tam de bello q̃ de præmijs victoriæ cogitaret. Sed Annibal cui vota romana virtus erat: negabat opprimi romanos niſi in italia poſſe. Ad hoc ſibi centum naues & decem millia peditū & mille equites poſcebat: Promittens hac manu nō minus bellū q̃ geſſerit italiæ reſtauraturum: & in aſiam regi ſedenti aut victoriā de Romanis: aut æquas pacis conditiones relaturū. Quippe & hiſpanis bello flagrātibus ducē tantū deeſſe. & italiā notiorē ſibi nunc q̃ pridē fuiſſe ſed nec carthaginē quieturam ſociāq; ei ſe ſine mora prębituram. Cum regi conſilia placuiſſent: mittitur Carthaginem vnus ex comitibus Annibalis: qui in bellū cupidos hortetur. Annibalēq; cum copijs affuturū nunciet: nihil dicat partibus niſi animos carthaginenſiū deeſſe: Aſiam & vires belli & ſumptum prębiturā. hęc cum relata carthaginem eſſent nuncius ipſe ab inimicis Annibalis comprę henditur. & perductus in ſenatum: cum interrogaretur ad quem miſſus eſſet: punico ingenio reſpondit ſe ad vniuerſum ſenatum miſſum. Nec enim hoc opus ſinguloꝝ ſed vniuerſoꝝ eſſe: dum multis diebus deliberant an eum romam ad purgādam publicā conſcientiā mittunt: tacitus conſenſa naue ad Annibalem reuertitur. quo cognito Carthaginenſes ſtatim romā legatū deferunt. Romani quoq; ad Antiochum legatos miſere: qui ſub ſpecie legationis & regis apparatum ſpecularentur: & Annibalem aut romanis mitigarent: aut aſſiduo colloquio ſuſpectum inuiſumq; regi facerent. itaq; legati cum epheſi conueniſſent ad Antiochum ... dunt. Dum reſponſum expectant omni ... Annibale fuerūt dicentes timide eum a ... cem romani nō tam cum republica quā

Conſilia annibalis & antiochi.

Punica aſtutia.

cum eo factam summa fide custodiant:nec bella cũ romanorum magis odio quã patriæ amore gessisse: cui ab optimo quoq; etiã spiritus ipse debeatur. Has enim publicas inter populos non priuatas inter duces bellandi causas esse:inde res gestas eius laudare:quoq; sermone lętus sæpius cupidusq; cum legatis colloquitur ignarus quod pro familiaritate romana odium sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio recõciliatam cum Romanis gratiam existimans nihil ad eum sicut solebat referre:expertemq; totius consilij & veluti hostem ꝓditoremq; suũ edisse cœpit quæ res tantum apparatum belli cessante imperatoria arte corrupit. Senatus mandata fuerant: vt cõtentus terminis asię esset:ne ipsis ingrediendi asiam necessitatem imponeret:quibus spretis non accipiendum bellum statuisse sed inferendum dicitur. Cum frequenter de bello consilium habuisset:remoto Annibale:tandem eum vocari iussisse:non vt ex sententia eius aliqd ageret: sed ne per omnia eum spreuisse videretur omnibusq; perrogatis postremum interrogasse:quo ille animaduerso intelligere se professus est: non quia egeat consilio sed ad supplendum numerum sententiarum se vocatum:tamen & odio Romanorum & amore regis:apud quem solum tutum sibi exilium relictum sit: se viam gerẽdi belli edisserturum. Veniam deinde libertatis deprecatus est:nihil se aut consiliorum aut cœptorum pręsentium probare ait. nec sedem belli græciam sibi placere cũ italia vberior materia sit. Quippe romanos vinci nõ nisi armis suis posse. Nec italiam aliter q̃ italicis viribus subigi. Siquidẽ diuersum cæteris mortalibus esse illud & belli genus & hominum. alijs bellis plurimum momẽti habere priorem quã cœpisse occasionẽ loci temporisq;: agros rapuisse: vrbes aliquas expugnasse. cũ romano seu occupaueris prior aliq̃: seu viceris tũ etiã cũ victo & iacente luctandũ est. Quã ob rẽ siquis eos ĩ italiã lacessisset suis eos opibus suis viribus suis armis posse vincere: sicut ipse fecerit. sint vero quis illis italia velut fonte cesserit virum proinde falli ac si quis amnes nõ ab ipis fontium primordijs deriuare sed cõcretis iam aquarum molibus auertere vel exiccare velit. hoc secreto se censuisse: vtroq; ministerium consilij sui obtulisse: & nunc præsentibus amicis ideo repetisse: vt scirent omnes rationem cum romanis gerendi belli: eosq; foris inuictos domi fragiles esse. Prius namq; eos vrbe quam imperio. prius italia q̃ prouincijs exui posse. Quippe & a gallis

Annibalis cõsilium de bello gerendo cõtra romanos.

Romanorũ cõditio.

captos & a se prope deletos esse:neq; se vnq̄ victum prius q̄ terris
eoꝝ cesserit. Reuerso carthaginem statim cum loco fortunā belli
Inuidia bel/ lū remoraſ. mutatam. Huic sententię obtrectatores amici regis erant nō vtili
tatem rei cogitantes sed verentes:ne probato consilio eius primū
apud regem locum gratiæ occuparet. At Antiocho nō tam con/
silium q̄ auctos displicebat ne gloria victorię Annibalis: non sua
Antiochi negligētia esset. Omnia igiſ varijs assentationum adulationibus corrumpe/
bantur:nihil consilio vel ratione agebatur. Rex ipe per hyemē in
Attilij cōsu lis diligētia luxuriam lapsus nouis quotidie nuptijs deditus erat. Contra At/
tilius romanus cōsul:qui ad hoc bellum missus erat:copias:arma:
Fuga Antio chi. cæteraq; bello necessaria summa industria parabat: ciuitates so/
cias confirmabat dubias illiciebat. nec alius exitus belli quam ap
paratus vtriusq; partis fuit. Itaq; prima belli congressione cum
cedentes suos rex cerneret non laborantibus auxilium tulit: sed
fugientibus se ducem præbuit: castraq; ditia victoribus reliquit.
Deinde cum in Asiam præda romanis occupatis fugiendo per/
uenisset:pœnitere neglecti cōsilij cœpit:reuocatoq; in amicitiam
Bellū aduer sus anti. Annibale omnia ex sentētia eius agere velle dicit. Interim nun/
ciatur ei Liuium Neuium romanū ducem cum octoginta rostra
tis nauibus in bellum nauale a senatu missum aduentare:quę res
illi restituēdæ fortune spem dedit. Itaq; priusq̄ socię ciuitates ad
hostes deficerent:decernere nauali prælio statuit: sperās cladem
in græcia acceptā noua posse victoria aboleri. Annibali igitur tra
dita classe prelium cōmittitur. sed nec asiani milites romanis ne/
q; naues eorum pares rostratis nauibus fuere: minor tamen cla/
Bellū naua le. des ducis solertia fuit. Romam nondum opinio victoriæ venerat
& iccirco in consulibus creandis suspensa ciuitas erat: sed aduer/
sus Annibalem ducem quis melior q̄ africani frater crearetur cū
Scipionum laus. vincere pœnos opus Scipionum sit. Creatur igitur consul Lucius
Scipio:eiq; datur legatus africanus: vt intelligeret Antiochus nō
maiorem fiduciam se in Annibale victo q̄ romanos in victore Sci
pione habere. Traijcientibus in Asiam scipionibus exercitum iā
Vincunt ro mani. vtrobiq; ꝓfligatum bellum nunciatum est victumq; Antiochum
terrestri Annibalem nauali bello inuenerunt. Primo igitur aduen
tum eorum legatos pacem petentes ad eos Antiochus mittit:pe/
Africani ma gnanimitas culiare donum Africano ferētes ipsius filium quem rex paruo na/
uigio traijcientem cœperat. Sed Africanus priuata beneficia a re
bus publicis segregata dixit:aliaq; esse patris officia: alia patrię iu

ra:quæ non liberis tantum: verumetiam vitæ ipsi præponantur. Proinde gratum se munus accipere:priuatoq; impendio munificentiæ regis responsurꝫ.Quod ad bellum pacemq; pertineat: nihil neq; gratię dari neq; de iure patriæ decidi posse respondit.Nā neq; de redimendo filio vnq̄ tractauit: nec senatum de eo agere permisit:sed vt dignum maiestate eius erat: armis se recepturum filium dixerat.Post hæc leges pacis dicuntur:vt asia Romanis cederet.contētus Syrię regno esset naues vniuersas captiuos & trāsfugas traderet:sumptumq; omnē belli Romanis restitueret.Quæ cum nunciata Antiocho essent nondum ita victum se esse respōdit:vt spoliari se regno pateretur:belliq; ea irritamenta non pacis blādimēta esse. Igitur dum ab vtroq; bellum pararetur & ingressi Asiam Romani Ilion venissent mutua gratulatio iliensium ac romanorum fuit.Iliensibus Aeneam cæterosq; duces a se ꝓfectos: Romanis se ab his ꝓcreatos referentibus: tantaq; lætitia omniū fuit quanta esse post longum tempus inter parentes & liberos solet.Iuuabat Ilienses nepotes suos occidente & Africa domita asiā vt auitum regnumvendicare.optabilem Troię ruinam fuisse dicētes:vt tam fœliciter renasceretur.Contra Romanos auitos lares & incunabula maiorum templaq; ac deorum simulacra inexplebile desiderium videndi tenebat.Profectis ab ilio Romanis Eumenes rex cum auxilijs romanis ocurrit. Nec multo post prelium & cum Antiocho commissum: cum in dexteriore cornu pulsa legio romana maiore dedecore q̄ piculo ad castra fugeret.M. emylius triginta milia ad tutelam castrorum relictis armare se milites suos & extra vallum progredi iubet.strictisq; gladijs fugientibus minari morituros dicens nisi in prælium reuertantur:infestioraq; sua q̄ hostium castra inuenturos.Attonita tāto periculo legio commilitonibus qui fugere eos prohibuerant:in prælium reuertitur magnaq; cęde ędita initium victoriæ fuit.Cęsa hostium.l.milia:capta.xj.milia. Antiocho pacem patenti nihil ad superiores conditiones additum. Africano prædicante neq; Romanos si vincantur animis minui: neq; si vincant secundis rebus insolescere: captas ciuitates inter socios diuisere:muneris Romani aptiorem Asiam quam possessiones voluntarias iudicantes. Quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam:opum luxuriam socijs relinquendam.

Romanorꝫ & Iliēsiū cōgratulatio.

Antiochus vincitur.

¶Iustini Historici. Liber.XXXII.

Aetoli liber tate priuant.

AEtoli qui Antiochū in bella romana impulerāt victo eodē soli aduersus romanos & viribus impares & omni auxilio destituti remanserant: nec multo post victi libertatē (quā illibatam aduersus dominationem Athenienſium & spartanorum inter tot grȩciæ ciuitates soli retinuerant)amiserunt. Quæ cōditio tanto illis amarior: quāto serior fuit: reputantibus tempora illa: quibus tantis Persarum opibus: domesticis viribus restiterant quibus gallorum violentiam Asiæ: Italiæq; terribilem Delphico bello fregerant: q̄ sola gloriosa recordatio maius desiderium libertatis augebat. Dum hæc aguntur medio tēpore inter Messenios & Achȩos de principatu primo contētio: mox bellū ortū est: in eo nobilis Achȩorū Philopomenes īperator capit:

Philopomenes capit.

nō quia pugnando vitȩ parceret: sed dū suos in p̄lium reuocat: in transitu fossæ equo præcipitatus a multitudine hostiū oppressus est. Quem iacentem Messenij seu metu virtutis: vel verecundia dignitatis interficere ausi nō fuerunt. Itaq; velut in illo omne bellū confecissent: captiuū per vniuersam ciuitatem in modū triūphi circū duxerūt: effuso obuiā populo ac si suus: nō hostiū imperator aduentaret: nec victorem Achȩi auidius vidissent q̄ victū hostes viderūt. Igitur eundē in theatrum duci iusserunt: vt oēs cōtuerentur quē potuisse capi incredibile singulis videbatur. Deinde ī carcerē deducto verecūdia magnitudinis eius venenū ei dederunt: qđ ille lætus: ac si vicisset accepit: quæsito prius an Ligorias prȩfectus Achȩorū: quē secundū a se esse scientia rei militaris: sciebat incolumis effugisset. Quē vt accepit euasisse non in totum dicēs consultum male Achȩis expirauit: nec multo post reparato bello Messenij vincunt: pœnasq; interfecti Philopomenis pepēderunt.

Philopomenes perit veneno.

Interea in Syria rex Antiochus cum graui tributo pacis a romanis premeretur: & victus oneratusq; esset seu inopia pecuniæ con pulsus seu auaricia sollicitatus quia sperabat se sub specie tributarię necessitatis excusatius sacrilegia cōmissurum adhibito exercitu nocte tēplū didymæi Iouis aggreditur: qua re prodita concursu incolarū cum omni militia interficit. Romæ cum multȩ grȩciæ ciuitates questum de iniurijs Philippi regis macedonū venissēt & disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium: quem ad satisfaciendum senatui miserat: & legatos ciuitatum esset: tur-

Antiochus sacrilegus interficit.

ba querelarum confusus adolescens repente obticuit: Tunc sena tus verecundia eius motus: qua priuatim etiam antea: cum obses romæ esset: carus omnibus fuerat causam illi donauit: atq; ita mo destia sua. Demetrius veniam patri non iure defensionis sed pa trocinio pudoris obtinuit: quod ipsi decreto senatu significatum est: vt apparet non tam absolutum regem quam donatum filio patrem: quæ res Demetrio non gratiã legationis sed odium ob trectationis comparauit. Nam apud fratrem Perseum ęmulatio illi inuidiam contraxit: & apud patrem nota absolutionis causa: offensa fuit: indignante Philippo plus momenti apud senatum personam filij q̃ auctoritatem patris ac dignitatem regiæ maie statis habuisse. Igitur perseus perspecta patris ægritudine quoti die absentem Demetrium apud eum criminari. & primo inuisũ post etiam suspectum reddere: nunc amicitiam Romanorum: nunc proditionem ei patris obiectare. Ad postremum insidias sibi ab eo paratas confingit: ad cuius rei probationem immittit: iudices: testes subornat & facinus: quod obijcit admittit: quibus rebus patre compulso ad parricidium funestam omnem regiam facit. occiso Demetrio: sublatoq; ęmulo: nõ negligentior tantum Perseus in patrẽ: verũetiã e cõtumatior erat. nec hæredem regni sed regẽ se gerebat. His rebus offensus Philippus impatiẽtius in dies mortẽ Demetrij dolebat: tunc & insidijs se circũuentũ suspi cari: testes iudicesq; torquere Atq; ita cognita fraude nõ minus scelere persei q̃ innoxia Demetrij morte cruciabatur: peregissetq; vltionem: nisi pręuentus esset. Nam breui post tẽpore morbo ex ægritudine contracto decessit: relicto magno belli apparatu ad uersus romanos quo postea perseus vsus est Nam & gallos Scor discos ad belli societatem perpulerat: fecissetq; romanis graue bellũ nisi decessisset. Namq; galli bello aduersus Delphos infœli citer gesto in quo maiorẽ vim numinis q̃ hostiũ senseram: amisso Brẽo duce pars in asiã: pars in Thraciã extorres fugerant. Inde per eadẽ vestigia qua venerãt: antiquã patriã repetiuere. Ex his pars quędam in cõfluente Danubij & Sai consedit: cordiscosq; se appellari voluit. Tecto sagi aũt cũ in antiquam patriam tolosam venissent: cõpręhensiq; pęstifera lue essent: nõ prius sanitatem re cuperauere q̃ aruspicũ responsis moniti: aurum argentũq; bello sacrilegijsq; quæsitum in Tolosensem lacum mergerent. Quod omne magno post tempore scipio romanus consul abstulit. fuere

Demetrij pudor.

Indignationes in demetrium.

Demetrij interitus.

Persei ipietas.

Philippus moritur.

Cordisci

Sacrilegorũ diuina vin[illegible]

Aurũ tolosanum.

auri pondo centum decē milia:argenti pondo quinquies decies centū milia. Quod sacrilegiū causa excidij Cępioni exercituiq; eius postea fuit Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus velut vltor sacre pecunię insecutus est ex gente Tecto sacroꝝ non mediocris populus prędæ dulcedine illyricum repetiuit:spoliatisq; Istris in pannonia consedit. Istrioꝝ gentē fama est originē a colchis ducere:missis ab Oeta rege ad argonautas raptoremq; filiæ persequēdos.qui vt a ponto intrauerunt istrum alueo Sai fluminis penitus inuecti vestigia argonautaꝝ insequentes naues suas humeris per iuga montiū vsq; ad littus Adriatici maris transtulerunt cognito ꝙ argonautæ idem propter longitudinem nauis priores fecissent:quos vt auectos colchi nō reperiunt siue metu regis:siue tędio longæ nauigationis iuxta Aquileiam consedere. Istriq; ex vocabulo amnis:quo a mari cōcesserant appellati Daci quoq; soboles getarum sunt: qui cum Olore rege aduersus Bastarnas male pugnassent:ob vltionem segniciæ capturi somnum capita loco pedum ponere iussu regis cogebantur ministeriaq; vxoribus: quæ ipsis antea fieri solebant facere. Neq; hæc ante mutata sunt:quam ignominiam bello acceptam virtute delerēt. Igitur Perseus cum imperio Philippi patris successisset:oēs has gentes aduersus Romanos in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusiam regem:ad quem Annibal post pacem antiocho a romanis datam profugerat:& Eumenem bellū ortum est quod prusias Annibalis fiducia rupto fœdere prior intulit. Nāq; Annib cū ab Antiocho romani inter cæteras conditiones pacis de .itionē eius deposcerēt:admonitus a rege in fugam versus cretam defertur vbi cum diu quietā vitam egisset inuidiosumq; se propter nimias opes videret amphoras plūbo repletas in templo dianę quasi fortunę suę pręsidia deposuit:atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate:quoniā velut pignus opes eius tenebant : ad Prusiam contendit:auro suo in statuis:quas secum portabat infuso ne conspectæ opes vitę suæ nocerent. Deinde cū Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset pręliūq; in mare transtulisset Annibal nouo cōmento Auctor victorię fuit. Nam omne serpētinum genus infictiles lagenas conijci iussit : medioq; prælio in naues hostiū mittit. Id primū pōticis ridiculum visum fictilibus dimicare:qui ferro nequeāt. Sed vbi serpētibus repleri naues cœpere ancipiti periculo circunuenti hosti victoriā cessere:quę vbi

Istria colchis orti.

Daci a getis

Prusia rex.

Annibalis fuga i cretā.

Annibalis ars.

Annibal ꝯrpentibus vincit.

Romæ nunciata sunt. missa a senatu sunt legati: qui vtrũq; regem in pacem cogerent: Annibalẽq; deposcerent: sed annibal recognita sumpto veneno legationẽ morte ꝑuenit. Insignis hic ãnus triũ toto orbe maximoꝝ imperatorum fuit mortibus Annibalis: Philopomenis & Scipionis africani. Ex quibus constat Annibalem nec cum italia cum romano tonantem imperio contremuit: Nec cum reuersus Carthiginem summũ imperium tenuit: aut cubantem cœnasse aut plus sextario vini indulcisse: pudititiamq;: eũ tantam inter tot captiuas habuisse: vt in Africa natum quis negaret. Modi rationis certę eius fuit: vt cum diuersarum gentium exercitus rexerit: neq; insidijs suorum militum sit petitus vnq̃ neq; fraude proditus: cum vtrũq; hostes sæpe tantassent.

Annibal Philopomenes Scipio africanus eodẽ tpe mortui. Annibalis laus.

¶ Iustini Histori Liber.xxxiiij.



Inore quidẽ reꝝ motu romani Macedonicũ quã punicũ bellum gesserũt: sed tanto clarius quãto nobilitate Macedones pœnos antecesserũt. Nã cum gloria orientis domiti: & auxilijs omniũ regum iuuabãt. Itaq; romani & legiones plures numero conscripserũt: & auxilia a Masinissa rege numidarũ cęterisq; socijs omnibus acciuerũt. Et Eumeni regi Bitinię denunciatum: vt bellum summis viribus iuuaret Perseo pręter Macedonicũ exercitum inuicte opinionis decennij belli sumptus a patre paratus in thesauris & in horreis erat: quibus rebus inflatus & oblitus paternę veterem Alexandri gloriam considerare suos iubebat. Prima congressio equitum fuit: qua victor Perseus suspensam omnium expectationẽ in fauorem sui traxit misit tamen legatos ad consulẽ: qui pacem peterẽt: quam patri suo Romani etiam victo dedissent: impensas belli lege victi suscepturus. Sed consul Sulpitius non minus graues q̃ victo leges dixit. Dum hæc aguntur metu tam periculosi belli Romani æmilium Paulũ cõsulem creant: eiq; extra ordinem Macedonicum bellum decernũt: qui cum ad exercitum venisset: non magnam moram pugne fecit. Pridie quam consereretur bellum luna nocte defecit: triste id ostentum perseo omnibus præsagientibus: finemq; Macedonici regni portendi vaticinantibus. In ea pugna. M. Cato catonis oratoris filius dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat equo delapsus pedestre prælium agreditur. Nam cadentem ma-

Macedonici belli apparatus.

Sulpitius consul. Æmilius Paul⁹

ca Osten

Mirabilis audacia.

nipulus hostium cum horrido clamore velut iacentem obtrunca turus circũsteterat. At ille citus corpore collecto magnas strages ædidit:cum ad vnum opprimendum vndecunq; hostes conuolarent: dum procerũ quẽdam petit gladius ei e manu elapsus in mediam cohortẽ hostium decidit:ad quem recuperandum vmbone se protegens inspectante vtroq; exercitu inter mucrones se hostium immersit:recollectoq; gladio multis vulneribus exceptis ad socios cum clamore omnium reuertitur. Huius audaciam cæteri imitari victoriam peperere. Perseus Rex fuga cum decẽ milibus talẽtum samothraciam defertur:quem Gneus Octauius ad persequendum missus a consule cum duobus filijs Alexandro & Philippo cœpit: captumq; ad consulem duxit. Macedonia a Carano qui primus in ea regnauit vsq; ad perseum triginta reges habuit. Quorum sub regno fuit quidem annis noningentis & viginti tribus:sed rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita. Ita cum in dicionem Romanorum cessisset: magistratibus p singulas ciuitates constitutis libera facta est: legesq; quibus adhuc vtitur:e paulo accepit. Aetolorum vniuersarium vrbiũ senatus cum coniugibus & liberis:qui dubia fide fuerant:romam missus ibi ne in patria aliquid nouare diu detentus:ægreq; per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato in patriã quisq; suam remissus est.

Persei fuga

Perseus cũ duobus filijs capit.

Quot macedonũ reges

Q̃ diu mace. floruit.

Iustini Historici. Liber. xxxiiij.

Achaici belli origo.

DOenis ac macedonibus subactis: ętolorumq; viribus principum captiuitate debilitatis: soli adhuc ex græcia vniuersa Achæi nimis potentes tunc tẽporis Romanis videbantur. non propter singularem. ciuitatũ nimias opes sed propter conspirationem vniuersaꝶ. Namq; Achei(licet per ciuitates veluti per mẽbra diuisi sint)vnũ tamen corpus & vnum imperium habent:singularumq; vrbium pericula mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur romanis causas belli tempestiue fortuna querelas Spartanorum obtulit: quorum agros achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis a senatu responsum est: legatos se ad inspiciendas res sociorum & ad iniuriam demendam in græciam missuros:sed legatis occulta mãdata data sunt: vt corpus Achęorum dissoluerẽt

singulasq; vrbes proprij iuris facerent:quo facilius ad obsequia cogerentur. & si quę vrbes contumaces essent frangerentur. Igitur legati omnium ciuitatum principibus euocatis Corynthum decretum senatus recitant quid consilij habeant aperiunt expedire omnibus dicunt. vt singule ciuitates leges suas & iura sua habeant. Quod vbi omnibus innotuit velut in furorē versi vniuersum peregrinum populum trucidant. legatos quoq; ipsos romanorum violassent:nisi audito tumultu trepidi fugissent. Hę vbi romæ nunciata sunt:statim senatus Mumio consuli bellum Achaicum decernit qui ex templo exercitu deportato & omnibus strēnue prouisis pugnandi copiam hostibus fecit. Sed acheis velut nihil negocij Romano bello suscepissent:neglecta omnia & soluta fuere. Itaq; prædam nō prēlium cogitantes & vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt:& coniuges liberosq; suos ad spectanda certamina in montibus posuerunt Sed prēlio cōmisso ante oculos suorū cęsi lugubre his spectaculum sui & grauem luctus memoriā reliquerunt. Cōiuges quoq; & liberi eorum de spectatoribus captiui facti:præda hostiū fuere vrbs ipsa corynthus diruitur:populus oīs sub corona venditur. vt hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarū rerum imponeret. Dum hęc aguntur rex Syrię antiochus Ptolomęo maiori sororis eius filio Regi ęgypti bellum infert:segni admodum & quotidiana luxuria ita marcidio. vt non solum regiæ maiestatis officia intermitteret:verum etiā sensu hominis nimia sagina careret. Pulsus igitur regno ad fratrem minorē Ptolomęum alexandriā cōfugit participatoq; cum eo regno Romā legatos ad senatū mittūt. Auxilia petunt. fidem societatis implorant. mouere senatū prēces fratrū. Mittitur igitur legatus. P. pompilius ad antiochū qui abstinere eum ęgypto aut si iā incessisset excedere iuberet. Cū in ęgypto eū inuenisset osculumq; ei rex obtulisset(Nā coluerat inter cęteros. P. Pōpilium antiochus cum romæ obses esset)Tunc Pōpilius facessere interitu priuatā amicitiam iubet:cum mandata patriæ intercedant:prolatoq; senatus decreto & tradito cū cunctari regem videret consulationēq; ad amicos referre:ibi Pōpilius virga quam in manu gerebat amplo circulo inclusum:vt amicos caperet consulere iubet: nec prius inde exire q̄ responsum senatui daret aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum. Adeoq; hæc animum regis fregit: vt pariturum se senatui responde

Legatorum romanorū oratio.

Mumius consul.

Acheorum temeritas.

Vincuntur achęi.

Corynthus diruitur.

Anti. in ęgyptos.

Ptolo. segnicies & fuga.

P. Pōpilius ad ātiochū

Priuata Publicis postponenda.

Antiochus moritur.
Demetrius obses aufugit.

Reuersus in regnū Antiochus decedit:relicto paruulo admodū filio:cui cum tutores dati a populo essent:patruus eius Demetrius:qui obses romę erat:cognita morte Antiochi fratris senatum adijt:obsidemq; se viuo fratre venisse: quo mortuo cuius obses sit se ignorare.Dimitti igitur se ad regnū petēdum æquū esse:qd̄ sicuti iure gentiū maiori fratri cesserit:ita nūc sibi per pupillū ætate antecedat deberi:cū se nō dimitti animaduerteret a senatu tacito iudicio tutius apud pupillū q̄ apud eū regnū futurū arbitrante specie venandi ab vrbe profectus hostis tacitus:cū fugę comitibus nauem conscendit.Delatus in Syriam secundo fauore oīm exipitur : regnūq; ei occiso pupillo a tutoribus traditur.Eodem tēpore ferme prusias rex Bithyniæ consilium cœpit interficiēdi

Regnat demetrius.

Nicomedis filijs:dū consulere studet minoribus filijs quos ex nouerca eius susceperat & romę habebat Sed res adolescēti ab hīs qui facinus susceperant:proditur:hortariq; sūt:vt crudelitate patris prouocatus occupet insidias:& in auctorē retorqueat scelus nec difficilis persuasio fuit.Igitur cū accitus in patris regnum venisset:statim rex appellatur.Prusias regno spoliatus a filio priuatusq; redditur:etiā a seruis deseritur.cū in latebris ageret non minori scelere q̄ filium occidi iusserat a filio interficitur.

Prusias a filio iterficit.

Iustini Historici.Liber.xxxv.



Ariarathes Cappadocus.

Emetrius occupato Syrię regno nouitatis suæ odiū periculosum ratus ampliare : fines regni statuit.etiam opes augere finitimorum bellis. Itaq; ariarathi regi Cappadociæ propter fastiditas sororis nuptias infestus fratrem eius Holofernem per iniuriā regno pulsum supplicem recepit. Datumq; sibi honestum belli titulum gratulatus eum restituere in regnum statuit.Sed Holofernes ingrato animo inita cum Antiochensibus pactione offensis tunc a Demetrio:pellere ipsum regno : a quo restituebatur : consilium accepit. Quo cognito Dęmetrius quidem vitæ eius ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur:pepercit ipsum autem compręhensum vinctum seleuciæ custodiri iubet Nec Antiochenses iudicio territi a defectione destiterunt.Itaq; adiuuantibus & Ptolomæo rege Attalo rege Asię & Ariarathe rege Cappadociæ bello etrio lacessitis subornāt Prompalū quēdā sortis extremæ

Holofernes

Holofer. carcere clau

iuuenē:qui Syrię velut paternū regnū armis repeteret:& ne qd cōtumelię deesset nomē ei Alexādri indicitur:genitusq; ab Antiocho rege dicitur. Tantū odiū Demetrij apud oēs erat:vt ęmulo eius nō vires regię tantū verūetiā generis nobilitas consensu omniū tribueretur. Igitur Alexāder admirabili varietate rerum pristinarum sordiū oblitus totius ferme orientis viribus succinctus bellū Demetrio infert:victūq; vita pariter ac regno spoliat quāq Demetrio nec animus in ꝓpuliando bello defuit. Nam & primo prelio hostē fugauit:& regibus bellū restituētibus multa milia cecidit in acie. Ad postremum tamē inuicto animo inter cōfertissimos hostes fortissime dimicans cecidit. Initio belli Demetrius duos filios apud hospitē suū Gnidiū cū magno auri pōdere demādauerat vt belli periculis eximerent:& si ita fors tulisset:vltioni paternę seruarent. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus audita Alexandri luxuria:quē Insperatæ opes & alienę fœlicitatis ornamēta velut captiuū inter scortorum greges desidē in regia tenebāt:auxiliātibus Cretēsibus securum ac nihil hostile metuentē aggreditur. Antiochēses quoq; veterē patris offēsam nouis meritis correcturi se ei tradunt. sed & milites paterni fauore iuuenis accensi prioris sacramenti religionē noui regis supbię preferentes signa ad Demetriū transferunt. atq; ita Alexāder nō minori impetu fortunę desertus quā elatus primo prælio victus interficitur:deditq; pœnas & Demetrio:quē occiderat:& Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

Prompalus alexāder cognominat.

Demetrius moritur.

Alexander moritur.

¶ Iustini Historici Liber.xxxvj.

RECuperato paterno regno Demetrius & ipse rerum successu corruptus vitijs adolescētię in segnitiē labit. tantūq; contēptū apud oēs inertię quantū odiū ex superbia pater habuerat contraxit. Itaq; cū ab imperio eius passim ciuitates deficerent ad abolendā segnitiæ maculā bellum parthis inferre statuit:cuius aduentū nō inuiti orientis populi videre:& ꝓpter Arsacidę regis parthorum crudelitatem:& ꝙ veteri macedonū imperio noui populi assueti supbiā indigne ferebāt. Itaq; cū & psarum & Elimæorum Bactrianorūq; auxilijs iuuaretur multis prelijs Parthos fudit Ad postremū tn̄ pacis simulatione deceptus capitur:traductusq; per ora ciuitatū populis q lu male

Demetrij inertia.

Arsasides M.x. Parthi fun

in ludibrium fauoris ostenditur. Missus deinde in hyrcaniā beni-
gne iuxta cultū pristinę fortunę habet. Dum hęc agunt: interim
Demetrius. in Syria Trifo qui se tutorem Antiocho Demetrij priuigno susti-
capitur. tui a populo laborauerat: occiso pupillo regnum Syriæ inuadit.
Quo diu potitus tandē exolescēte fauore recētis imperij ab An-
tiocho puero admodum Demetrij fratre qui in asia educabatur
bello vincitur. rursusq; regnū syriæ ad sobolem Demetrij reuer-
titur. Igit Antiochus memor q etiā pater ꝑpter supbiam inuisus
& frater propter segniciē contemptus fuisset: ne in eadē vicia inci
Cleopatra. deret: accepta in matrimoniū Cleopatra vxore fratris: ciuitates
quæ initio fraterni imperij defecerant: sūma industria persequit
domitasq; rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoq; q in ma-
cedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatē ven-
dicauerant: subigit. Quoꝝ vires tantę fuere: vt post hunc nullum
Iudæoꝝ ori Macedonū regē tulerint: domesticisq; imperijs vsi: syriā magnis
go. bellis infestauerint. Nāq; iudęis origo damascena: quę syrię nobi
Semyramis lissima ciuitas est: vnde & a syrijs regibus genus ex regia Semyra
Habraham mide fuit. nomen vrbi a damasco rege inditum cuius honore sy-
Moses. rij sepulchrū Arathis vxoris eius pro templo coluere: deamq; ex
Iudęi a iu- inde sanctissimę religionis habent. Post Damascum Habraham
da dicti. Moses: Israhel reges fuere. Sed Israelem fœlix decē filiorum ꝓ-
Ioseph. uentus maioribus suis clariorem facit. Itaq; populū in decem re-
gna diuisum filijs tradidit: omnesq; ex nomine Iudæ: qui post di
uisionem decesserat Iudęos appellauit: coliq; eius memoriam ab
oībus iussit. Eius portio oībus accesserat: minimusq; inter fratres
ætate Ioseph fuit: cuius excellēs ingeniū veriti fratres clam inter-
ceptum peregrinis mercatoribus vendiderūt. A quibus deporta
tus in ægyptū cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset
Ioseph som breui ipsi regi percarus fuit. Nā & prodigioꝝ sagacissimus erat
niorum in & somniorum primus intelligentiam condidit: nihilq; diuini iuris
terpres. humaniq; ei incognitū videbat. Adeo vt etiā sterilitatem agroꝝ
ante multos annos prouiderit perijssetq; omnis ægyptus fame
nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges ius-
sisset. Tantaq; experimenta eius fuerunt: vt nō ab hoīe sed a deo
In multis. responsa dari viderētur. Filius eius Moses fuit: quem etiam præ-
fallitur tro- ter paternę scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo commen
gus. dabat. Sed cū scabiem ægyptij & pruriginē paterentur responso
ǯ cū ægris: ne pæstis ad plures serperet: terminis ægypti

pellunt. Dux igitur exulũ factus sacra ægyptiorum furto abstulit quæ repetentes armis ægyptij domũ redire tempestatibus compulsi sunt. Itaq; Moses damascena patria antiqua repetita mõtẽ synęũ occupat in quo septem dierum ieiunio per deserta arabiæ cum populo suo fatigatus cum tandẽ venisset septimũ diem more gentis sabbatum appellatum in omne æuum ieiunio sacrauit: Quoniam ille dies famẽ illis erroremq; finierat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab ægypto meminerant: ne eadem causa inuisi apud incolas forent. cauerunt: ne cum peregrinis cõmunicarent: quod ex causa factum paulatim ĩ disciplinam religionẽq; cõuertit. Post Mosem etiam eius filius Aruas sacerdos sacris ęgyptijs mox rex creatur. Semperq; exide hic mos apud iudęos fuit: vt eosdem & reges & sacerdotes haberẽt: quorum iustitia religione permixta incredibile quantum coaluere opes genti ex vectigalibus opobalsami creuere: quod in his tantum regionibus gignitur. Est namq; vallis quæ continuis montibus velut muro quodam cincta est instar castrorum clauditur: spacium loci ducenta milia iugera nomine Hierico dicitur: in ea silua est & vbertate & amœnitate insignis. Siquidem palmeto & opobalsamo distiguitur & arbores opobalsami formam similem pyceis arboribus habent: nisi q; sunt humiles magis: & in vinearum more excoluntur: Hęc certo tẽpore anni balsamum sudant: sed non minor loci eius opacitatis q̃ vbertatis admiratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit: ibi tepida aeris naturalis quędam ac perpetua opacitas inest. In ea regione latus lacus est: qui propter magnitudinẽ & aquę immobilitatem mortuũ mare dicitur. Nam neq; vẽtis mouetur resistente turbinibus bitumine: quo aqua omnis stagnatur: Neq; nauigationis patiẽs est: quoniam omnia vita carentia in profundũ mergũtur: nec materiã vllã sustinet: nisi quę a lumine illustretur. Primus Xerxes rex persarum Iudęos domuit: Postea cum ipsis persis in ditionem Alexandri magni venere: diuq; in potestatem macedonici imperij fuere. a Demetrio cum desciuissent amicitia romanorũ petita primi omniũ ex oriẽtalibus libertatẽ receperũt: facile tũc Romanis de alieno largiẽtibus. Per eadem tẽpora: quibus ĩ Syria regni mutatio inter nouos reges alternabatur: in Asia rex Attalus florentissimum & ab Eumene patruo acceptum regnum cędibus amicorum & cognatorũ supplicijs cœdebat: nunc matrem anum: nunc Bironysem sponsũ male-

Institutio sabbati.

Fallit Trogus.

Opobalsamum.

Hierico vallis.

Mare mortuum.

Xerxes.

Attalus asię

Attali luctus. ficijs eorum necatus confingens. Post hanc scelestam violētię rabiē squalidā vestem sumit barbā capillūq; in modum reorū summittit non in publicum prodire nō populo se ostendere nō domi lætiora conuiuia inire aut aliquod signum sani hominis habere. Attali studium. prorsus vt pœnas pendere manibus interfectorum videretur: Omissa deinde regni administratione hortos fodiebat gramina seminabat: & noxia innoxijs permiscebat: eaq; omnia veneni succo infecta velut peculiare munus amicis mittebat. ab hoc studio ęrariæ artis fabricæ se tradidit: cæterisq; fingendis & ære fundendo procudendoq; oblectatur. matri deinde sepulchrum facere instituit. cui operi intentus morbum ex solis ardore contraxit: & septima die decessit. huius testamento hęres populus romanus tunc Attali mors instituitur. Sed erat ex Eumene Aristonicus non iusto matrimo Aristonicus nio sed ex pellice Ephesia Citharistæ cuiusdam filio genitus: qui asiā inuadit post mortem Attali velut paternum regnum inuasit asiam Cum multa secunda prælia aduersus ciuitates quæ metu romanorum Licinius cōsul occidit. se tradere ei nolebant fecisset: iustusq; rex iam videret. Asia Licinio Crasso consuli decernitur: qui intentior Attalice prædę q̄ bello cū extremo anni tempore inordinata acie pręlium cōseruisset Perpēna cōsul vincit. victus pœnas in cōsultę auariciæ sanguine dedit. In huius locum missus Perpenna cōsul prima cōgressione Aristonicum superatū in potestatem suam redegit: attalicasq; gazas hęreditarius populi Perpenna moritur. romani nauibus impositas romā deportauit: Quod ęgre ferens successor eius Marchus Aquilius consul ad eripiēdū Aristoni cū Perpennę perenne veluti sui potius triumphi munus esse deberet: festinata velocitate contendit. Sed contentionem consulum mors Perpennę diremit. Sic asia facta romanorum cum opibus suis vitia quoq; romam transmisit.

¶ Iustini Historici Liber. xxxvij.

Massilensiū gra apd romanos. CApto Aristonico massilenses pro Phocensibus cōditoribus suis: quorum vrbē senatus & omne nomen quod & tūc & ante Antiochi bello infesta cōtra populum romanum arma tulerant deleri iusserat: legatos romā misere deprecantes. veniamq; hijs a senatu obtinuere. Post hæc regibus: q ad uersus Aristonicū auxilia tulerāt: p̄mia psoluta Mithridati pōtico Syria minor: filijs Ariarathis regis cappadociæ: q eodē bello ceci

derat lycaonia & cilicia datę:fideliorq; populus romanus i socij filios q̃ mater in liberos fuit.Quippe huic paruulo auctũ regnũ inde vita adempta Nãq; Laodice ex numero sex filiorum: quos virilis sexus ex ariarathe rege susceperat:timẽs ne diutina regni administratione adultis qbusdã potiretur:quinq; parricidiali veneno necauit: vnũ paruulum sceleris matri cognatorũ custodia eripuit:qui post necem Laodices(nam propter crudelitatẽ eam populus extinxerat)solus regno potitus est. Mithridates quoq; repentina morte interceptus filiũ qui & ipse Mithridates dictus est reliquit:cuius ea postea magnitudo fuit:vt nõ sui tantum temporis:verumetiam superioris ætatis oẽs reges maiestate superauerit:bellaq; cum romanis per.xlvj.annos varia victoria gesserit Cum eum summi imperatores Sylla Luculus cæteriq; in summa Cneus pompeius ita vicerunt:vt maior clariorq; resurgeret instaurando prælio: dãnisq; suis terribilior redderetur.Deniq; ad postremum non vi hostili victus.sed voluntaria morte in auito regno senex hęrede filio decessit.Huius futuram magnitudinẽ etiam cælestia ostẽta prędixerant.Nam & quo genitus est anno & eo quod regnare primum cœpit stella cometes per vtrumq; tempus septuaginta diebus ita luxit:vt cęlum omne conflagrare videretur.Nam & magnitudine sui quartam partem cæli occupauerat:& fulgore sui solis nitorem vincerat:& cũ oriretur occũberetq; quattuor spatiũ horarũ cõsumebat.Puer tutorũ insidias passus est:qui eũ fero equo impositũ equitare iaculariq; cogebãt qui conatus cum eos fefellissent supra ętatẽ regente equum Mithridate:veneno eum appetiuere.Quod metuens Antidota sæpius bibit:& ita se aduersus insidias exquisitoribus remedijs stanauit:vt ne volens quidem senex veneno mori potuerit Timẽs deinde ne inimici quod veneno nõ poterant:ferro peragerẽt venandi studium finxit.Quapropter quattuor ãnos neq; vrbis neq; ruris tecto vsus est:sed per siluas vagatus est: & diuersis montium regionibus pernoctabat:ignaris om̃ibus quibus esset locis assuetus feras cursu aut fugere aut persequi cum quibusdã etiam viribus congredi: quibus rebus & insidias vitauit:& corpus ad omnem virtutis patientiam durauit. Ad regni deinde administrationem cum accessisset statim non de regendo sed de augendo regno cogitauit.Itaq; scythas inuictos antea qui Zopiriona Alexandri magni ducem cum triginta milibus armatorũ deleue

Laodices parricidiũ.

Laodice extinguitur. Mithridates.

Mithridatis industria.

Mit.victoriæ.

rant:qui Cyrũ persarũ regem cũ ducẽtis milibus armatorum trucidauerant:qui Philippũ macedonũ regẽ fugauerãt:ingenti foelicitate perdomuit. Auctus igit viribus pontũ quoq; ac deinceps Cappadociã occupauit. Asiã cũ quibusdã amicis tacitus a regno profectus nemine sciente peruagatus est omniũq; vrbium situs ac regiones cognouit. Inde Bithyniam transcendit: & quasi iam dominus Asiæ oportuna quæq; victori & suæ metatus est. Post

Laodices scelus.

hęc in regnũ cũ iam perijsse crederetur reuersus est: inuento paruulo filio quẽ per absentiã eius Laodice soror vxorq; enixa fuerat: sed inter gratulationem post longã peregrinationem aduentus sui & filij geniti veneno periclitatus est. Siquidẽ Laodice soror cũ perijsse eũ crederet in concubitus amicorũ proiecta quasi amissum facinus maiore scelere tegere posset venenũ aduenięti parauit. Quod cum ex ancilla Mithridates cognouisset: facinus in auctores vindicauit. Hyeme deinde imminẽte nõ in cõuiuio sed in campo: non in vacationibus: sed in exercitationibus: nec inter sodales: sed inter æquales: aut equo: aut cursu: aut viribus cõtendebat. Exercitũ quoq; suũ ad parem laboris patientiã quotidiana exercitatione durabat: atq; ita inuictus ipse in expugnabilẽ exercitum fecerat. Inita deinde cũ Nicomede societate Pa-

Paphlagoniã inuadit.

phlagoniã inuadit: victãq; cũ socio diuidit: quam cum teneri a regibus senatui nunciatũ esset legatos ad vtrũq; misit: qui gentem restitui in pristinum statum iuberent. Mithridates cum se parem iam magnitudini romanorum crederet superbo responso hæreditarium patri suo regnum obuenisse respondit: mirariq; se quæ ei controuersia relata non fuerit sibi referant. Nec territus minis

Nicomedis fraus.

Galatiam quoq; occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure nõ poterat: iusto regi redditurum respõdit. Atq; ita filium suum mutato nomine Philomene Paphlagonum regum nomine appellat: & quasi stirpi regiæ reddidisset regnum falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati romam reuertuntur.

¶Iustini Historici. Liber. xxxviij.

Mithridatis parricidia.

Mithridates parricidia a necevxoris auspicatus sororis alterius Laodices filios: cuius virum Ariarathem regem cappadocię per gordium insidijs occiderat: tollendos statuit: nihil actũ morte patris existimans: si adolescẽtes paternum regnum: cuius

ille cupiditate flagrabat occupassent. Igitur dum in his occupationibus versatur: interim Nicomedes rex Bithynię vacuam morte regis cappadociam inuadit. Quod cum nunciatum Mithridati fuisset per simulationem pietatis auxilia sorori ad pellendũ cappadocia Nicomedem mittit. Sed iam Laodice per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. Quod ęgre ferẽs Mithridates presidia Nicomedis cappadocia expellit: regnumq; sororis filio restituit. egregium prorsus factũ nisi subsecuta fraus esset. Siquidem interiectis diebus simulat se Gordium: quo ministro vsus in Ariarathe interficiendo fuerat: restituere in patriã velle: sperãs si obsisteret adolescens. causas belli futuras: aut si permitteret per eũdem filium tolli posse per quem interfecerat patrem quod vbi Ariarathes iunior moliri cognouit: indignæ ferens interfectorem patris per auunculum potissime ab exilio reuocari: ingentẽ exercitum contrahit. Igitur cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia equitum decem milia currus falcatos: donec Ariarathi auxiliantibus finitimis regibus minores copiæ essent: incertũ belli timens consilia ad insidias transfert sollicitatoq; iuuene ad colloquium cum ferrum occultatum inter fascias gereret: scrutatori ab Ariarathe regio more misso curiosius imum ven pertrectanti ait: caueret ne aliud tælum inueniret q̃ quæreret. atq; ita risu protectis insidijs euocatum ab amicis velut in secretum sermonem spectante vtroq; excitu interficit: regnũ cappadocię octo annorum filio imposito Ariarathis nomine: additoq; ei rectore Gordio tradit. Sed cappadoces crudelitate ac libidine præfatorum vexati a Mithridate deficiunt: fratremq; regis & ipsum Ariarathem nomine ab Asia vbi educabatur reuocant: cum quo Mithridates prælium renouat: victumq; cappadociæ regno expellit. Nec multo post ex ęgritudine adolescens collecta infirmitate decedit. post huius mortem. Nicomedes timens: ne Mithridates accessione cappadocię etiam bithyniam finitimam inuaderet: subornat puerum eximiæ pulchritudinis quasi Ariarathes tres non duos filios genuisset: qui a senatu romano paternum regnum peteret. Vxorem quoq; Laodicen romam mittit ad testimonium triũ ex Ariarathe susceptorum filiorũ: quod vbi Mithridates cognouit: & ipse pari impudentia Gordiũ romam mittit: qui senatui assereret puerum cui Cappadocię regnũ tradiderat ex eo Ariarathe genitũ. qui bello aristonico auxilia romanis ferẽs ceci-

Nicomedes cappadociã inuadit.

Mithridatis fraus.

Mithridates Ariarathẽ dolo occidit.

Laodices testimoniũ.

Cappadoces & paphlagones donati liber regē postulat.

differ:sed senatus studia regum intelligens aliena regna falsis nominibus dare noluit: & Mithridati cappadociā & Nicomedi ad solatium eius Paphlagoniā ademit. ac ne contumelia regū foret ademptum illis: quod alijs daretur: vterq; populus libertati donatus est. Sed cappadoces munus libertatis abnuentes negant viuere gentē sine rege posse. Atq; ita rex illis a senatu Ariobarzanes constituitur. Erat eo tempore Tigranes rex armeniȩ obses a parthis ante nō multum tempus datus: nec olim ab ijsdem in regnū paternum remissus. Hunc Mithridates ad societem Romani belli quod olim meditabatur. pellicere cupiebat Nihil igit̄ de offensa Romanorum sentientem per Gordium impellit: vt Ariobarzani segni admodum bellum infert: & nequis dolus subesse videretur filiam suam Cleopatram ei in matrimonium tradidit. Primo ergo aduentu Tigranis Ariobarzanes sublatis rebus suis Romā contēdit. Atq; ita per Tigranem rursus cappadocia iuris esse Mithridatis cœpit. Eodem tempore mortuo Nicomede etiam filius eius & ipse Nicomedes regno a Mithridate pellitur qui cum supplex Romam venisset: decernitur in senatu: vt vterq; in regnum suum restituatur: in quod tamen missi Aquilius Mallius & Maltinus legati. His cognitis Mithridates societatem cum Tigrane bellum aduersus Romanos gesturus iungit: pactiq; inter se sunt: vt vrbes agriq; Mithridati: homines vero & quæcunq; auferre possent Tigrani cederent. Post hæc Mithridates intelligens quantū bellum suscitaret legatos ad Cymbros alios Gallo græcos & Sarmatas Bactranasq; auxilium petitum mittit. Nam omnes has gētes cum Romanum meditaretur bellum varijs beneficiorum muneribus iam ante illexerat. Ab scythia quoq; exercitum venire iubet: omnemq; orientem aduersus Romanos armat. Non igitur magno labore Aquilium & Malthinum asiano exercitu instructos vicit: quibus simul cum Nicomede pulsis ingenti fauore ciuitatum excipitur: militum ibi auri argentiq; studio veterum regum magnūq; belli apparatum inuenit: quibus īstructus debita ciuitatibus publica & priuata remittit: & vacationē quinquēnio concedit. Tūc ad cōcionem milites vocat: eosq; varijs exhortationibus ad romana bella siue asiana incitat. Quam orationē dignā duci cuius exemplum breuitati huius operis insererē quā obliquā pōpeius Trogus exposuit: quoniam in Liuio & Salustio reprȩhendit: quod conciones direptas pro sua oratione operi suo inse-

Cleopatra

Mit. Romanorū exercitū superat.

Quid Trogus Liuio & salustio reprehenderit.

rendo historię modum excesserint. Optandū sibi fuisse ait: vt de eo liceret consulere: bellū ne sit cum Romanis an pax habenda: quin vero sit resistendū impugnantibus: nec eos quidem dubitare qui spe victoriæ careant. quippe aduersus latrones si nequeāt pro salute: pro vltione tamen sua omnes ferrum stringere. Cæterūq; nō id agitur: an liceat quiescere: non tantum animo hostiliter sed etiam pręlio congressus cansulere: qua ratione ac spe cœpta bella sustineant: esse tamen sibi victoriæ fiduciā: si sit illis animus. Romanosq; vinci posse cognitū non sibi magis quam ipsis militibus: qui & in bithynia Aquiliū & Malthiniū in cappadocia fuderint. ac si quidem aliena magis exempla quam sua experimenta moueant: audire se a Pyrrho rege epiri nō amplius quam quinq; milibus Macedonū instructo fusos tribus prælijs Romanos Audire Annibalem sexdecim annos italiæ victorem immoratum. & quin ipsam caperet vrbem: non romanorū illi vires obstitisse: sed domesticę ęmulationis atq; inuidię studiū. audire populos transalpinæ galliæ italiam ingressos maximus eam plurimisq; vrbibus possidere: & latius aliquāto solū finiū quā in Asiā: quæ dicatur in bellis eosdem gallos occupasse: nec victam solum dici Romam a gallis sed etiam captam. Ita vt vnius illis montis tātum cacumen relinqueretur: nec bello hostē/sed ꝑcio remotū: gallorum autē nomen: quod semper romanos terruit: in partē viriū suarum ipse habeat. Nā hos qui Asiā incolunt gallos ab illis: qui italiam occupauerāt sedibus tātum distare: originem quidē ac virtutem genusq; pugnæ idem habere: tantoq; his sagaciora esse ingenia quam illis quanto longiori ac difficiliori spacio per illyricum thraciāq; prodierūt pœnę operiosius transitis illorū finibus quam vbi consedere possessis. Iam ipsam italiam audire se nunq̄ vt roma condita sit satis illi pacatam: sed assidue per omnes annos pro libertate alios contra quosdam etiam pro iure imperij bellis continuis perseuerasse ꝙ a multis ciuitatibus italiæ deletos Romanorum exercitus ferri a quibusdam nouo cōtumeliæ more sub iugum missos: ac ne veteribus immoremur exemplis: hoc ipso tēpore vniuersam italiam bello marsico consurrexisse non iam libertatē: sed consortiū imperij ciuitatisq; poscentem: Nec grauius vicino italię bello quā domesticis principum factionibus vrbem premi: multoq; periculosius accessisse italico ciuile bellum: simul & germania cymbro immensam illam ferorum: atq; immitium populorum more pro-

A quibus Romani victi.

Galli i asia.

Marsicum bellum.

Terribiles cymbri.

cellę inundasse italiam:quorum tā & si singula bella sustinere Romani possent:vniuersis tamen obruantur vt ne vacaturos quidē bello suo putent. Vtendum igit̄ occasione & rapienda incrementa virium: ne si illis occupatis quieuerint: mox aduersus vacuos & quietos magis negocium habeant. Non enim quæritur an capiēda sint arma: sed vtrum sua potius occasione an illorum nam bellum equidem iam tūc secum ab illis geri cœptum: cum sibi pupillo maiorem Phrigiam ademerit:quam patri suo pręmium dati aduersum aristonicum auxilij concesserant. gentemq; quam & pauo suo Mithridati seleucus Callinicus i dotē dedisset. Qui cū paphlagonia se decedere iusserunt:nō alterum illud genus belli fuisse:quę non vi non armis:sed adoptione testamenti/&. regum domesticorum interitu hęreditaria patri suo obuenisset:cū inter hāc decretorum amaritudinem parendo non tamen eos mitigarent: quin acerbius se in dies gerant non obtinuisse quod enim a se nō prębitum illis obsequiū. nō Phrigiam paphlagoniāq; dimissos:non cappadocia filium eductum: quem iure gentium victor occupauerat. Raptam tamen sibi esse victoriam eius ab illis quorum nihil est nisi bello quæsitum: nō regē bythinię Creston i quē senatus arma decreuerat.a se in gratiam illorum occisum: tamen nihilo minus imputari sibi:si qua Gordius aut tigranes faciat:libertatem etiam in cōtumeliam sui a senatu vltro delatam cappadociæ quā reliquis gentibus abstulerunt. deinde populo Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orantem ideo tanq̄ amicus suus esset non obtinuisse. Nicomedem præcepto illorum bellum sibi intulisse quia inultus ierit Mithridates:ab ipsis vētum obuiam:& nunc eam secum bellandi causam illis fore: q̄ non impune se Nicomedi lacerandum Saltatricis filio præbuerit. Quippe nō delicta regnum illos: sed vires ac maiestatem insequi: neq; in se vno sed i alijs quoq; omnibus ac semper arte grassatos:sic & auum suum Farnacem per cognitionū arbitria succidaneum regi Pergameno Eumeni datum. Sic rursus Eumenem: cuius classibus primum in asia fuere transuecti: cuius exercitu magis quam suo & magnum Antiochum/& gallos i Asia/ & mox in Macedonia regē Persem domuerant: & ipm pro hoste habitū eiq; interdictū italia:& quod cum ipso deforme sibi putauerant:cū filio eius Aristonico bellum gessisse.nullius apud eos maiora quam Massinissę regis Numidarum haberi merita,Huic imputari victū Anni-

Callinicus.

Creston rex bithyniæ.

Farnax Pergamenus.

balem huic captum Syphacem: huic carthaginẽ deletam: huic inter duos illos africanos tertium seruatorem vrbis referri: tamen cum huius nepote bellum modo in africa gestum: adeo inexpiabile vt ne victum quidem memoriæ patris donaret quin carcerẽ ac triumphi spectaculum experiretur. Hanc illos omnibus regibus legem odiorum dixisse. scilicet quia ipsi tales reges habuerit quorum etiam nominibus erubescãt: aut pastores aboriginũ: aut haruspices sabinorum: aut exules corynthiorum: aut seruos vernasque Tuscorum: aut & quod honoratissimũ nomen fuit inter hos superbos: atque vt ipsi ferunt conditores suos lupæ vberibus alitos: sic omnem illũ populũ luporũ animos habere inexplebiles sanguinis atque imperij: diuitiarumque auidos ac ieiunos. Se aũt seu nobilitate illis cõparetur: clariorẽ illa colluuie conuenatum esse qui paternos maiores suos a Cyro Darioque conditoribus persici regni maternos a magno Alexandro ac Nicanore Seleuco conditoribus imperij Macedonici referat: sed populis eorum conferat suos earum se gentiũ esse. quę non modo romano imperio sint pares sed macedonico quoque obstiterint. Nullã subiectarum sibi gẽtium expertem peregrina imperia: nullis vnquam nisi domesticis regibus paruisse. Cappadociam velint an Paphlagoniam recẽsere: rursus pontũ in bithyniã: itẽque armeniam maiorẽ minoremque quarum gẽtium nullã neque Alexãder ille qui totã pacauit Asiã: nec quisquã successorum eius: aut posterorum attigisset Scythiam duos vnquam ante se reges nõ pacare: sed tantum intrare ausos Darium & Philippũ: ægre inde fugam sibi expedisse: vnde ipse magnã partem aduersus romanos virium haberet: multoque se timidius ac diffidentius bella pontica ingressum: cum ipse rudis ac tyro esset. Scythæ pręter arma virtutẽque animi: locorũ quoque solitudinibus vel frigoribus instructę: per quod denunciaretur ingens militia labor ac periculũ: inter quas difficultates ne spes quidem pręmij foret ex hoste vago: nec tantũ pecunię sed etiam cędis inopię: nunc se diuersam belli conditionẽ ingredi. Nam neque cœlo Asiæ esse temperantius aliud. nec solo fertilius: nec vrbium multitudine amœnius: magnamque temporis partem nõ vt militiam: sed vt festum diem acturos. bello dubium facili magis an vberi si modo: aut proximas regni attalici opes: aut veteres lydię ionięque audierint. quas non expugnatum eant sed possessum: tantumque auida Asia vt etiam vocibus vocet adeo illis odium romanorum incussit rapa

Origo romanorum ignobilis.

Mithridatis generosa origo.

Qui prius scythiam inuaserunt.

Asianę delitię.

citas proconſulum:exactio publicanoꝝ:calumniȩ litium.Sequã tur ſe modo fortiter & colligant:quid ſe duce poſſit efficere tantus exercitus:quem ſine cuiuſquam militum auxilio ſua & vnius opera viderint.Cappadociam cȩſo rege cœpiſſe:qui ſolus mortalium pontum omnem ſcythiamq; pacauit:quã nemo ante tranſire tuto atq; adire potuerit.Namq; iuſtitiȩ atq; liberalitatis ſuæ ne ipſos milites quin experiãtur teſtes effugere:& illa iuditia habere ꝙ ſolus regum omnium non paterna ſolum verumetiam externa regna hȩreditatibus propter munificentiã acquiſita poſſideat colchos Paphlagoniã Boſphorum:Sic excitatis militibus

Bellũ in romanos.

poſt annos.xxxiij.ſumpti regni:in romana bella deſcendit Atq; in ægypto mortuo rege Ptolomȩo ei qui Cirenis regnabat Ptolomæo:per legatos regnũ & vxor Cleopatra regina ſoror ipſius defertur.Lȩtus igitur hoc ſolo Ptolomȩus:quod ſine certaminẽ fraternũ regnum recepiſſet:ꝙ ſubornari & a matre Cleopatra & fauore principum patris filiũ cognouerat:cæteꝝ infeſtus oĩbus

Ptolomȩi ſcelus.

ſtatim vbi Alexandriã ingreſſus eſt:fautores pueri trucidari iuſſit ipſum quoq; die nuptiarum:quibus matrem eius in matrimoniũ recipiebat:inter apparatus epularũ:& ſolẽnia religionũ in cõplexu matris interficit:atq; ita thorum ſororis cæde filij eius cruentus aſcendit.Poſt quod non mitior in populares:qui eum in regnum vocauerant fuit.Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data:omnia ſanguine quotidie manabant:ipſamq; ſororẽ filia eius virgine per vim ſtuprata & in matrimonium adſcita repudiat:quibus rebus territus populus in diuerſa labitur patriãq; metu mortis exul relinquit.Solus igitur in tanta vrbe cum ſuis relictus Ptolomæus:cum regem ſe non hominũ ſed vacuarũ ædiũ videret.edicto peregrinos ſollicitat:quibus cõfluentibus obuius legatis romanorum Scipioni africano:& Spurio mummio:&.L. Metello:qui ad inſpicienda ſociorũ regna veniebant:procedit. Sed quã cruentus ciuibus omnibus tam rediculus romanis fuit Erat enim & vultu deformis & ſtatura breuis & ſagina vẽtris nõ homini ſed beluȩ ſimilis:quã fœditatẽ nimia ſubtilitas & perlucida veſtis augebat ꝓrſus quaſi aſtu inſpicienda prȩberent:quæ omni ſtudio occultanda pudibũdo viro erãt.Poſt diſceſſum deinde legatorũ:quoꝝ Africanus dũ aſpicit vrbẽ ſpectaculo Alexãdrinis fuit Ptolomæus iam etiam populo peregrino inuiſus cum filio:quẽ ex ſorore ſuſceperat:& cum vxore matris pellice metu

Ro.legati ad Ptolomȩum.

insidiarum tacitus in exiliũ ꝑficiscitur.cõtractoq; mercennario exercitu bellũ sorori pariter ac patriæ infert. Accersitũ maximũ deinde Syrenis filiũ ne eũ Alexandrini cõtra se regẽ crearent:interficit Tunc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factũ studio sororis existimans:filiũ quẽ ex ea susceperat:interficit:corpusq; in membra diuisum & in cista impositum matri die natali eius inter epulas afferri curat Quæ rex non reginę tantum verumetiã vniuerse ciuitati acerba & luctuosa fuit:tantumq; mœrorem festiuissimo conuiuio intulit:vt regia oĩs repentino luctu incenderetur.Verso igitur studio principũ ab epulis in exequias membra lacerata populo ostendunt: & quid sperare de rege suo debeant filij cęde demonstrant.Finito luctu orbitatis Cleopatra cum vrgeri se fraterno bello videret:auxilium a Demetrio petit Syrię rege per legatos eius.cuius ipsi varij & memorabiles casus fuere.Namq; Demetrius(vt supra dictum est)cum bellum parthis intulisset:& multis congressionibus victor fuisset:repente circunuētus insidijs amisso exercitu capitur.Cui Arsacides parthorum Rex magno & regio animo misso in Bithyniam nõ cultum tantum regium præstitit:sed & filiam in matrimonium dedit.Regnumq; Syrię:quod per absentiam eius Trypho occupauerat restiturum permittit.Post huius mortem desperatio reditus non ferens captiuitatem Demetrius priuatam & si opulentam vitam pertæsus tacitus in regnum fugam meditatur:Hortator illi ac comes Calimander amicus erat:qui post captiuitatem eius a Syria per arabiæ deserta ducibus pecunia cõparatis parthico habitu Babyloniam peruenerat.Sed fugiẽtem phrahates qui Arsacidę successerat equitum celeritate per compendiosos tramites occupatum retrahit.Vt est deductus ad regem Calimandrum quidẽ non tantum venia verumetiam præmium fidei datum demetriũ autem & grauiter castigatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit & arctioribus custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent:eodem amico comite repetita fuga est:sed pari infœlicitate ꝓpe fines regni sui repræhenditur:ac denuo perductus ad regem vt inuisus a cõspectu summouetur.Tunc quoq; vxori & liberis donatus in hyrcaniam pęnalem sibi ciuitatem donatam remittitur:talisq; aureis ad exprobationẽ puerilis leuitatis donatur.sed hanc tam parthorum mitem in Demetrium clementiam non misericordia gentis

Pto.parricidia.

Demetrius capitur.

Darij demetrij casus.

nec respectu cognationis faciebat: sed ꝙ Syrię regnum affecta-bant: vsuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem. prout res vel tempus vel fortuna belli exegisset. His auditis Antiochus occu-perandum bellum ratus exercitum quem multis finitimorũ bel-lis indurauerat: aduersus Parthos ducit sed luxuriæ non minor apparatus quam militiæ fuit. Quippe viij. milia armatorum secu-ta sunt trecenta lixarum: ex quibus coquorum pistrorum: scæni-corumq; maior numerus fuit. argenti certe auriq; tantum: vt etiã gregarij milites caligas auro figerent: proculcarentq; materiam cuius amore populi ferro dimicãt: culinarum quoq; argentea in-strumenta fuere prorsus quasi ad epulas non ad bella pergerent.

Audi lixaꝝ numerum.

Aduenienti Antiocho multi orientales Reges occurrere traden-tes se regnaq; sua cum execratione superbię parthicę: nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus pręlijs victor Babyloniam cũ occupasset magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficiẽ-tibus populis: nihil parthis relictũ pręter: patrios fines fuit. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cũ parthico pręsidio mittit: vt eo pacto Antiochus ad sua tuenda a parthia reuocaretur. Interim quoniam viribus non poterat: insi-dijs Antiochum vbiq; tentabat: propter multitudinem hominũ omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna di-uiserat: quę res exitij causa fuit. Nam cũ grauari se copiarum pręe-bitione & iniurijs militũ ciuitates viderent: ad parthos deficiunt: & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent aggrediuntur quę cũ nunciata An-tiocho essent auxilium proximis laturus: Cum ea manu quæ se-cum hyemabat progreditur. In itinere obuium regem parthoꝝ habuit: aduersum quem fortius q̃ exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cum virtute hostes vincerent: metu suorum desertus occiditur. cui Phrahates exequias regio more fecit: filiã q; Demetrij: quam secum Antiochus adduxerat captus amore virginis vxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrij cœpit ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter misis-set. Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inue-nerunt. frustraq; omnia conati ad regem suum reuersi sunt.

Antiochi successus.

Antiochi interitus.

¶ Iustini Historici. Liber. xxxix.


Ntiocho in parthia cum exercitu deleto: Frater eius Demetrius obsidiõe parthoꝝ liberatus/ac restitutus in regnũ. cum omnis Syria in luctu ꝓpter amissum exercitum esset/quasi parthica ipsius ac fratris bella: quibus alter captus: alter occisus erat: prospere gessissent: ita ægypto bellum inferre statuit: regnũ ęgypti Cleopatra socru p̄cium auxilij aduersus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat vt assolet fieri: propria per defectionem Syriæ amisit Siquidem Antiochẽses primi duce Triphone execrantes superbiã regis: quæ conuersatione parthicę crudelitatis intolerabilis facta erat: mox Apamẽnij cęteręq; ciuitates exẽplum secutę: ꝑ absentiã regis a Demetrio defecere. Ptolomæus vero rex ægypti bello ab eodẽ petitus/ cũ cognouisset Cleopatrã sororẽ suã opibus ægypti nauibus impositis ad filiam & Demetriũ generũ in Syriam profugisse. immittit iuuenẽ quẽdam ęgyptiũ Protharchi negociatoris filiũ: qui regnũ Syriæ armis peteret. Et cõposita fabula quasi per adoptionẽ Antiochi regis receptus in familiã regiã esset: nec syrijs quẽlibet regẽ aspnantibus ne Demetrij paterenť supbiam: nomẽ iuueni Alexãdri imponiť: auxiliaq; ab ægypto ingẽtia mittuntur Interea corpus Antiochi interfecti a rege parthorũ i loculo argẽteo in sepulturã in Syriã remissum puenit: qđ cum ingenti studio ciuitatum: & regis Alexẽdri ad firmandẽ fabulę fidẽ excipiť: quæ res illi magnũ fauorẽ popularium cõciliauit: omnibus non fictas in eo sed veras lachrymas existimantibus. Demetrius autẽ victus ab Alexandroꝝ vndiq; circũstãtibus malis p̄mereť: ad postremũ etiã ab vxore filijsq; deseriť. Relictus igiť cũ paucis seruulis: cum Tyrum religione tẽpli se defensurus petisset: naui egrediẽs p̄fecti iussu interficiť. Alter ex filijs Seleucus: quoniã sine matris auctoritate diadęma sumpsisset: ab eadem interficitur. Aliter ex filijs cui ꝓpter nasi magnitudinẽ cognomẽ Grypho fuit: rex a mr̃e hactenus constituitur: vt nomẽ regis penes filium: ius autem omnis imperij penes matrẽ esset. Sed Alexander occupato Syriæ regno timens ex successu reꝝ sperne iã etiam ip̃m Ptolomæũ: a quo fuerat in regno ornatus: superba insolentia cœpit Itaq; Ptolomæus reconciliata sororis gratia destituere Alexandri regnum: quod odio Demetrij viribus suis acquisierat: summis operibus instituit. Mittit ergo in græciam Grypho auxilia: & filiam Grypinam

Syrię defectio a Demetrio.

Gryphus.

Grypho nupturam: vt populos in auxilium nepotis nõ societate tantũ belli verũetiam affinitate sua sollicitaret: nec res frustra fuit: Nã cum omnes Gryphum instructum ægyptijs viribus viderent paulatim ab Alexandro deficere cœpere. Fit deinde inter eos p̃∕liũ: quo victus Alexander Antiochiã profugit. Ibi inops pecuniæ cum stipendia militibus deessent: in templo Iouis solidum ex au∕ro victoriæ signũ tolli iubet: facetis iocis sacrilegium circũscribens. Nã victoriam cõmodatã sibi a ioue esse dicebat. Interiectis dein∕de diebus cum ipsius Iouis aureũ simulachrũ infiniti ponderis ta cite euelli iussisset: deprensusq; in sacrilegio concursu multitudinis in fugam esset versus magna vi tẽpestatis oppessus ac desertus a suis a latronibus capitur: perductusq; ad Gryphum interficitur. Gryphus porro recuperato patrio regno externisq; periculis libe∕ratus insidijs matris appetitur: quæ cum cupiditate dominatio∕nis prodito marito Demetrio & altero filio interfecto huius quo∕q; victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret venienti ab exercitatione veneni poculum obtulit. Sed Gryphus prædictis ante iam insidijs veluti pietate cum matre certaret: bibere ipsam iubet: abnuẽti instat. Postremum prælato indice eam arguit: solã defensionem sceleris superesse affirmans si bibat: quod filio obtu lit. Sic victa regina scelere i se verso: veneno: quod alij parauerat extinguit. Parta igitur regni securitate Gryphus octo annis quie∕tem & ipse habuit: & regno suo præstitit. Natus deide illi est æmu lus regni frater ipsius Cyricœnus eadẽ matre genitus sed ex An∕tiocho patruo susceptus: quem cum veneno tollere voluisset: vt maturius cum eodem armis de regno contenderet: excitauit. In∕ter has regni syriæ parricidiales discordias morit rex ægypti Pto∕lomæus regno ægypti vxori & alteri filio: quem illa legisset relicto videlicet quasi quietior ægypti status q̃ syriæ regnum esset: cum mater altero ex filijs electo alterum hostem esset habitura. Igitur cum pronior in minorem filium esset a populo compellitur maio∕rem eligere: cui prius q̃ regnum daret vxorem ademit: compulsũ q; repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram minorem soro∕rem Seleucem ducere iubet: non materno inter filias iudicio cum alteri maritum eriperet: alteri daret Cleopatram vero nõ tam a vi ro repudiata q̃ a matre diuortio viri dimissa Cyricœno in syria nu bit: eiq; ne nudum nomen vxoris afferret exercitum Cypri sollici tatum velut dotalem ad maritũ deducit. Par igitur viribus iam fa

Alexandri sacrilegiũ.

Mater veneno qđ filio parauerat extingait.

Cleopatra cyricœno nubit.

ctis Cyricœnus prælium committit:ac victus in fugã conuertitur Antiochiamq; venit. Tũc Antiochiam Gryphus:in qua erat Cyricœni vxor Cleopatra obsidere cœpit:qua capta Gryphina vxor Gryphi nihil antiquius quã sororẽ Cleopatram requiri iussit: nõ vt captiuæ opem ferret: sed ne effugere captiuitatis mala posset: quæ sui æmulatione ĩ hoc potissimum regnum inuaserit: hostisq; sororis nubendo:hostem se eius effecerit:tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos:cum repudiatum a fratre contra matris volũtatem extra ægiptum nuptam accusat. cõtra Gryphus orare ne tam fœdum facinus facere cogatur a nullo vnq̃ maiorum suorum ĩter tot domestica bella:tot externa post victoriam in fœminas sæuitum: quas sexus ipse & periculis bellorum & sęuitię victoꝝ eximat. In hac vero præter cõmune bellantium nephas accedere necessitudinẽ sanguinis. Quippe ipsius quę tã cruente sæuiat sororem equidẽ germanã esse suam vero cõsobrinã liberorum:deide cõmunium materterã. His tot necessitatibus sanguinis adijcit superstitionem tẽpli: quo abdita ꝓfugerit:tantoq; religiosius colendos deos sibi:quo magis his propicijs:ac fauẽtibus vicisset: tum neq; occisa illa se virium quicquã Cyricœno dempturũ: nec seruaturum reddita. Sed quãto Gryphus abnuit tanto soror muliebri pertinatia accenditur: rata nõ misericordiæ hæc verba: sed amoris esse. Itaq; vocatis ipsa militibus mittit qui sororẽ confoderent:qui vt in templũ intrauerunt cum euellere eã non possent manus amplexantes deæ simulachrum præciderũt Tunc Cleopatra execratione patricidiarum mandata violatis numinibus in vltionẽ sui decidit. Nec multopost repetita pręlij congressione victor Cyricœnus vxorẽ Gryphi Gryphinã quæ paulo ante sororem interfecerat: capit: eiusq; supplicio vxoris manibus parentauit. At in ægypto Cleopatra cum grauaretur socio regni filio Ptolomęo populũ in eũ incitat. abductaq; ei Seleuce vxore eo indignius: quod ex Seleuce iam duos filios habebat: exulare cogit: Accersito minori filio Alexandro: & rege in locum fratris constituto:nec filium regno expulisse contenta bello cypri exulãtẽ persequitur. Vnde pulso interficit ducẽ exercitus sui. qꝫ viuũ eũ e manibus emisisset. quãq̃ Ptolomæus verecundia materni belli non viribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus hac matris crudelitate: & ipse eam reliquit:periculoso regno securam ac tutam vitam anteponẽs. Cleopatra vero timens ne maior

Cleopatra minor occidit a sorore

Cleopatra maior a filio occidit.

filius Ptolomęus ab Cyricœno ad recuperādū ęgyptū auxilijs iuuaret ingētia Grypho auxilia & Seleucem vxorem nupturā hosti prioris mariti mittit: Alexandrūq; filiū per legatos ī regnum reuocat. cui cum occultis insidijs exitium machinaret occupata ab eodem interficitur: spiritumq; non fato: sed parricidio dedit. digna prorsus hac mortis infamia: q̄ etiam matrem toto expulit: & duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit & filio alteri in exiliū acto bellū intulit alteri erepo regno exitium p insidias machinata est. Sed nec Alexandro cædes tā nefanda multa fuit. Nā vbi primū comptum est p scelus filij matrem interfectam cōcursu populi in exiliū agit. Reuocatoq; Ptolomęo ī regnum redditur: qui neq; cū matre bellum gerere voluisset: nec a fratre armis repetere: quod prior possedisset. Dum hęc aguntur fratre eius ex pellice susceptus: cui pater Cyrenarū regnum testamēto reliquerat: hęrede populo romano instituto decessit. Iā enim fortuna romana porrigere: sed ad orientalia regna non contenta italiæ terminis cœperet. Itaq; & ea pars lybiæ pro uincia facta est postea creta: siciliaq; piratico bello perdomitæ in formem prouincię rediguntur. Quo pacto & syrię: & ęgypti regna vicinitat romana arctata. Quę incrementa de finitimis bellis quęrere solebant: adempto vagandi arbitrio vires suas in perniciē suam cōuerterunt: adeo vt assiduis prælijs cōsumpti in cōtemptum finitimorū venerint: prędęq; arabum genti imbelli antea fuerint: quorum rex Herotimus fiducia sexcētorum quos filiorum ex pellicibus susceperat diuisis exercitibus nunc ęgyptum/nunc Syriā infestabat: magnūq; nomen arabum viribus finitimorum exanguibus fecerat.

Hierotimus sexcētos habuit filios.

¶Iustini Historici. Liber. XL.



Vtuis fratrum odijs: & mox filiorū inimicitijs parentū succedentibus: cū inexpiabili bello & reges: & regnum syrię consumptū esset ad externa populus auxilia cōcurrit: peregrinosq; sibi reges circūspicere cœpit Itaq; cū pars Mithridatem pōticum. pars Ptolomęum ab ægypto arcessendum censeret occurreretq; & Mithridates implicitus bello romano esset Ptolomæus quoq; hostis Syriæ semper fuisset: omnes in Tigranem regem Armeniæ consenserunt: instructum præter domesticas vires parthica societate & Mithridatis affinitate. Igitur

Tigranes syrię rex cōstituit.

accitas in regnum Syriæ per octodecim annos tranquillissimo regno potitus est:neq; bello aliū lacessere: neq; lacessitus inferre alij bellū necesse habuit. Sed sicut ab hostibus thura syria fuit ita terrę motu vastata est:quo.clxx.hominum milia/& multæ vrbes perierunt. Q đ prodigiū mutationē rerum portendere haurispices respōderunt:Igitur Tigrane a Lucullo victo rex Syrię Antiochus Cyricœni filius ab eodem lucullo appellatur. Sed quod Lucullus dederat:postea ademit Pompeius.qui poscenti regnū respondit:ne volenti quidē syrię nedū recusanti daturum se regem qui.xviij.annos.quibus Tigranes syriam tenuit:in angulo cilicię latuerit. Victo autem eodē Tigrane a Romanis alieni opus præmia postulet. Igitur vt habenti regnum non ademerit:ita quo cesserit Tigrani non daturum:quod tueri nesciat ne rursus syriam iudeorum & arabum latrocinijs infestam reddat. Atq; ita syriam in prouinciæ formam redigit:paulatimq; oriens romanorum discordia consanguineorum regum factus est.

Motus terrę pernitiosissimus.

Syria romanorum fuit puincia.

¶Iustini Historici. Liber. XLI.

Parthi penes quos velut diuisione orbis cum romanis facta nunc oriētis imperium est:scytharum exules fuerūt. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur scythico sermone parthi exules dicuntur. Hi & assyriorum:& medorum temporibus inter orientales populos obscurissimi fuere. Postea quoq; cum imperium oriētis a medis ad persas translatum est: veluti vulgus sine nomine præda victorum fuere. Postremo macedonibus triūphato oriēte seruierunt:vt cuiuis mirum videatur:ad tantam eos fœlicitatē per virtutem profectos:vt imperent gentibus sub quarum imperio veluti seruile vulgus fuere. A romanis quoq; trinis bellis per maximos duces florentissimis temporibus lacessiti soli ex omnibus gentibus:non solum pares:verumetiam victores fuere: q̄q̄ plus gloriæ sit inter assyria & medica/persicaq; memorata olim regna:& opulentissimum mille vrbium Bactrianum imperium emergere potuisse:quam longinqua bella vicisse. Præterea cum grauibus scyticis & vicinalibus bellis assiduis vexati varijsq; periculorum certaminibus vrgerentur: hi domesticis seditionibus scythia pulsi solitudines inter hyrcaniā & dachas & areos & spartanos:& Maianos furtim occupauere fines. Deinde non interce

Parthorum vetustas.

dentibus primo finitimis:postea etiam prohibentibus in tantum protulere:vt non immensa tantum iam ac profunda camporꝫ verumetiam prærupta collium monitũq; ardua occupauerint. Ex quo fit vt parthiæ plæraq; finium aut æstus:aut frigoris magnitudo possideat:quippe cum mõtes nix:& campos æstus infestet Administratio gẽtis post defectioné macedonici imperij sub regibus fuit Proximus maiestati regum populoꝫ ordo est:ex hoc duces in bello:ex hoc rectores in pace habentur. Sermo his inter scyticum medumq; medius & vtriusq; mixtus:vestis olim sui moris:postea q̃ accessere opes vt medis: perlucida ac fluida armorum patrius ac scythius mos. Exercitum non vt aliæ gentes liberorum:sed maiorem partem seruorum habent. Quorum vulgus nulli manumittendi potestate permissa ac per hoc omnibus seruis nascentibus in dies crescit:hos pari cura ac liberos suos habent:& equitare & sagittare magna industria docent. Locupletissimus vt quisq; est: ita plures in bello equites regi suo præbet. Deniq; Anthonio bellum parthis inferenti cũ.L.milia equitum occurrerent soli.dccc.liberi fuere. Comminus in acie prẹliari nesciunt:obsessasq; expugnare vrbes:ꝓugnant autem procurrentibus equis aut terga dantibus:sæpe etiam fugam simulant: vt incautiores aduersus vulnera insequentes habeant:signum his in prælio non tuba sed tympano datur: nec pugnare diu possunt. Cẹterum intolerandi forent. si quantus his impetus est:vis tanta & perseuerantia esset. Plẹrumq; in ipso ardore certaminis prẹlia deserunt ac paulopost pugnam ex fuga repetũt:& cum maxime vicisse te putes tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentũ ipsis equisq; loricẹ plumatẹ sunt:quẹ vtrũq; toto corpore regunt Auri argentiq; nullus nisi in armis vsus. Vxoresq; dulcedine variæ libidinis singuli plures habent:nec vlla delicta adulterijs grauius vindicãt. Quamobrẽ fœminis nõ cõuiuia tantum virorum verumetiã conspectũ interdicũt. Carne nõ nisi venatibus quẹsita vescunť. Equis omni tempore vectanť:illis bella illis conuiuia illis publica ac priuata officia obeunt. super illos ire consistere. mercari colloqui. Hoc deniq; discrimẽ inter seruos liberosq; esse ꝙ serui pedibus liberi non nisi equis incedunt. Sepultura vulgo aut auium/aut canum laniatus est. Nuda demũ ossa terra obruuntur. In superstitionibus a cura deoꝫ prẹcipua omnibus veneratio est Ingenia genti tumida seditiosa fraudulenta procatia.

Parthiæ situs.

Parthicus sermo.

Parthorum bellandi ratio.

Adulteria seuere a parthis vindicantur.

Parthanorum sepul[...]a aues [...]es.

quippe violentiam viris/ mansuetudinem mulieribus assignant. Semper aut in externos aut i domesticos motus inquieti: natura taciti:ad faciendũ quã ad dicendum prõptiores. Proinde secũda aduersaq; silentio regunt. Principibus metu non pudore parẽt:in libidinem proiecti: in cibum parci: fides dictis promissisq; nulla: nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri magni cum inter successores eius orientis regna diuiderentur nullo macedonũ di/gnante parthorum imperium Satagenori externo socio traditur. Satagenor. Hi postea seductis macedonibus in bellũ ciuile cum cęteris supe/rioris asię populis Eumenẽ secuti sunt:quo victo ad Antigonum transire. Post hunc a Nicanore seleuco: ac mox ab Antiocho & successoribus eius possessi:a cuius pro nepote seleuco primum de fecere. Primo punico bello Lucio manilio pisone Attilio regulo consulibus huius defectionis impunitatẽ illis duoꝝ fratrum regũ Seleuci & Antiochi discordia dedit: qui dum sibi inuicem eripe/re regnum volunt psequi defectores amiserunt. Eodẽ tẽpore etiã Theodotus mille vrbium Bactrianoꝝ præfectus defecit:regemq; se appellari iussit:quod exemplum secuti totius orientis populi a macedonibus defecere. Erat eo tempore Arsaces vir sicut incer tę originis:ita virtutis expertæ. His solitus latrocinijs & rapto vi/uere: accepta opinione Seleucum a gallis in asia victum solutus regis metu cum ꝑdonum manu parthos ingressus præfectũ eoꝝ Andragoram oppressit:sublatoq; eo imperiũ gentis inuasit Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoq; regnum occu pauit:atq; ita duarum ciuitatum imperio præditus grãdem exer/citum parat metu Seleuci/ & Theodoti Bactrianorum regis. Sed cito morte Theodoti metu liberatur:cum filio eius:& ipso Theo/doto foedus:ac pacem fecit. nec multo post cum Seleuco rege ad defectores persequendos veniente congressus victor fuit:quẽ diẽ parthi exinde solẽnem velut initiũ libertatis obseruant. Reuoca/to deinde Seleuco nouis motibus in Asiam dato laxamẽto regnũ parthicum format: militem legit: castella munit. ciuitates firmat vrbem quoq; nomine claram in monte thaborteno condit:cuius loci ea cõditio est: vt neq; munitius quicquã esse: neq; amoenius possit. Ita enim & præruptis rupibus vndiq; cingitur vt tutela lo/ci nullis defensoribus egeat: & soli circũiacentis tanta vbertas est vt proprijs opibus expleatur. iam fontiũ:ac siluarum ea copia est: vt & aquarum abũdantia irrigetur: & venationum voluptatibus

Bactriani mille vrbes habuere.

Vrbis situs.

exornetur. sic Arsaces quęsito simul constitutoq; regno non minus memorabilis parthis: q̃ persicis Cyrus macedonibus Alexāder: Romanis Romulus: matura senectute decedit: cuius memoriæ hunc honorem parthi tribuerũt: vt omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent. Huius filius & successor regni Arsaces & ipē nomine aduersus Antiochum seleuci filium. C. milibus peditum &. xx. milibus equitum ĩstructus: mira virtute pugnauit: ad postremũ i societate eius assumptus est. Tertius parthis rex Pāpacius fuit: sed & ipse Arsaces dictus. nam sicut supra dictum est omnes reges suos hoc nomine sicuti romani cæsares augustosq; cognominauerunt. His actis in regno. xij. annis decessit: relictis duobus filijs Mithridate & pharnace: quorum maior Pharnaces more gentis hæres regni mardos validā gẽtem bello domuit: nec multo post decessit: multis filijs relictis. quibus pręteritis fratri potissimum Mithridati insignis virtutis viro reliquit imperium: plus regno q̃ patrio deberi nomini ratus potiusq; patrię q̃ liberis consulendum. Eodem ferme tempore sicut in parthis Mithridates ita in Bactris Eucratides magni vterq; viri regna ineũt. Sed parthorum fortuna fœlicior ad summum hoc duce imperij fastigium eos perduxit. Bactriani autem per varia bella iactati nõ regnum tantum verũetiam libertatem amiserunt si quidem Sogdianorũ & Dranganitanorũ indorũq; bellis fatigari: ad postremũ ab inualidioribus parthis velut exãgues oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna virtute gessit: quibus attritus cũ obsidionẽ Demetrij regis indorũ pateretur cũ. ccc. militibus. lx. milia hostiũ assiduis eruptionibus vicit. Quinto itaq; mẽse libertatus indiam in potestatẽ redegit. Vnde cum se reciperet a filio / quem socium regni fecerat. in itinere interficitur: qui nõ dissimulato parricidio velut hostẽ non patrẽ interfecisset: & per sanguinem eius currum egit: & corpus abijci insepultũ iussit. Dum hęc apud bactros gerũtur interim inter parthos & medos bellũ oritur: cũ varius vtriusq; populi casus fuisset: ad postremum victoria penes parthos fuit: His viribus auctus Mithridates mediæ bachasum in regno præponit: ipse in hyrcaniam ꝓficiscitur. Vnde reuersus bellum cum Elimeorũ rege gessit: quo victo hanc quoq; gentem regno adiecit: imperiũq; parthorũ a monte caucaso multis populis in ditionẽ redactis vsq; ad flumẽ Eufratẽ ꝓtulit. Atq; ita aduersa valitudine arreptus: nõ minor Arsace ꝓauo gloriosa senectute decessit.

Bactrianorũ regnũ. Eucratides a filio interficitur.

¶ Iustini Historici. Liber.XLII.

POst necem Mithridatis parthorum regis Phrahates filius rex constituitur: qui cum inferre bellum in vltionem tentati ab Antiocho parthici regni tyrię statuisset: scytharum motibus ad sua defendenda reuocatur: namq; scythæ in auxilium parthorum aduersus Antiochum syriæ regem mercede sollicitati/cum confecto iã bello superuenissēt in calumnia tardius lati auxilij mercede fraudarentur: dolentes tantum ijs itineris frustræ mensum: cum vel stipendium pro vexatione vel alium hostem dari poscerent: superbo responso offensi fines Parthorum vastare cœperunt. Igitur phrahates cum aduersus scythas proficiscitur ad tutelam regni reliquit Hymerum quendam pueritiæ sibi flore conciliatum qui tyrannica crudelitate oblitus & vitæ præteritæ/& vicarij officij Babylonis multasq; alias ciuitates importune vexauit. Ipse autem phrahates exercitum græcorum quem bello antiochi captũ crudeliter superbeq; tractauerat: in bellum secũ ducit: immemor prorsus: q hostiles eorum animos: nec captiuitas minuerat: & insuper iniuriarum indignitas exacerbauerat: Itaq; cum inclinatã parthorum aciem vidissent: arma ad hostes transtulerunt: & diu cupitã captiuitatis vltionē exercitus parthici/& ipsius Phrahatis regis cruenta cęde executi sunt. In huius locum Arthabanus patruus eius rex substituit: scytę aũt cõtenti victoria depopulata parthia in patriam reuertuntur. Sed Arthabanus bello colchatarijs illato in brachio vulneratus statim decedit. Huic Mithridates filius succedit: cui res gestę magnũ cognomē dedere. Quippe claritatē parentũ ęmulatiōe virtutis accēsus animi magnitudine supergredit. Multa igit bella cũ finitimis magna virtute gessit. multosq; populos Parthico regno addidit. Sed & cum scytis prospere aliquotiens dimicauit: vltorq; iniurię parentum fuit: ad postremum Attoadisti armeniorum regi bellum intulit. Sed quoniam ad armeniam transitũ facinus origo eius paulo altius repetenda est. Neq; enim silentio pręteriti tantũ regnũ fas est: cũ fines eius post parthiam omniũ regnorum magnitudinem superent. Siquidem armenia a Cappadocia vsq; vndecies centena milia ad mare caspiũ patet: sed in latitudine milia passuum septingenta porrigitur condita est autem ab armenio Iasonis Thessali comite: quem cũ perdere propter insignem periculosamq; regno suo virtutem

Phrahates rex.

Arthabanus.

Armenij regni & gētis origo.

Attende quæ de Iasone & Medæa Trogus.

Pelias rex cuperet: denũciata militia in colchos eum abire iubet pellemq; arietis memorabilẽ gẽtibus reportare: sperans interitũ viri: aut ex periculo tam longę nauigationis: aut ex bello tam pro fundæ barbariæ. Igitur Iason diuulgata opinione tam gloriosæ expeditionis cum ad eum certatim principes iuuentutis totius ferme orbis concurrerent exercitum fortissimorũ virorũ: qui argo nautę cognominati sunt cõparauit. quem cum magnis rebus ge stis incolumẽ reduxisset: rursus a Peliæ filijs thessalia pulsus ma gna vi cum ingenti multitudine: quæ ad famam virtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat comite Medæa vxore: quam repudiatam miseratiõe exilij rursum receperat: & Medęo priuigno ab ægæo rege Athenensium genito colchos repetiuit socerũq; etiam regno pulsum restituit. Magna deinde bella cum finitimis gessit: captasq; ciuitates partim regno soceri ad abolen dam superioris militiæ iniuriam qua filiam eius Medæam abdu xerat & filium ægæi ægialum interficerat: adiunxit: partim po pulis: quos secum adduxerat assignauit. Primus humanorũ post Herculem: & liberum: qui reges orientis fuisse traduntur: eam cœ li plagam domuisse dicitur. populus quibusdam phrigium: & Ansi stratum aurigas Castoris & Pollucis duces assignauit. cum albanis fœdus percussit: qui Herculem ex italia ab Albano mõte cum Geryone extincto armenta eius per italiam duceret secuti dicũtur quiq; memores italicæ originis exercitum Cn. Pompei bello Mithridatico fratres salutauere. Itaq; Iasoni totus ferme orientis vt conditori diuinos honores: templaq; constituit. quæ Parmenion dux Alexãdri magni post multos annos dirui iussit ne cuiusq̃ nomen in oriente venerabilius q̃ Alexandri esset. Post mortem Iasonis Medus ęmulus virtutis eius in honorem matris mediam vrbem condidit: regnumq; ex nomine suo medorum constituit: sub cuius maiestatem orientis postea imperium fuit.

Medorum nomen armenius.

Albanis vicinæ amazones sunt: quarum reginã Thalestrem con cubitum Alexãdri petisse multi auctores prodidere. Armenius quoq; ... ipse Thessalus vnus de numero ducum Iasonis recolle cta multitudine: quę amisso iasone rege passim vagabatur. Arme niam condidit a cuius montibus tigris fluuius modicis primo in crementis nascitur Interiecto deinde aliquanto spacio sub terras mergitur atq; ita post. xxv. milia passuum grande iam flumen in regiõe Sophone emergit. ac si in paludes Eufratis recipit. Igitur

Armenia Tigris.

Mithridates rex parthorum post bellum armeniæ propter crudelitatem a senatu parthico regno pellitur. Frater eius Herodes cum regnum vacans occupasset Babyloniam: quo Mithridates cõfugerat diu obsidet: & fame coactos in deditionẽ oppidanos compellit. Mithridates autem fiducia cognationis vltro se in potestatem Herodis tradit. Sed herodes plus hostem q̃ fratrem cogitans in conspectu suo trucidari eum iussit: & post hæc bella cum romanis gessit: Crassumq; imperatorem cum filio: & omni exercitu romano deleuit. Huius filius Pacoris missus ad persequendas Romani belli reliquias magnis rebus in syria gestis in parthiam patri susceptus reuocatur: quo abscente exercitus parthorum relictus in syria a cassio quęstore crassi cum omnibus ducibus trucidatur His itaq; gestis non magno post tempore romanis inter Cæsarem Pompeiumq; ciuile bellum oritur: in quo Parthi Pompeianarum partium fuere: & ꝓpter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico iunctam: & propter Crassi necem cuius filium in partibus cęsaris esse audierant: quem vltorem patris victore cęsare futurum non dubitabant. Itaq; victis partibus Pompeianis: & Cassio: & Bruto auxilia aduersus augustũ & Antonium misere. Et post belli finem rursum Pacoro duce cum labieno initia societate syriã / & asiam vastauere. Castraq; ventidij: qui post Cassium absente Pacoro exercitum parthicum fuderat magna mole aggrediuntur. sed ille simulato timore diu se continuit: & insultare porthos aliquantisper passus est. Ad postremũ in securos / lætosq; partem legionum emisit: quarum impetu fusi parthi in diuersa abiere. Pacorus cum fugiẽtes suos abduxisse secum legiones romanas putaret: castra Ventidij veluti sine defensoribus aggreditur. Tunc ventidius reliqua parte legionum emissa vniuersam parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec vllo bello parthi vnq̃ maius vulnus acceperunt.

Herodes parthorum rex.

M. Crassus.

Ventidius Parthos cũ rege occidit

¶ Hęc cum nunciata in parthia essent Herodes pater Pecori: qui pauloante vastatam syriam occupatam Asiam a parthis audierat: victorem Pacorũ romanorum gloriabatur: re[...]ente filij morte & exercitus clade audita ex dolore ad furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quemq̃: non cibum sumere: non vocem mittere: ita vt mutus factus videretur. Post multos deinde dies vbi dolor vocem laxauerat: nihil aliud q̃ pacorum vocabat. Pacorus illi videri. Pacorus audiri videbatur: cum illo lo-

qui cum illo consistere.interdum quasi amissum flebiliter dolebat.Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandū senē inuadit:quem ex numero.xxx.filiorum in locum Pacoro regem cōstituat.Multę pellices ex quibus generata tanta iuuentus erat. pro suis quoq; quęq; sollicitę animum senis obsidebant.sed fatū parthię fecit:in qua iam quasi solēne est reges parricidas haberi. vt sceleratissimus omnium/& ipse Phrahates nomine statueret Itaq; statim quasi nollet mori patrē interfecit:fratres quoq;.xxx. trucidat sed nec in filijs cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret:ne esset:qui nominati rex posset adultum filium interfici iubet.Huic Antonius ꝓpter auxilium aduersus se/& Cęsarem latum bellum cū sedecim validissimis legioni ciuibus intulit:sed grauiter multis prælijs vexatus a parthia refugit:qua victoria insolentior Phrahates redditus cum multa crudeliter consuleret :in exilium a populo suo pellitur.Itaq; cum magno tempore finitimas ciuitates : & ad postremū scythias pręcibus fatigasset:scytarum maximo auxilio in regnum restituitur.Hoc absente regem parthi Tyridatem quendam cōstituerant:qui audito scytharum aduentu magna amicorum manu ad Cęsarem in hispaniam bellum tunc temporis gerētem profugit obsidem Cęsari minimiū filium Phrahatis ferens: quem negligentius custoditum rapuerat.Quo cognito Phrahates legatos statim ad Cæsarem mittit:seruum suum Tyridatem & filium remitti sibi postulat.Cæsar & legatione Phrahatis audita & Tyridatis postulatis cognitis(Nam & ipse restitui in regnū desiderabat iuris Romanorum futuram Parthiam affirmans si eius regnum muneris eorum fuisset)neq; Tyridatem dediturum se Parthis dixit:neq; aduersus parthos Tyridati auxilia daturum ne tamen a Cæsare nihil per omnia obtentum videretur:& Phrahati filium sine precio remisit:& Tyridati quoad manere apud Romanos vellet:opulentum sumptum præberi iussit.post hęc finito hispano bello:cum in syriam ad componendum orientis statum [illegible]uenisset: metum Phrahati iniunxit: ne bellum parthiæ vellet inferre.Itaq; tota parthia captiui ex cassiano siue Antonij exercitu recollecti: signaq; cum his militaria augusto remissa. Sed & filij nepotesq; Phrahatis obsides augusto dati plusq; Cæsar magnitudine nominis sui fecit : quam armis alius imperator facere potuisset.

Patricidia.

Bellum aduersus phrahatem.

Tyridates.

Signa ro. crasso adēpta augusto remittuntur

¶Iustini Historici Liber. XLIII.

PArthicis orientalibusq; ac totius propemodum orbis rebus expeditis ad initia Romanæ vrbis Trogus velut post longuam peregrinationem domum reuertitur in grati ciuis officium existimans si cū omnium gentium res gestas lustrauerit de sola tantum patria taceat. Breuiter igitur initia romani imperij perstringit: vt nec modum ꝓpositi operis excedat: nec vtiq; origine vrbis: quæ est caput totius orbis silentio prætermittat. Italiæ cultores primi aborigines fuere: quorum rex Saturnus tātæ iustitiæ fuisse dicitur: vt neq; seruierit sub illo quisq̄: neq; quicq̄: priuatæ rei habuerit: sed omnia communia: & indiuisa omnibus fuerint: veluti vnum cunctis patrimonium esset. Ob cuius exempli memoriam cautum est: vt saturnalibus exęquato omniū iure passim in conuiuijs serui cum dominis recumbant. Itaq; italia regis nomine saturnia appellata est: & mons quem inhabitabat Saturnus: in quo nunc veluti a Ioue pulso sedibus suis saturno capitolium est. Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferūt: sub quo Euander ab Archadiæ vrbe pallanteo in italiam cū mediocri turba popularium venit. cui Faunus & agros: & montem: quē ille postea pallatinū appellauit benigne assignauit. In huius radicibus templum lycęo quem gręci pana: romani lupercum appellant constituit ipsum dei simulacrū nudum caprina pelle amictum est: quo habitu nunc Romę lupercalibus decurretur. Fauno fuit vxor nomine Fatua: quæ assidue diuino spiritu impleta velut per furorem futura pręmonebat: vnde adhuc qui inspirari solent fatuari dicuntur. ex filia Fauni & Hercule qui eodem tempore extincto Geryone armenta victorię præmia per italiam ducebat stupro conceptus latinus procreatur / quo tenente regnū Aeneas ab Ilio Troia a gręcis expugnata in italiam venit: statimq; pręlio exceptus / cum i aciem exercitū eduxisset: & ad colloquium vocatus tantam admirationē sui latino præbuit: vt in societatem regni reciperetur: & lauinia in matrimonium data ei gener asciscęretur. Post hæc cōmune vtriusq; bellum aduersus Turnum rutulorum regem propter fraudatas Lauinię nuptias fuit: in quo & Turnus & latinus interierunt. Igitur cum ęneas iure victoriæ vtroq; populo potiretur: vrbē ex nomine vxoris Lauiniæ condidit Bellum deinde aduersus Mezentiū regem ethruscorum gessit: in quo cum ipse occidisset: in locū ejus Ascanius filius successit: qui lauinio relicto

Antiquus italię status
Saturnus.
Faunus.
Euāder.
Fatua
Fatuari.

longam albam cōdidit: quæ trecentis annis caput regni fuit post multos deinde vrbis huius reges ad postremū Numitor & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cū in ætate potiorē Numitorem oppressisset filiam eius Rheam in perpetuum virginitatē ne quis vindex regni sexus virilis ex genere Numitoris oriretur demersit: addita iniurię specie honoris: vt non damnata: sed sacerdos electa videretur. Igitur clausa in luco martis sacro duos pueros in incertum stupro: an ex marte conceptos enixa est: quo cognito Amulius multiplicato metu pro ventu duorum pueros exponi iubet: & puellam vinculis onerat ex quorū iniuria decessit: Sed fortuna origini romanę prospiciens pueros Lupę alēdos obtulit: quæ amissis catulis distenta vbera exinanire cupiens nutricem se infantibus prębuit: cum sępius ad paruulos veluti ad catulos reuerterēt tem Faustulus pastor animaduertit: subtractosq; fere inter greges pecorum agresti vita nutriuit. martios pueros fuisse siue ꝙ a lupa quæ in tutela martis est nutriti veluti manifestis argumentis creditum est Nomina pueris: alteri Remo alteri Romulo fuere adultis inter pastores de virtute quottidiana certamina & vires: & pernicitatem auxere. Igitur cum latrones a rapina pecorum industrię frequenterq; summouerēt. Remus ab ijsdem latronibus captus: & veluti ipse esset: quod in alijs prohibebat: regi offertur: crimini datur quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc a rege in vltionem Numitori traditur. Sed numitor adolescētiam iuuenis permotus & in suspicionē expositi nepotis: adductus eū cū nunc liniamētorum filię similitudo: nūc ętas expositionis temporibus congruens anxium repente teneret faustulus cum Romulo superuenit: a quo origine cognita puerorum facta conspiratione: & adolescētes in vltionem maternæ necis & Numitor in vindictam capti regni armantur. Occiso Amulio regnum Numitori restituitur: & ibi vrbs roma ab adolescentibus cōditur. Tunc & senatus centum seniorum: qui patres dicti sunt. cōstituit[ur] ... unc & vicinis connubia pastorum dedignantibus virgines sabinæ rap[iu]ntur: finitimisq; populis armis subiectis primū Italiæ mox orbis imperium quæsitum. Per ea adhuc tempora reges hastas pro diadæmate habeant quas græci sceptra pixere. Nam & ab origine rerum pro dijs immortalibus veteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriam adhuc deorum simulacris hastæ adduntur. temporibus Tarquini regis ex Asia pho

Rhea.

Lupæ.

Remus capitur.

Roma conditur.

Senatus.

Tarquinij tēpora.

censium iuuentus hostio thyberis inuecta amicitiã cũ Romanis iunxit.inde in vltimos galliæ sinus nauibus profecta Massiliã inter ligures & feras gentes gallorum condidit:magnasq; res: siue dũ armis se aduersus gallicã feritatẽ tuentur:siue dum vltro lacessunt.a quibus fuerant ante lacessiti gesserunt:Nãq; phocenses ex ignauitate ac matiæ terræ coacti:studiosius mare q̃ terras exercuerunt.piscando mercãdo plerũq; etiã latrocinio maris quod illis tẽporibus gloria habebat̃:vitã tolerabant.Itaq; in vltimã oceani oram: ꝓcedere ausi in sinũ gallicũ hostio Rhodani amnis deuenere:cuius loci amœnitate capti reuersi domũ referentes quę viderant plures sollicitauere duces classi Furius & Peranus fuere Itaq; ad regẽ Segoregiorũ Senanũ nomine in cuius finibus vrbẽ condere gestiebãt amicitiã petentes cõueniunt.Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiaꝝ Gyptis filię erat:quã more gentis electo inter epulas genero nuptum tradere illic parabat Itaq; cum ad nuptias inuitati oẽs processissent:rogant̃:& græci hospites ad conuiuiũ.Introducta deinde virgo cum iuberetur a patre aquã porrigere ei:quẽ virũ eligeret:tũc omissis omnibus ad græcos conuersa aquã Perano porrigit:qui factus ex hospite gener locũ condendę vrbis a socero accepit Cõdita igitur Massilia est prope hostia rhodani amnis in remoto sinu veluti in angulo maris.Sed ligures incrementis vrbis inuidentes grę cos assiduis bellis fatigabant.Qui pericula propulsando in tantum enituerunt: vt victis hostibus in capertinis agris multas colonias constituerent.Ab his igitur galli & vsum vitę cultioris deposita & mansuefacta barbaria:& agrorum cultus:& vrbes mœnibus cingere didicerunt.Tunc & legibus nõ armis viuere:tũc & vitem putare tũc oliuã facere cõsueuerunt.Adeoq; & magnus & hominibus & rebus impositus est nitor:vt non græcia in galliam emigrasse:sed gallia in græciã translata videret̃. Mortuo rege Senano Segoregiorũ:a quo locus acceptus c[o]ndendę vrbis fuerat:cũ regno filius eius successisset Cõmanus affirmãte regulo quodã q[ui] massiliã exitio finitimis populis futuram oppri[m]endãq; ortu ne mox validior ipsum obrueret:subnectit & illam fa canẽ aliquãdo partu grauidã locũ a pastore percario pe quo pareret:quo obtento iterato petijsse:vt sibi edu loco catulos liceret: ad postremũ adultis catulis f co pręsidio ꝓprietatẽ loci sibi vẽdicasse.Non

Massilię cõditio.

Furius.

Peranus.

Insperate nuptiæ.

Fabula.

qui nunc inquilini videantur quãdoq; dominos regionum futu
ros. His incitatus rex insidias Massiliensibus extruit. Ita solenni

Floralia apud massilienses.

floraliorum die multos fortes ac strennuos viros hospiti iure mi
sit in vrbem. Plures sirpis latentes frondibusq; super tectos indu
ci vehiculis iubet: & ipse cum exercitu in proximis montibus de
litescit vt cum nocte prędictis apertę portę forent tempestiue ad
insidias adesset: vrbemq; somno ac viuo sepultam armati inuade
rent. Sed hac insidias mulier quædam regis cognata prodidit.
quę adulterari cum gręco adolescente solita in amplexu iuuenis
miserata formã eius insidias aparuit: periculũq; declinare iubet.
Ille rem statim ad magistratus defert: atq; ita patefactis insidijs li
gures compręhẽduntur: latentesq; de sirpis protrahũtur: quibus

Comani regis iteritus.

omnibus interfectis insidianti regi insidię tenduntur. Cæsa sunt
cum ipso rege hostiũ. vij. milia. Exinde massilienses festis diebus
portas claudere. vigilias agere: statiõẽ in muris obseruare: pere
grinos recognoscere: curas habere: ac veluti bellum habeant. sic
vrbẽ pacis tẽporibus custodire: adeo illic bene instituta nõ tem
porũ necessitate: sed recte faciẽdi cõsuetudine seruant. Post hæc
illis magna cum liguribus magna cũ gallis fuere bella: quæ res &
vrbis gloriam auxit: & virtutẽ græcorum multiplicata victoria cele
brem inter finitimos reddidit. Carthaginẽsium quoq; exercitus

Cartha. a massiliensibus victi.

cum bellum captis piscatorum nauibus ortum esset sępe fuderunt:
pacemq; victis dederunt: cum hispanis amicitiam iunxerunt: cũ
Romanis prope ab initio conditæ vrbis fœdus summa fide cu
stodierunt: auxilijsq; in omnibus bellis industriæ socios iuue
runt: quę res illis & virium fiduciam auxit: & pacem ab hostibus
præstitit. Cum igitur massilia fama rerum gestarum & abundan
tia opum & virium gloria virente floreret: repente finitimi popu
li ad nomen Massiliensium delendum veluti ad commune ex
tinguendum incendium concurrunt. Dux consensu omnium Ca
tramandus regulus eligitur: qui cum magno exercitu lectissimorum
stitui[illegible] vrbem hostiũ obsideret: per quietẽ specie Toruę mulieris
nes [illegible] eam di[illegible]ebat: exterritus: vltro pacem cum massiliensibus
Italiæ [illegible]titoq; vt intrare vrbem & deos eorum adorare liceret. cũ
reges [illegible] Mineruæ venisset: conspecto in porticibus simulacro
re. Nam & a[illegible] quietem viderat: repente exclamat: illam quæ se

Tarquinij tẽpora.

stas coluere: ob [illegible]: illamq; recedere ab obsidione iussisset: gratu
lac[illegible] hastæ addunt[illegible]q; animaduerteret eos ad curam deorum

immortalium pertinere torque aureo donata dea in perpetuum amicitiam cũ massiliẽsibus iunxit. Parta pace & securitate fundata reuertentes a delphis massiliensium legati: quo missi munera apollini tulerãt: audiuerãt vrbem romanam a gallis captam incẽsamq; quam rẽ nunciatam domi publico funere Massilienses ꝓsecuti sunt: aurũq; & argentum publicum & priuatũ contulerunt ad explendũ pondus gallis: a quibus redẽptam pacem cognouerãt. Ob quod meritum & immunitas illis decreta: & locus spectaculorum i senatu datus: & fœdus æquo iure percussum. In postremo libro Trogus maiores suos a Volsis originem ducere auum suum Trogũ Pompeium sertoriano bello ciuitatem. Cn. Põpeio percepisse: dicit patruũ Mithridatico bello turmas equitum sub eodem Põpeio duxisse: patrem quoq; sub Caio Cæsare militasse: epularumq; & legationum simul & anuli curam habuisse.

Roma a massiliẽsib⁹ auro adiuti senonico bello.

¶Iustini Historici Liber. XLIIII.



Hispania sicuti Europę terminos claudit: ita & huius operis finis futura est. hanc veteres ab Ibero amne primum iberiã postea ab hispalo hispaniã cognominauerunt. Hęc inter Africam & galliam posita oceani freto & pyrenęis montibus claudit. sicut minor vtraq; terra ita vtraq; fertilior. Nã neq; vt africa violẽto sole torretur: neq; vt gallia assiduis vẽtis fatigat. Sed medio inter vtrãq; hinc tẽperato calore inde fœlicibus & tẽpestiuis imbribus in oĩa frugũ genera fœcũda est: adeo vt non ipsis tantũ incolis verũetiã Italię vrbiq; romanę cunctarũ reꝝ abũdantiã sufficiat. hic enim nõ frumẽti tantũ copia magna est: verũ etiã vini mellis oleiq;. Nec ferri solũ materia pręcipua: sed & equorũ pnices greges. Nec summa tantum: terrę laudanda bona: verum & abstrusoꝝ metallorũ fœlices diuitię. Iam lini spartiq; vis ingẽs. minij certe nulla feracior terra. in hac cursus animũ nõ torrentes rapidiq; vt noceãt: sed lenes & vineis campisq; ir... gui æstu... oceani affatim piscosi. plęriq; etiam diuites auro quod in p... bus vehũt. vno tantũ pyrrenęi montis dorso adhæret gall... quis partibus vndiq; i orbem mari cingitur. forma pr... ta nisi q̃ arctantibus freti littoribus in Pyre... renęi montis spacium sexcenta milia pas...

Vnde hispania dicta.

Hispaniæ laus.

Hispaniæ forma. cœli per omnē hyspaniam æqualisq; aeris spiritus nulla paludum graui nebula inficit. Huc accedunt marinæ auræ vndiq; aduersus assidui flatus. quibus oēm prouinciam penetrātibus euētilato terrestri spiritu p̄cipua oībus sanitas redditur. Corpus hominum ad inediā laborēq;:animi ad mortem parati.dura oībus & stricta parsimonia:bellū q̄ ociū malunt.si extraneus deest:domi hostem querūt sępe tormētis pro silentio rerū creditarū immortui:adeo illis fortior taciturnitatis cura q̄ vitæ.celebrat̄ eadē etiā bello punico serui illius patientia:qui vltus dominū inter tormenta risu exultauit:serenaq; lætīcia crudelitatem torquētium vicit. velocitas gēti pernix.inquies animus plurimis:militares equi: & arma sanguine ipsorū cariora. Nullus nisi festis diebus epularum apparatus: aqua calida lauari post secundū bellū punicū a romanis didicere

Viriatus cō tra ro. In tanta sęculorum serie nullus illis dux magnus præter Viriatum fuit: qui annos decē romanos varia victoria fatigauit (adeo feris propiora quam hominibus ingenia sunt) quem ipsum nō iudicio populi electū: sed vt cauendi scientē/declinandorūq; periculorū peritū secuti sunt. Cuius ea virtus:cōtinentiaq; fuit:vt cum cōsulares exercitus frequenter vicerit:tantis rebus gestis/ nō armorum: nō vestis cultū:nō deniq; victum mutauerit:sed in eo habitu quo primum bellare cœpit:p̄seuerauerit:vt quiuis gregarius miles ipso imperatore etiam opulētior videretur.

Conceptus aquarum. In lusitanis iuxta fluuium Tagū equas vento cōcipere multi auctores prodiderūt.q̄ fabulæ ex equarū fœcōditate: & gręcum multitudine natæ sunt:qui tanti in gallitia ac lusitania tam pernices visuntur:vt nō immerito ipso vēto cōcepti videant̄. Callæci autē græcā sibi originem asserunt. Siquidē post finē troiani belli Teucrum morte Aiacis fratris inuisum patri Telamoni cū nō reciperet̄ in regnū Cyprum cōcessisse atq; ibi vrbē nomine antiquæ patriæ Salamina condidisse: Inde accepta opinione paternę mortis patriam repetisse. Sed cum ab Eurysace Aiacis filio accessu p̄hiberetur:hispaniæ littoribus appulsum:loca:vbi nūc est Carthago noua occupasse:inde Callętiā [illegible]ssisse:positisq; sedibus gēti nomen dedisse. Callętiæ autē portio [illegible]lochi dicūtur. Regio cum æris & plumbi hubertrima:tum [illegible]od etiā vicino flumini nomen dedit. auro quoq; ditissi[illegible] iā aratro frequēter glebas aureas excindāt. in huius [illegible] est: quem ferro violari nefas habetur Sed [illegible] proscissa est quæ in his locis assidua res

est detectum aurum velut dei munus colligere permittitur. fœminæ res domesticas/agrorumq; culturas administrât. ipsi armis & rapinis seruiũt. precipua his quidem ferri materia: sed aqua ipo ferro violentior. Quippe temperamento eius ferrum acrius redditur: nec vllum apud eos telum ꝓbatur: quod non aut bilbili fluuio aut calybe tingatur. Vnde etiam chalybes fluuij huius finitimi appellati: ferroq; cæteris præstare dicuntur. Saltus vero tarthesiorũ in quibus titanas bellum aduersus deos gessisse proditur incoluere curetes: quorum rex vetustissimus Gargoris: mellis colligendi vsum primus inuenit. Huic cum ex filia stupro nepos prouenisset pudore flagitij varijs generibus extigui paruulum voluit. sed per omnes casus fortuna quadam seruatus: ad postremum ad regnũ tot periculorum miseratione peruenit. Primum omnium cũ eum exponi iussisset & post dies ad corpus expositi requirendum misisset: inuẽtus est vario ferarum lacte nutritus. Deinde relatum domum tramite augusto: per quem armenta commeare consueuerant proijci iubet crudelis prorsus qui proculcari nepotem q̃ simplici morte interfici maluit. Ibi quoq; cum inuiolatus esset: nec alimentis egeret/canibus primo ieiunis: & multorum dierum abstinentia cruciatis mox etiam suibus obijci iubet. Itaq; cum non solum non nocerent: verumetiam quarũdam vberibus aleretur. ad vltimum i oceanum abijci iussit. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes æstus ac reciprocandas vndas velut naue nõ fluctu veheretur: leni salo in littore exponitur: nec multo post cerua affuit que vbera paruulo offerret. Inde deniq; cõuersatione nutricis eximia puero pernicitas fuit iterq; ceruorum greges diu montes saltusq; haud inferior velocitate peragrauit. Ad postremum laqueo captus regi datus dono est Tunc & liniamentorũ similitudinem & notis corporis quæ inuste paruulo fuerãt nepos agnitus: Admiratione deĩde tot casuum periculorumq; ab eodẽ successor regni destinatur. Nomen illi impositum Habidis: qui vt regnum accepit tantæ magnitudinis fuit. vt non frustra deorum maiestate periculis ereptus videretur. Quippe Barbarum populum legibus iunxit: & boues primo aratro domari frumentaq; sulco serere docuit: & ex agresti cibo melioribus vesci odio eorum q̃ ipse passus fuerat homines coegit Huius casus fabulosi viderent nisi & Romanorum conditores lupa nutriti. & Cyrus rex Persarũ cane alitus ꝓderetur. Ab hoc & ministeria seruilia populo inter-

Saltus tarthesiorũ.
Gargoris rex.
Mellis vsus.
Gargoris seuitia in nepotem.
Mirabilis educaõ infantis expositi
Cerua puerũ alit.
Habidis rex.

dicta: & plebs i septem vrbes diuisa. Mortuo Abide regnum per multa sęcula a successoribus eius retentum est. In alia parte hispaniæ: & quæ ex insulis constat: regnum penes Geryonē fuit. In hac pabuli tanta lęticia est: vt nisi abstinentia interpellata sagina fuerit. pecora rumpantur. Inde deniq; Armēta Geryonis: quę illis tēporibus solę opes habebantur: tantę famæ fuęre. vt Herculem ex Asia prędę magnitudine illexerit Porro Geryonem ipsum nō triplicis naturæ vt fabulis proditur fuisse ferunt: sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse. vt vno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse: sed cum armenta sua rapi vidissent: amissa bello repetisse. Post regna deinde hispaniæ primi Carthaginenses imperium prouincię occupauere. Nam cum Gaditani a Tyro vnde & Carthaginensium origo est: sacra Herculis per quietem iussi in Hispaniam transtulissent: vrbemq; ibi condidissent: inuidentibus incrementis nouæ vrbis finitimis Hispaniæ populis: ac ꝓpterea Gaditanos bello lacessentibus auxilium consanguineis Carthaginenses miserūt Ibi fœlici expeditione & Gaditanos ab iniuria vindicauerunt: & maiorem partem prouinciæ imperio suo adiecerunt. Postea quoq; hortantibus primæ expeditionis auspicijs hamilcarem imperatorē cum magna manu ad occupandam prouinciam miserunt: qui manis rebus gestis: dum fortunam inconsultius sequitur: in insidias deductus occiditur. In huius locum gener ipsius Hasdrubal mittit: qui & ipse a seruo hispani cuiusdam vlciscentis domini iniustam necem interfectus est. Maior vtroq; Annibal iperator Hamilcharis filius succedit. Siquidem res gestas vtriusq; supergressus vniuersam hispaniam domuit. Inde Romanis illato bello Italiam per annos sexdecim varijs cladibus fatigauit. Cum interea Romani missis i Hispaniā Scipionibus primo pœnos prouincia expulerunt Postea cū ipsis Hispanis grauia bella gesserunt: nec prius perdomitæ prouinciæ iugum Hispanię accipere potuerunt: quam Cęsar Augustus perdomito orbe victritia ad eos arma transtulit: populumq; barbarū ac ferum legibus ad cultiorem vitæ vsum traductum/ in formam prouinciæ redegit.

Geryon.

Cartha. in hispania imperium.

Augustus hispaniam pacauit.

¶ Iustini Historici Clarissimi in Trogi pompei Historias Liber. xliiij. Et vltimus Fœliciter Explicit.

¶ F I N I S.

¶ Ad magnificum Comitem petrũ Mariam Rubeum Parmensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola.

¶ Lucij Flori Gestorum romanorum Epithoma.



Vemadmodum Dinocrates Architectus clarissime Vir ꝓcera statura:facie haud illiberali forma〈q〉 totius corporis venustissima Alexandrũ macedonem:qui ex rebus actis & auctis Magni cognomen inuenit:& sibi conciliare elaborauit:& elaborando assecutus est:ita quo〈q〉 tibi (vt spero)gratus ero:perueniã〈q〉 ad cõmendationẽ presidio literarũ doctrine〈q〉 fauore.Cognoui enim te non solum literario studio delectari:verumetiam(quod perinde dignum est laude)literatorum hoĩnũ amantissimum.O magna fœcunditas animi O preclara ingenij amplitudo:quum clemẽtia dictatorem Cæsarẽ: liberalitate Cymonẽ:elegãtia cultus:victus〈q〉 splendore Lucullũ: vel equares:vel antecelleres oĩbus〈q〉 virtutibus esses.ornatus:vt emineres vndecũ〈q〉 laudatissimus:amœniores literas:humanitatis〈q〉 studia auidissime complexus es:semper〈q〉 existimasti preclarum eiusdẽ Alexãdri magni dictũ esse habendũ in memoria at〈q〉 in pectore.Longe nobilius:longe fore prestantius literis antecellere q̃ imperio at〈q〉 diuitijs.Quapropter quum ego nuper rogatu Henrici Coloniensis Senis impressoris solertissimi.L.Florum curiose diligẽter〈q〉 emendassem:tuo eum nomini dicare constituit: vt in mille exemplaria transcriptus.testimonium quottidie exhibeat mee erga te obseruãtie at〈q〉 amoris:simul vt successiuis tẽporibus ista legendo pernoscas.Quæ Romanus populus domi: foris〈q〉 per tot annos bella gesserit.per quos viros q̃bus〈q〉 artibus imperium peperit:& partum auxerit:& auctum ad summum fastigium suismet viribus euerterit:& euersum per Augustum tandem Cæsarem sublimius erexerit.Quæ omnia.L.Florus quattuor quasi epithomatis ita scite collegit.ita enucleate distinxit: ita breuiter enarrauit:vt cuncto tanq̃ in illustri posita monumẽto intueri:& cõprehendere facillime queas.Disertus est:vehemens distinctus:varius:breuis cõcinus cũ splendore ac luce verborum Florum ita〈q〉 clarissime vir quũ literario ocio:q̃d omni pene negocio pulchrius est:te tradideris:in manu sumere & subinde legere

non spernas:cuius frequens lectio oppido literata multum delectare:nec minus prodesse poterit. Sed ne morosior sit prologus quam fabula:iam historiam. L. Flori luculentam conspicias quęso:& me in numerum tuorū recipias:vnum(vt lepidissimus poeta ait si superest)locum rogantem. Vale.

¶ Lucii Flori. Epitoma primum.

POpulus Romanus a rege Romulo in Cęsarem Augustū septingētos per annos tantum operum pace:belloq; gessit:vt siquis magnitudinem imperij cum annis conferat ętatem vltra putet:ita late per orbem terrarum arma circūtulit:vt qui res eius legunt: non vnius populi:sed generis humani facta discant. nam tot laboribus:periculisq; iactatus est:vt ad constituendum eius imperium contendisse virtus & fortuna viderētur: Quare cum præcipue hoc quoq; sicut cætera operæ pręcium sit cognoscere tamen quia ipsa sibi obstat magnitudo rerumq; diuersitas aciem intentionis abrumpit:faciam quod solent: qui terrarum situs pingunt:in breui quasi tabella totam eius imaginem amplectar:nō nihil vt spero admirationum principis populi collaturus: si pariter atq; in semet vniuersam magnitudinem eius ostendero. Si quis ergo populum Ro. quasi hominem cōsideret totāq; eius ętatē percenseat:vt cœperit:vtq; adoleuerit: vt quasi ad quendam iuuentē florē peruenerit:vt postea velut cōsenuerit quattuor gradus:processusq; eius inueniet. Prima ætas sub regibus fuit prope. ccl. per annos quibus circum ipsam matrem suā cū finitimis luctatus est. Hæc erit eius infantia. Sequens a bruto Collatinoq; consulibus in appiū Claudiū Quintum Fuluium cōsules. cc. annos. pater:quibus italiā subegit. Huic fuit tēpus viris armisq; incitatissimum. Ideo quis adolescētiam dixerit. Dehinc ad Cęsarem Augustū. ccl. anni:quibus totū orbē pacauit hic iam ipsa iuuenta imperij:& quasi quædam robusta maturitas. A Cæsare augusto in sęculū nostrū:aut nō multo minus anni. cc. qbus inertia Cęsarum quasi cōsenuit atq; decoxit:nisi q sub Traiano principe mouet lacertos:& pręter spem omniū senectus imperij quasi reddita iuuentute reuirescit. Primus ille & vrbis & imperij conditor Romulus fuit a Marte genitus:& Rhea Siluia veste sacerdos grauida hoc confessa est: nec mox fama dubitauit:cum Amulii imperio abiectus in profluentē cū Remo fratre non po-

d. cc. āni ab origine vrbis ad augustum.

Po. ro. processus quattuor.

Aetas pria.

Scda ætas.

Tertia ętas.

Quarta ætas.

Romuli origo.

tuit extingui.siquidem & Tyberius amnem repressit: & relictis catulis lupa vagitum secuta vbera admouit infãtibus:matreq; se gessit. Sic repertos apud arborem Faustulus regis pastor tulit in casam:atq; educauit. Alba tũc erat latio caput iuli opus nam Lauinium patris Aeneæ contẽpserat.ab his Amulius iam septima sobole regnabat:fratre pulso Numitore:cuius ex filia Romulus Igitur prima iuuentę face patruũ Amuliũ ab arce deturbat:auũ reponit ipse fluminis amator & montium:apud quos erat educatus mœnia nouæ vrbis agitabat:gemini erant. vter auspicaretur & regeret adhibuere piacula.Remus montẽ auentinũ.hic palatinũ occupauit.prior ille sex vultures:hic postea:sed.xij.vidit.sic victor augurio vrbẽ excitat plenus spei bellatricẽ fore.ita illi assuetę sanguini/& prędę aues pollicebantur.ad tutelam nouę vrbis sufficere vallũ videbatur: cuius dũ irridet angustias Remus idq; increpat saltu:dubiũ an iussu fratris occisus est.prima certe victima fuit:munitionẽq; vrbis nouæ sanguine suo consecrauit. imaginem vrbis magis quã vrbem fecerat.incole deerãt.erat in ꝓximo lucus.hunc Asylũ facit.& statim mira vis hominũ latini tusciq; pastores/quidam & transmarini phryges:qui sub Aenea Archades qui sub Euandro duce influxerant.Ita ex varijs quasi elementis congregauit corpus vnũ:populũq; Romanũ ipse fecit Res erat vnius ętatis:populus virorum.Itaq; matrimonia a finitimis petita:quia nõ impetrabantur:manu capta sunt. Simulatis quippe ludis equestribus:virgines quę ad spectaculum venerãt prædę fuere:& hæc statim causa bellorum.Pulsi fugatiq; Veientes Ceninẽsium captũ ac diruptũ est oppidũ.spolia insuper opima de rege Feretrio Ioui manibus suis rex reportauit. Sabinis proditę portę per virginẽ nec dolo.sed puella pręciũ rei:quam gerebant in sinistris:petierat.dubiũ clypeos an armillas.Illi vt & fidẽ soluerent & vlciscerentur:clypeis obruere.Ita admissis intra mœnia hostibus:atrox in ipso foro pugna:adeo vt Romulus iouem oraret:vt fœdã suorum fugã sisteret.Hic templũ est Stator Iuppiter tandem sæuientibus interuenere raptæ laceris comis Sic pax facta cũ Tatio:fœdusq; percussum:secutaq; res mira dictu:vt relictis sedibus suis nouã in vrbẽ hostes demigrarẽt:& cum generis suis auitas opes pro dote sociarẽt. Auctis breui viribus:hunc rex sapiẽtissimus statũ reipu.imposuit:vt iuuentus diuisa per tribus: in equis & in armis ad subita bella excubaret.Consiliũ reipu.pe-

Alba.

Amulij interitus.

Romulus maiori victor augurio.

Remus occiditur.

Asylum.

Virginum raptus.

Tarpeia obruitur.

Stator Iuppiter.

Senatus a romulo constitutus re. | nes esset: qui ex auctoritate patres: ob ætatem senatus vocabatur His ita ordinatis: cum repente concionem haberet: ante vrbem apud caperæ paludem e conspectu ablatus est. Discerptũ aliqui a senatu putant ob asperius ingenium: sed oborta tempestas solisq; defectio cõsecrationis speciem prębuere. Cui mox Iulius Proculus fidem fecit: visum a se Romulum affirmans augustiore forma quam fuisset. mandare præterea vt se pro numine acciperet. Quirinum in cœlo vocari placitum dijs: ita gentium Roma potiretur.

Romulus e cõspectu hominum ablatus.

Iulius proculus.

¶De Numa Pompilio.

Romulo numa põpilius successit.

Annum in menses. xij.

Numa partitus est.

SVccessit Romulo Numa Pompilius: quẽ Curibus sabinis agentem vltro petiuere ob inclytam viri religionem ille sacra & cęrimonias: omnemq; cultum deorũ immortalium docuit. Ille põtifices: augures: Salios: cæterosq; per sacerdotia: annum quoq; in. xij. mẽses: fastos dies: ne fastosq; descripsit. Ille ancilia atq; palladium secreta quædã imperij pignora: Ianumq; geminum: fidem pacis ac belli: in primis focum vestę virginibus colendum dedit: vt ad simulachrum cęlestium sydeũ custos imperij flamma vigilaret. Hæc omnia quasi monitu deæ ægeriæ: quo magis barbari acciperent: eo deniq; ferocem populum redegit: vt quod vi & iniuria occupauerat imperium religione atq; iusticia gubernaret.

¶De Tullo Hostilio.

Numę Tullus Hostilius successit.

Tullus rei militaris studiosus.

Horatij & Curiatij.

EXcipit Pompiliũ Numã Tullus Hostilius: cui in honorem virtutis regnũ vltro datũ. hic oẽm militarẽ disciplinam: artemq; bellãdi cõdidit. Itaq; mirum immodum exercita iuuẽtute: prouocare ausus Albanos: grauem: & diu principẽ populũ Sed cũ pari robore frequẽtibus prępjs vtrinq; cõminuerent: misso in cõpendium bello: Horatijs Curiatijsq; trigeminis hinc atq; inde fratribus vtriusq; populi fata commissa sunt. Anceps & pulchra contentio: exituq; ipso mirabilis: tribus quippe illinc vulneratis: hinc duobus occisis: qui supererat Horatius addito ad virtutem dolo: vt distraheret hostem: simulat fugam singulosq; prout sequi poterãt adortus exuperat: Sic rarum alias decus vnius manu parta victoria est: quam ille mox parricidio fædauit. Flentem spolia circa se sponsi quidem: sed hostis soro-

rem viderat: hunc tam immaturum virginis amorem vultus est ferro. citauere leges nefas: sed abstulit virtus parricidã & facinus intra gloriam fuit: nec diu in fide mansit Albanus. nam Fidenati bello missi in auxilium ex fœdere medij inter duos expectauere fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare se socios ad hostẽ videt: tollit animos quasi ipse mandasset: spes inde nostris: metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. Itaq; hoste victo ruptorem fœderis Metium Suffetum religatum inter duos currus pernicibus equis distrahit. Albamq; ipsam q̃uis parentem, emulam tamẽ diruit: prius cum omnes opes vrbis: ipsumq; populum Romam transtulisset. Prorsus vt consanguinea ciuitas non perijsse sed in suum corpus redijsse rursus videretur.

Metij supplicium. Alba diruit

¶De Anco Martio.



Acus deinde Martius nepos ex filia Pompilij pari ingenio. hic igitur & mœnia muro amplexus est: & interfluentem vrbi tyberinum ponte cõmisit. Hostiamq; in ipso maris. fluminisq; cõfinio coloniam posuit: iam tunc videlicet pręsagiens animo futurum: vt totius mundi opes & cõmeatus illo veluti maritimo vrbis hospitio reciperentur.

Tullo ãcus successit. Hostia colonia.

¶De Tarquinio Prisco.



Arquinius postea Priscus q̃uis transmarinę originis regnum vltro petẽs accipit ob industriam: atq; elegãtiam: quippe qui oriundum Corintho græcum ingenium italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestatem numero ampliauit: & centurijs tribus auxit q̃uis Actius Nauius numerũ augeri prohibebat summisso augurio: quem rex in experimẽtum rogauit: fieri ne posset: quod ipse mente conceperat? ille rem expertus augurio: posset: respondit: atq; hoc inquit agitabam: an cotem illam secare nouacula possem? augur potes ergo inquit: & secuit. Inde Romanis sacer auguratus. Neq; pace Tarquinius quã bello promptior. xij. nãq; tusciæ populos frequentibus armis subegit: & inde fasces: trabeę curules: anuli: faleræ: paludamenta: prętexta: indeq; aureo curru quattuor equis togæ pictæ tunicęq; palmatem: omnia deniq; decora & insignia: quibus imperij dignitas eminet.

Anco tarq̃nius priscus succedit. Senatũ priscus ad auxit. Tarquinij virtus ostẽditur.

¶De Seruio Tullio.

Tarquinio prisco Seruius tullius succedit. Clarũ fore seruũ flamma circa caput ꝓmisit.

SEruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit: nec obscuritas inhibuit q̃uis matre serua creatum. Nã ob eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil libera liter educauerat: & clarum fore visa circa caput flamma promiserat. Ergo inter Tarquinij mortem admittente regina substitutus in locum regis quasi ad tempus regnum dolo partum sic egit industria vt iure adeptus videretur. ab hoc populus romanus relatus incensum: digestus in classes curijs / atq; collegijs distributus summaq; Regis solertia ita est ordinata respu. vt omnia patrimonij: dignitatis ętatis: artium officiorumq; discrimina in talibus referrentur: ac si maxima ciuitas minime domus diligentia contineretur.

De Tarquinio superbo.

Tarq̃nio superbo nomen a moribus. datum Tullie ĩ patré crudelitas.

POstremus omniũ fuit regum Tarquinius: cui cognomen Suberbo ex moribus datum. Hic regnũ auitũ: quod a Seruio tenebatur: rapere maluit: q̃ expectare immissisq; in eum percussoribus scelere partem potestatem non melius egit quam acquisierat nec abhorrebat moribus vxor Tullia: quæ vt virum regem salutaret super cruentum patrem vecta carpento consternato equos egit: sed ipse in senatum cędibus in omnis superbia quam crudelitate grauior in bonos grassatus cum sæuitiam iam domi fatigasset: tandem in hostes conuersus est: sic valida oppida in latio capta sunt. Ardea: Otriculum: Gabij: Suessa: Pomeria: tum quoq; cruẽtus ĩ suos neq; enim filium verberare dubitauit: vt simulanti transfugã apd̃ hostes hinc fides esset cui Gabijs vt voluerat recepto atq; per nũcios: consulenti quid fieri vellet eminentia forte papauerum capita virgula excutiens. cum ꝑ hoc interficiendos esse principes intelligi vellet: quę superbia sic respõdit: tamen de manubijs captarum vrbium templum erexit quod cum inaugurareť cædentibus cęteris deis (mira res dictu) restitere iuuenta & terminus. Placuit vatibus cõtumacia nimiũ siquidẽ firma omnia & æterna pollicebantur. sed illud horrendũ ꝙ molientibus sedem in fundamentis humanũ reptum est caput: nec dubitauere cũcti mõstrũ pulcherrimũ imperij sedé: caputq; [illegible] ꝓmittere. Tãdiu superbiã regis ppl's Ro. ꝑpessus est. donec oberat libido. hanc ex liberis eius im-

Tarq̃nij mira solertia.

Repertũ caput ĩperij sedé ꝓmittit.

portunitatem tolerare non potuit: quorum cum alter ornatissime fœminæ Lucretiæ stuprum intulisset: matrona dedecus ferro expiauit;imperium tum regibus abrogatum. Illatũ Lucretię stuprũ.

¶ Anacephaleosis de septem Regibus.

Hæc est prima ætas populi Ro.& quasi infantia quã habuit sub regibus septem quadam fatorũ industria: tam varijs ingenio vt reipu. ratio & vtilitas postulabat. Nã quid Romulo ardentius? tali opus fuit vt inuaderet regnũ? Quid Numa religiosius? talem res poposcit: vt ferox populus deorũ metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus bellatoribus viris quam necessarius? vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus. vt vrbem colonia extenderet: ponte iungeret: muro tueretuer. Iam vero Tarquinij ornamenta & insignia quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus a Seruio census quid effecit: nisi vt ipsa senosceret respublica? Postremo superbi illius importuna dominatio non nihil immo vel plurimum ꝓfuit. Sic enim effectum est: vt agitatus iniurijs populus cupiditate libertatis incenderetur. Pria po. ro. ætas. Regib⁹. vij. ĩgenio varij roma (vt rei pu. rõ postulabat) plurimum valuit.

¶ De mutatione Reipublicę.



IGitur Bruto Collatinoq; ducibus & auctoribus: quibus vltionẽ sui moriens matrona mãdauerat: Populus romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitię decus: quodam quasi instinctu deorum concitus: regẽ repẽte destituit: bona diripit: agrũ Marti suo consecrat: imperium in eodem libertatis suę vindices transfert: mutato tamen & iudice & nomine. quippe ex perpetuo annũ placuit: ex singulari duplex: ne potestas solitudine vel mora corrumperet. Cõsulesq; appellauit pro regibus: vt consulere se ciuibus suis debere: meminisset. Tantũq; libertatis nouæ gaudium incesserat: vt vix mutati status fidem caperent: alterumq; ex consulibus tantum ob nomen & genus regium: fascibus abrogatis: vrbe dimitterent. Itaq; substitutus Horatius publicola ex summo studio annixus est ad augẽdam liberi populi maiestatem. nam & fasces ei pro libera concione submisit: & ius ꝓuocationis aduersus ipsos dedit: & ne specie arcis offenderet: eminẽtes ędes suas in plana submisit Brutus vero fauori ciuium etiam Brutus. Collatinus. Lucretiæ cõiunx. Vnde dicti sint cõsules. Horatius publicola.

domus suæ clade & parricidio vellificatus est: quippe cum stude re reuocandis in vrbem regibus liberos suos cõpetisset. protraxit in forum: & cõtione media virgis cecidit: & securi percussit: vt pla ne publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populũ ro. videret. Liber iam hinc po. Ro. prima aduersus exteros arma pro libertate corripuit: mox pro finibus: deinde pro socijs: tum gloriã & imperio lacessentibus assidue vsq; quaq; finitimis. quippe cum patri soli gleba nulla esset: sed statim pomerium mediusq; inter la tium & Thuscos quasi ĩ quodã biuio collocatus omnibus portis in hostem incurreret: donec quasi cõtagione quadam per singu los itum est: & proximis quibusq; correptis totam italiam sub se redigeret.

Brutus filios pcussit.

Varia ro. bella suscepere

Bellum Ethruscum cum Rege Porsena.



DVlsis ex vrbe regibus prima pro libertate arma corri puit nam Porsena rex Ethruscorum ingẽtibus copijs aderat: & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen q̃uis & armis & fame vrgeret: occupatoq; ianiculo ip sis vrbis faucibus incubaret: sustinuit: repulit: nouissi me etiam tãta admiratione perculit: vt superior vltor cum pene victis amicitię fœdera feriret. Tunc illa romana pericula atq; mi racula Horatius Mutius Cleolia: quæ in annalibus forent: hodie fabulę viderẽtur. Quippe Horatius Cocles post q̃ hostes vndiq; instãtes solus submouere non poterat. põte reciso transnatat Ty berim: nec arma dimittit. Mutius scęuola regem per insidias ĩ ca stris eius aggredit: sed vbi frustratum circa purpuratum eius ictũ tuetur: ardentibus focis inijcit manum: terroremq; geminat dolo: Vt scias inquit quem vix effugeris idem trecenti iurauimus. Cum interim immane dictu hic interitus: ille trepidaret: tanq̃ manus re gis arderet: Sic quidem viri. Sed nequis sexus a laude cessaret: ęc ce & virginum virtus. Vna ex obsidibus regi data elapsa custo diã Cloelia per patrium flumen equitabat: & rex quidem tot tan tisq; virtutem territus mõtis valere/liberosq; esse iussit. Tarquinij tã diu dimicauerunt: donec Arontem filium regis manu sua Bru tus occidit: supq; ipso mutuo vulnere expirauit. Plane quasi adul terum ad inferos vsq; sequeretur.

Porsena rex ethruscorum.

Horatius Cocles.

Mutius scæuola manũ ardẽti foco inijcit.

Cloelia.

Brutus occiso arõte moritur.

Bellum Latinum.



Atini quoq; tarquinios asserebat ęmulatione & inuidia: vt populus qui foris dominabatur: saltē domi seruiret Igitur omne latium Manilio Tusculano duce quasi in regis vltionē tollit animos apud Regilli lacum dimicatur diu marte vario: donec Postumius ipse dictator sinū in hostes iaculatus est nouū & insigne cōmentum: vti peterent cursu Cossus equitū magister exuere frenos imperauit: & hoc nouū quo acrius incurrerent: ea demum attrocitas fuit prelij: vt interfuisse spectaculo deos fama tradiderit: duos in candidis equis castorem atq; Pollucē nemo dubitauit. Itaq; & imperator veneratus est: pactus q; victoriā templa promisit: & reddidit sane quasi cōmilitonibus de ijs stipēdiū. Hactenus pro libertate: mox de finibus cum eisdem latini assidue & sine intermissiōe pugnatū est. Sora (quis credat) & Algidum terrori fuerunt. Satricum atq; Corniculum prouincię: de Veijs & Bouillis pudet si triumphauimus. Tibur nunc suburbanum: & æstiuæ pręneste deliciæ nuncupatis in capitolio votis petebantur. Idem tunc fesulæ: qd̄ capreæ nuper: idē nemus aricinum. quod hercinius saltus: fregellæ: quod Gesoriacum qd̄ Tigris: quod Eufrates Coriolos quoq; propudor victos adeo gloriæ fuisse: vt captum oppidum. Cn. Martius Coriolanus quasi numantiā aut africam nomini indueret. Extant & parta de Antio spolia: quæ mœnibus in suggestu fori capta hostiū classe suffixit: si tamen illa classis: nam sex fuere Rostratę sed hic numerus illis initijs naualle bellum fuit. Peruicacissimi tamen latinorꝫ Equi & Volsci fuere: & quottidiani: vt sic dixerim hostes. Sed hos precipue Titus Quintus domuit ille dictator ab aratro: qui obsessa ac pene iam capta Marci Minutij cōsulis castra: egregia virtute seruauit. Medium erat forte tempus sementis cum patricium virum innixum aratro suo lictor in ipso opere depręhendit. Inde in aciē profectus. ne quid a rustici operis imitatione cessaret: victos more pecudum sub iugum misit. Sic expeditione finita redijt ad boues rursus triumphalis agricola: fides numinum qua velocitate intra. xv. dies cœptum peractumq; bellum: prorsus vt festinasse dictator ad relictum opus videretur.

Manilius tusculanus.

Regillus lacus.

Castorem & pollucē hoc bello interfuisse putāt.

Præneste æstiuę deliciæ.

Antiatium sexanes rostratę.

Titus quintius.

¶ Bellum cum Ethruscis: Falicis, Et Fidenatibus.

Trecenti & ſex fabij apud cremerã cęſi.

Asſidui viro & vniuerſarij hoſtes ab ethruria fuere veientes: adeo vt extra ordinariam manũ aduerſus eos promiſerit priuatũq; geſſerit bellũ gens vna Fabiorũ ſatis ſuperq; idonea clades: cęſi apud Cremerã trecenti & ſex patritius exercitus: & ſcelerato ſignaẽ noie quę proficiſcẽtes in prælium porta dimiſit:

Scelerata romæ porta.

ſed ea clades ingẽtibus expiata victorijs: poſt q̃ per alios atq; alios duces robuſtiſſima capta ſunt oppida vario quidẽ euentu: Faliſci ſe ſponte dediderunt. cremati ſuo igne Fidenates Rapti funditus deletiq; veientes.

Faliſci.
Fidenates.
Veientes.
Furius camillus.

Faliſci cũ obſiderenẽ: mira viſa eſt fides imperatoris: nec immerito ꝙ ludi magiſtrum vrbis ꝓditorem cum his: quos adduxerat pueris vinctũ ſibi vltro remiſiſſet. Eam nãq; Furius Camillius vir ſanctus & ſapiens ſciebat veram eſſe victoriã quę ſalua fide & integra dignitate pareretur. Fidenę quia pares non erant ferro: ad terrorem mouendum facibus armatæ: & diſcoloribus ſerpentum in modum vitis furiali more proceſſerant: ſed habitus ille feralis euerſionis omen fuit. Veientium quanta res fuerit indicat decennis obſidio. Tunc primum hyematũ ſub pellibus. taxata ſtipendio hyberna: adactus miles ſua ſponte iureiurando niſi capta vrbe non remeare: ſpolia de Laerte Tolũuio rege ad feretrium reportata: deniq; non ſcalis: nec irruptiõe: ſed cuniculo & ſubterraneis dolis peractum vrbis excidium. ea deniq; viſa eſt prædę magnitudo: vt eius decimę Apollini phytio mitterentur: Vniuerſuſq; po. Ro. ad direptionem vrbis vocaretur.

Veiorum direptio.

Hoc tunc Veientes fuere: nunc fuiſſe quis meminit? quę reliquiæ? quodve veſtigium? laborat annalium fides: vt Veios fuiſſe credamus.

¶Bellum Gallicum.

Senonicum bellum.



Inc ſiue inuidia deum: ſiue fato rapidiſſimus procurrentis imperij curſus parumper Gallorum ſenonum incurſione ſupprimitur. Quod tempus populo romano neſcio vtrum clade funeſtius fuerit: an virtutis experimentis ſpecioſius. Ea certe fuit vis calamitatis: vt in experimentum illatam putem diuinitus ſcire volentibus immortalibus dijs an romana virtus imperium orbis mereretur. Galli ſenones gens natura ferox: moribus incondita: ob hoc ipſa corporum mole: perinde ac armis ingentibus adeo omni genere terribilis fuit vt plane nata ad hominum interitum: vrbium ſtragem videretur. Hi quondã

Gallorũ ſenonum natura.

ab vltimis terraꝝ oris cum cingerent: omnia oceano ingenti agmine profecti: cum iam media vastassent: positis inter alpes & padum sedibus: ne his quidem contempti per Italiam: vagabantur. Tum clusium oppidum obsidebāt. Pro socijs ac fœderatis. P.R. interuenit. Missi ex more legati. Sed quod ius apud barbaros? ferocius agunt. mouent exinde certamen. Conuersis igitur a Clusio: Romāq; veientibus: ad Alliam flumen cū exercitu Fabius consul occurrit: nō Cremeræ fœdior clades. Itaq; hūc diem fastis Roma mandauit. Fuso exercitu iam mœnibus vrbis appropinquabant. Erāt nulla præsidia. Tum igitur: aut nunq̄ alias apparuit vera illa romana virtus. iāpridem maiores natu amplissimis vsi honoribus in forum coeunt: ibi deuouente pōtifice: dijs se manibus cōsecrant: statimq; in suas quisq; ędes regressi sicut in trabeis erāt & amplissimo cultu: in currulibus sellis sese posuerunt vt cum venisset hostis in sua dignitate morerentur. Pontifices & flamines quicquid religiosissimi in templis erat: partim in dolus defossa terra recondunt: partim imposita plaustris secum auxerunt Virgines simul ex sacerdotio Veste nudo pede fugientia sacra comitātur: tamen excepisse fugiētes vnus e plebe fertur Albinus qui depositis vxore & filijs: virgines in plaustrum recepit. Adeo tum quoq; in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuentus vero: quam satis constat vix mille hominum fuisse: duce Manlio arcem capitolini mōtis insedit: obtestata ipsum quasi pręsentē Iouē: vt quēadmodum ipsi ad defendēdum templū eius cōcurrissent: ita ille virtutem eorū numine suo tueretur. Aderāt interim Galli: apertāq; vrbē primo trepidare qui subesset dolus: mox vbi solitudinē vident: pari clamore & impetu inuadunt patentes passim domos adeunt. vbi sedentes in curulibus sellis p̄textatos senes: velut deos geniosq; venerati. mox eosdē postq̄ esse homines liquebat: alioquin nihil respondere dignantes pari vecordia mactāt: facesq; tectis inijciunt: & totam vrbē igne ferro manibus exequāt. Sex mēsibus barbari (quis crederet) circa montē vnum pependerūt: nec diebus modo sed noctibus omnia experti. Cum tamen Mālius nocte subeūtes clāgore anseris excitatus. a summa rupe deiecit. & vt spē hostibus demeret: quāq̄ in summa fame: tamen ad spē fiduciæ panes ab arce iaculatus est. Et statio quodā die per medias hostiū custodias Fabiū pontificē ab arce demisit: qui solēne sacrū in quirinali mōte conficeret. Atq; ille per media

Clusium italia oppidū

Allia flumē

Romani galloꝝ ipetu pterriti.

Albinus.

Manlius.

Galloꝝ i romanos impetus.

Roma exequatur.

Galli clāgore Anseris deiecti.

Fabij religio. hostium tela incolumis religionis auxilio redijt ꝓpitiosq; deos re nunciauit: nouissime cum sua obsidione iam barbaros fatigasset: mille pondo auri recessum suum vendicantes: idq; ipsum per in-

Camilli virtus. solentiam cum ad iniqua pondera addito adhuc gladio: superbe victos increparent: subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit vt omnia incendiorum vestigia gallici sanguinis inundatione deleret. Agere gratias dijs immortalibus pro ipo tantę cladijs no mine libet: pastorum casas ignis ille: & flamma paupertatem Romuli abscōdit. Incendiū illud quid egit: aliud nisi destinata homi num ac deorum domicilio ciuitas non deleta: non obruta: sed ex piata potius & illustrata videatur? Igitur post assertam a Manlio: restituta a Camillo vrbē acrius etiam vehementiusq; in finitimos resurrexit. Ac primum omnium illam ipsam gallicam gentem nō contentus mœnibus expulisse: cum per italiā naufragia sua latius traheret: sic persecutus est duce Camillo: vt hodie nulla senonum vestigia supersint. Semel apd Anienem trucidati: cū singulari cer

Torquati cognomē. tamine Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit. Inde torquati Iterum pontino agro cum ing simili pugna Lucius

Satyra ales. Valerius insidēte galeæ satyra aliter adiutus: rettulit spolia: & inde corruit. Necnō tamen post aliquot annos omnes reliquias eorum i ethrutiam ad lacum vadimonis Dolobella deleuit: ne quis extaret in ea gente: qui incensam a se Romam vrbem gloriaret.

¶Bellum Latinum.

CONuersus a gallis in latinos Mālio torquato Decio mu rena cōsulibus: semper quidem emulatione imperij & magistratuū infestos tum vero cōtemptu vrbis incensæ: cum ius ciuitatis partem imperij ac magistratuū po scerent: pari imperio atq; iam amplius q̄ congredi auderent: quo

Mālius filiū occidit. tēpore quis cessisse hostem mirabitur: cum alter consulum filium suum quia contra imperium pugnauerit: q̄uis victorē: occiderit. quasi plus in imperio esset: q̄ in victoria. Alter quasi monitu deo

Decius se deuouet. rū capite velato primū ante aciem dijs manibus se deuouerit: vt in confertissima se hostium tela iaculatus nouum ad victoriā inter sanguinis sui semita aperiret.

¶Bellum Sabinum.

Titus Tatius. A Latinis aggressus est gentē sabinoꝝ. qui immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis quodam contagio belli; se latinis

adiunxerunt:Sed Curio denato consule: omnem eum tractum qua Nar ambit:fontesq; velini adriatico tenus mari igne ferroq; vastauit:qua victoria tantum hominum:tantum agrorum redactum in potestatem:vt in vtro plus esset:ne ipse posset existimare qui vicerat. Sabinorum fines.

¶Bellum Samniticum.

Precibus deinde campanię motus non pro se:sed quod est speciosius p socijs samnitas inuadit:Erat fœdus cũ vtrisq; percussum:sed hoc campani sãctius:& prius omnium suorum deditione fecerunt.sic ergo romanus bellum samniticum tanq̃ sibi gessit:omnium non modo italia:sed toto orbe terrarum pulcherrima campanię plaga est nihil mollius cœlo:denique bis floribus vernat nihil vberius solo.ideo liberi cęterisq; certamen dicitur nihil hospitalibus mari:hic illi nobiles portus: caieta:misenus.& repentes fontibus baiæ.lucrinus & auernus quędam maris ocia hic amicti viribus montes: gaurus. falernus: massicus:& pulcherrimus: omnium vesuuius æthnei ignis imitator:vrbes ad mare formiæ: cumæ:puteoli:neapolis: herculaneum Pompei:& ipsa caput vrbium capua quondam inter tres maximas Romam carthaginemq; numerata. Pro hac vrbe ijs regionibus:Po.Ro.samnitas inuasit:gentem si opulentam quæras.aureis & argenteis armis discolori veste: vsq; ad ambitum armatam si fallaciam saltibus fære & montium fraude grassantem.si rabiem ac furorẽ: sacratis legibus humanisq; hostijs in exitium vrbis agitatam.Si pertinaciam: sexies rupto fœdere cladibusq; ipsis animosiorem. Hos tamen quinquaginta annis per fabios & Papirios patres eorumq; liberos ita subegit ac domuit. ita ruinas ipsas vrbium diruit:vt hodie samniũ in ipso samnio requiratur: nec facile appareat materia quattuor & viginti triumphorum:maxime tamẽ nota & illustris ex hac gente clades apud caudinas furcas: Veturio Posthumioq; consulibus accepta est: clauso enim per insidias intra eum saltũ exercitu:vnde nõ posset euadere:stupens occasione tanta dux hostium Pontius hereniũ patrem consuluit.& ille: mitteret omnes vel occideret:sapienter vt senior suaserat: hic armis exutos mitteret sub iugum maluit: vt nec amici forent beneficio: & post flagitiũ hostes magis. Itaq; & consules magnifice voluntaria deditione turpitudinẽ fœderis dirimunt.& vltionẽ flagitans miles Papirio duce horribile dictu

Campaniæ laus.

Sãnites gẽs opulentissima.

Samnitum mores.

Quoties de samnitibus triumphatum.

Ro.oculi in acie arsere.

subiectis ensibus per ipsam viam ante pugnam furit:& in cōgressu arsisse oim oculos hostis auctor fuit:nec prius finis cędibus datus:q̄ iugum & hostibus & duci capto reposuerunt.

¶Bellum Ethruscum & Samniticum.

HActenus.P.R.cum singulis gentium: mox aceruatim tamen sic quoq; par oibus.ethruscorum.xij.populi in id tempus incitati.antiquissimus italiæ populus samnitū reliqui in excidium romani nominis repente coniurant.Erat terror ingens tot simul tantorumq; populorum.a latere ethruria infesta quattuor agminum signa volitabat Ceminus interim saltus in medio ante inuius plane quasi calydonius: vel hersinius adeo tunc terrori erat vt senatus consuli denunciaret.tantū periculi ingredi auderet:Sed nihil horum terruit ducem.quin fratre permisso exploraret accessus ille per noctem pastorio habitu speculatus omnia refert.Tum sic Fabius maximus periculosissimū bellum periculo explicauit:nam subito inconditos:atq; pallantes aggressus est captisq; superioribus iugis in subiectos suo more detonuit.Ea nāq; species fuit illius belli.quasi in terrigenas e cœlo ac nubibus tela mitterentur:nec incruenta tamen illa victoria: nam oppressus in sinu vallis alter consulum Decius more patrio deuotum dijs manibus obtulit caput:solennemq; familię sue consecrationem in victorię precium redegit.

Ceminus. saltus. Fabius maximus.

Decius se deuouet.

¶Bellum Tarentinum:& cum Pyrrho rege.

SEquitur bellū Tarentinū vnū quidē titulo & noīe sed victoria multiplex.hoc.n.campanos apulos:atq; Lucanos:& caput belli tarentinos:idem totā italiā:& cū istis oibus Pyrrhum clarissimum gręcię regem:vna veluti ruina pariter inuoluit:vt eodē tempore & italiā cōsummaret.& trāsmarinos triumphos auspicaret.Tarētum etiā lacedæmoniorum opus calabrię quondam & apulię totiusq; lucaniæ caput:tum magnitudine & muris:portuq; nobili: tum mirabili situ: quippe in ipsis adriatici maris faucibus posita in oras nostras Histriam:Illyricum:epyrum: achaiam: affricam siciliam vela dimittit.imminet portui ad prospectum maris positum vrbis theatrum:quod quidem causa misere ciuitati fuit omnium suarum calamitatum. Ludos forte celebrabant cum remigantes littori romanas clas

Tarenti cōmendatio. Calamitum cā theatrū.

ses inde vident.atq; hostem rati emicant:sine discrimine insultāt qui autem aut vnde romani nec satis norant. Aderat sine mora quęrelam ferens legatio.hanc quoq; fœdius per obscœnam turpemq; dictu contumeliam violant.Ex hinc bellum : sed apparatus horribilis:cum tot simul populi pro tarentinis consurgerent: omnibusq; vehementior Pyrrhus qui semigræcam ex lacedęmonijs cōditoribus ciuitatem vindicaturus:cum totius viribus epyri:thessalię:macedoniæ:incognitisq; in id tempus elephantis mari:terra:viris:equis:armis:addito insuper feratum terrore veniebat. Apud Heracleam & campaniæ fluuium lyrim Leuino consule prima pugna:quę tam atrox fuit:vt ferentaneæ turmę pręfectus inuectus in regē turbauerit : coegeritq; proiectis insignibus prælio excedere.Factum erat nisi elephanti conuersi in spectaculum belli procurrissent:quorum tum magnitudine:tum deformitate & nouo colore/simul ac stridore cōsternati equi/cū incognitas sibi beluas amplius q̄ erant suspicarent:fugam stragemq; late dederunt.In apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est.Curio Fabricioq; cōs Iam quippe beluarū terror exoleuerat: & Caius Minutius quartę legionis hastatus vnius pmoscide abscisa mori posse beluas ostenderat:itaq; & in ipsas pila congesta sunt:& in turres vibratæ faces tota hostiū agmina ardētibus ruinis operuerunt.nec alius cladi finis fuit: q̄ nox dirimeret postremusq; fugientium ipse rex a satellitibus humero socius in armis suis referretur.Lucaniæ suprema pugna sub arusinis(quos vocant)cāpis ducibus ijsdem q superius & tūc tota victoria exitum quā datura virtus fuit casus dedit.Nam pductis in primā aciem rursus elephātis:vnū ex his pullū adacti in caput teli grauis ictus auertit:q cū per stragē suorum percurrens stridore quęreret:mater agnouit:& quasi vindicare exiluit:tū oia circa quasi hostilia graui timore permiscuit:ac si eędem ferę quę primā victoriā abstulerant:secundā parē facere:tertiā sine controuersia tradidere.nec vero tm̄ armis & in campis:sed cōsilijs quoq; & domi & intra vrbem cum rege Pyrrho dimicatū est.Quippe post primā victoriā rex callidus intellecta virtute romana:statim desperauit armis:seq; ad dolos contulit.Nā interemptos cremauit:captiuosq; indulgēter habuit:& sine pręcio restituit.Missisq; deinde legatis in vrbem omni modo annixus est.vt in amicitiam reciperetur:sed bello/& pace foris/& domi omnem in partem romana virtus tum se probauit : nec alias magis q̄ tarentina victoria ostendit populi [illegible]

Horribilis belli apparatus.

Pyrrhus.

Lyris campaniæ fluuius.

Territi equi stragem nō paruam facere.

Pyrrhi ars in vincēdis romanis.

romani fortitudinē: senatus sapiētiā ducū magnanimitatem: qui nā illi fuerūt viri quos ab elephātis primo prelio obrutos accepimus oim vulnera in pectore: qdā hostibus suis immortui: oim in manibus enses: & relictę in vultibus minę: & in ipsa morte ira viuebat: qđ adeo Pyrrhus miratus est: vt diceret. O q̄ facile erat orbis imperium occupare: aut mihi romanis militibus aut me rege romanis Quę aūt: eo℞: qui superfuerunt in reparādo exercitu festinatio? cū Pyrrhus video me inquit plane Herculis sydere procreatū: cui quasi ab angue lęrneo tot cæsa hostiū capita de sāguine suo renascūtur? Qui aūt ille senatus fuit? cū perorante Appio cęco pulsi cū muneribus suis ab vrbe legati. Interrogati a rege suo quid de hostiū sede sentirēt. Vrbē templū sibi visum: senatum regnū esse cōfiterent Quales porro ipsi duces vel in castris: cū medicum venale regis pyrrhi caput afferentē Curius remisit? Fabricius oblatā sibi a rege imperij partē repudiauit? vel in pace: cum Curius fictilia sua samnitico prętferret auro? Fabricius decē pondo argēti: circa Ruffinū cōsularem virū: quasi luxuriā cēsoria grauitate dānaret? Quis ergo miret his moribus virtute militum victorē Po. Ro. fuisse? vnoq; bello tarētino intra quadriēniū maximā partē italię: fortissimas gentes operulentissimas vrbes: vbertimasq; regiões in deditionē redegisse Aut qd adeo fidē superet? qm̄ si principia belli cū exitu conferant. Victor primo prelio pyrrhus totā trementē italiā: campaniā Lyrim: Fregellasq; populatus prope captā vrbē: a pręnestina arce prospexit: & a vigesimo lapide oculos trepide ciuitatis fumo ac puluere impleuit Eodē postea bis exuto castris. bis saucio: & in græciam suam trans mare ac terras fugato: pax & quies & tanta adeo de opulētissimis tot gentibus spolia: vt victoriam suam Roma non caperet. Nec. n. vllus pulchrior in vrbe: aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem nihil nisi pecore volscorum: greges sabinorum carpēta gallorum: fracta samnitum arma vidisset. Tum si captiuos aspiceret: Molossi: thessali: macedones: brutius: apulus: atq; Lucanus. Si pōpas. aurum: purpuras: signa: tabulæ: tarentinæq; deliciæ. Sed nihil libentius Po. Ro. aspexit: q̄ illas quas timuerat cū turribus suis beluas. quę nō sine sensu captiuitatis summissis ceruicibus victores equos sequebantur.

Pyrrhis exclamatio.

Romano℞ laudes.

Tarētinum bellum.

Quousq; pyrrhus processerit.

Elephanti capti.

¶ Bellum Picente.

OMnis mox italia pacē habuit. qd. n. post tarentū auderent nisi q̄ vltro persequi socios hostiū placuit. Domiti hinc pi-

centes sed caput gentis asculum Sempronio duce: qui tremẽte in ter prælium campo tellurem deam promissa æde placauit. Aedes tellu ri vota.

¶Bellum Salentinum.

SAlentini picẽtibus additi: caputq; regionis brundusiũ inclyto portu. M. Attilo duce. & ĩ hoc certamine victo riæ ꝑcium tẽplum sibi pastoria pales vltro poposcit. Pales dea

¶Bellum vulsinense.

POstremi italicorum in fide mansere vulsini opulentissimi ethruscoꝝ: implorãtes opẽ aduersus seruos quondã suos qui libertatẽ a dñis datã in ipsos erexerant: translataq; in se republica dominabanť. Sed hi quoq; duce Fabio gurgite pœnas dederunt. Fabius gurges.

¶De Seditionibus.

Hæc est secunda ætas. P. R. & quasi adolescẽtia qua maxime viruit: quodam flore virtutis exarsit ac fremuit. Itaq; q̃dam adhuc ex pastoribus feritas quiddam spirabat indomitum. Inde est quod exercitus Posthumiũ imperatorem inficiantem quas promiserat prædas: facta in castris seditione lapidauit: ꝙ sub Appio Claudio noluit vincere hostem: cum posset: ꝙ duce Valerio Nerone detractãtibus: plærisq; militiam: fracti consulis fasces. Inde ꝙ clarissimos principes ꝙ aduersarentur volũtati suæ: exultatiõe mulctauit: vt coriolanum colere agros iubentẽ. nec minus ille ferociter iniuriam armis vindicasset: nisi ꝙ iam inferentẽ signa filium mater Vetruria lachrymis suis exarmauit: vt ipsum Camillium ꝙ iniq; inter plebẽ & exercitum diuisisse veientẽ ꝑdam videretur. Sed hic melior obsessis in capta vrbe cõsuluit: & mox supplices de hoste gallo vindicauit. Cũ senatu quoq; de ęquo bonoq; certatũ est: adeo vt relictis sedibus solitudinẽ & interitum patriæ suę minarentur. Prima discordia ob impotentiam fœneratorum: qbus in terga quoq; seruiliter seuientibus ĩ sacrũ montem plebs armata secessit: ægreq; nec nisi tribunos impetrasset: Menenij agrippæ facundi: & sapiẽtis viri auctoritate reuocata est. Extat orationis antiquę satis efficax ad cõcordiam fabula: qua dissedisse inter se quondam humanos artus: ꝙ oibus operę fugiẽtibus solus vẽter immunis ageret deinde moribũdos a se iunctione redisse in gratiam: quãdo sensissent: ꝙ eius opera: redactis in sanguinẽ cibis irrigarentur. Secundũ in vrbe decẽuiratus libido conflauit. allatas a gręcia leges decem principes lecti iubente populo conscripserant: ordinataq; erat in. xij. tabulis tota iu-

Posthumius iperator ĩ castris lapidatus.

Prima ciuitatis discordia.

Menenius agrippa.

Secũda ciuium discordia.

Apij turpe facinus.

stitia Cum tamen traditos fasces regio quodam furore retinebāt Ante cæteros Appius eo insolentię elatus est. vt ingenuā virginē stupro destinaret :oblitus & Lucretiæ & regum & iuris:quod ipse cōposuerat.Itaq; cum oppressam iudicio filiam trahi in seruitutę videret Virginius pater: nihil cunctatus in medio foro manu sua interfecit: admotisq; signis cōmilitonum totā eam dominationē obsessam armis in carcerem:& cathenas ab auentino monte per traxit.

Tertia sedi-tio.

Tertiam seditionē excitauit matrimoniorum indignitas vt plebs cū patricijs iungeretur:qui tumultus in monte Ianiculo du-ce Camuleio tribuno plebis exarsis.

Seditio quarta.

Quartam bonorum cupido: plebei magistratus crearentur.Fabius ambustus duaꝝ pater:alte tā Sulpitio patricij sanguinis dederat.alteram plebeio Stolo quo dā tēpore:ꝙ lictorie virgę sonum irrisa iniuriam nō tulit.Itaq; na-ctus tribunatum honorū & magistratuū cōsortium: q̄uis inuito se natui extorsit. Veꝝ in his ipsis seditionibus principem populum nō immerito suspexeris:siquidem nunc libertatem.nūc pudicitiā tū nataliū dignitatem:honorum decora:& insignia vindicauit In ter omnia hęc nullius acrior custos q̄ libertatis fuit.Nullaq; in prę cium eius potuit largitione corrumpi:cum vt in mogno:& in dies maiore populo interim pnitiosi ciues existerent.

Cassius.

Cassiū largitione agraria lege suspectū: rege dominationis p̄senti morte mulctauit.

Spurius Quintius Seruilius Manlius Capitolin⁹.

Ac de spurio quidē suppliciū pater ipsius sumpsit.Hunc Quintij dictatorijs imperio in medio foro magister equitū Seruilius hala cōfodit. Manliū vero capitolij vindicem: quia plerosq; debitorū liberauerat:altius se & inciuilius efferentē.ab illa(quā defēderat) arce deiecit.talis domi ac foris: talis pace belloq;.P.R. fretū illud adolescentię.i.secundā imperij ętatem habuit in qua totam inter alpes fretūq; italiam armis subegit.

¶Lucij Flori Epithoma Secundum.

Processus po.romoni.



Omita subactaq; italia.P.R.ꝑpe quingentesi-mum annum agens:cū bona fide adoleuisset:si qđ est robur:si qua iuuentus:tum ille vere robu stus & iuuenis & par orbi terraꝝ esse cœpit:Ita-q; miꝝ & incredibile dictu:qui ꝑpe quingentis annis domi luctatus est adeo difficile fuerat da re italię caput his .cc.ānis qui sequūtur africam: europam: asiam: totū deniq; orbem terrarum bellis victorijsq; peragrauit.

¶Primum bellum punicum.

IGitur victor Italiæ populus cum a terra fretum vsq; venisset: more ignis: qui obuias populatus incendio siluas interueniente flumine abrumpitur: paulisper substitit: mox cum videret opulentissimam in proximo prędam quodam modo italiæ suæ abscissam: & quasi reuulsam / adeo cupiditate eius exarsit: vt quatenus nec mare iungi nec pontibus posset: armis belloq; iungenda: ad continentem suum reuocanda bello videretur. Sed ecce se vltro ipsis pandentibus fatis / nec occasio defuit: cum de pœnorum impotentia fœderata siciliæ ciuitas messana quereret. Affectabat autem vt romanus ita pœnus Siciliā & eodem tempore paribus vterq; votis ac viribus imperium orbis agitabat. Igitur specie quidem socios iuuandi: te aūt sollicitante præda: quanquā territaret nouitas rei: tanta tamen in virtute fiducia est: ille rudis: ille pastorius populus: vereq; terrester ostēdit nihil interesse virtutis: equis an nauibus: terra an mari dimicaretur. Appio Claudio consule primū fretum tum ingressus est fabulosis infame monstris æstuq; violentū: sed adeo nō est exterritus: vt ipsam illam ruentis ęstus violentiā / pro munere amplecteretur: statimq; ac sine mora Hyeronē syracusanū regē tanta celeritate vicit. vt ipse ille se prius victum: q̄ hostē videret / fateretur: Dulio Cornelioq; consulibus etiam mari cōgredi ausus est: cum quidē ipsa velocitas classis comparatæ auspiciū fuit. Intra enim sexagesimū diem: quam cæsa silua fuerat. clx. nauiū classis in anchoris stetit: vt nō arte factæ: sed quodā munere deorꝫ conuersæ naues: atq; mutatę arbores viderētur: prælij vero fama mirabilis cum illas celeres volucresq; hostiū naues: hę graues tardæq; cōpręhenderent: longe illis nauticæ artes: detorquere remos: & ludificari fuga rostra. Iniectę. n. ferreę manus: machinęq; alię ante certamen multū ab hoste derisæ: coactiq; hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud Liparas mersa & fugata hostiū classe primū illud maritimū egit triumphū. cuius qđ gaudiū fuit? cū Dulius imperator non cōtentus vnius diei triumpho. per vitam omnem vbi a cena rediret pręlucere funalia: pręcinere sibi tibias iussit: quasi quottidie triumpharet: pro tanta huius victoria leue huius pręlij damnū fuit: Alter consulū interceptus Asina Cornelius qui simulato colloquio euocatus: atq; oppressus fuit: perfidię punicę documentum Calatino dictatore fere omnia pręsidia pœ

Messana sicilię ciuitas.

Romani in siciliā traijciunt.

Hyero syracusanus rex vincitur.

Arbores in naues commutatæ.

Dulius.

Cornelius cōsul opprimitur.

norum agrigento:drepano panormo:eryce:lilybeo detraxit tre-
pidatum est semel circa cameriẽsium saltum: sed eximia virtute
Calfurnius flamma. Calfurnij flãmæ tribuni militũ euasimus: qui lecta.ccc.manu in
festũ & incessũ ab hostibus tumulũ occupauit: adeoq; moratus
hostes dum exercitus omnis euaderet: ac sic pulcherrimo exitu
termopylarum & leonidę famã adequauit. Hoc illustrior noster
ꝙ expeditioni tantæ superfuit: & superuixit licet nihil scripserit
sanguine: Lutio Cornelio scipione cũ iam sicilia suburbana esset
populi romani prouincia. serpente latius bello sardiniã annexãq;
ei corsicam transit: vbi & hic caralæ vrbis excidio incolas terruit
Romani in africã traijciunt. adeoq; omnis terra mari pœnos expugnauit: vt iam victoriæ ni
hil nisi africa ipsa restaret. M. Attilio Regulo duce iam in africam
nauigabat bellum: nec deerant: qui ipso punici maris nomine ac
Mannius. terrore deficerent: augẽte insuper tribuno Mãnio metũ: in quem
nisi paruisset: securi districta imperator metu mortis nauigãdi fe-
cit audaciã: mox de ventis remisq; properatũ est: tantusq; terror
hostili aduẽtus pœnis fuit: vt apertis pene portis carthago cape-
Clypea ciuitas. retur. Belli prima pręmiũ fuit ciuitas clypea prima enim a punico
littore quasi arx & specula procurrit: & hęc &.ccc.amplius castel
la vastata sũt. nec cum hominibus: sed cum monstris quoq; dimi
catum est. Cum quasi in vindictã africę nata mirę magnitudinis
Attilius regulus. serpẽs posita apud bragadam castra vexaret: Sed omniũ victor
regulus cum terrore nominis sui late circũtulisset: cumq; magnã
vim iuuentutis ducesq; ipsos aut [illegible]cidisset: aut haberet in vincu
lis classemq; ingẽti pręda onustã: & triũpho graue in vrbem prę-
misisset. etiã ipsam caput belli carthaginem vrgebat obsidione
ipsisq; portis inhærebat. Hic paulũ circũacta fortuna est tantum
vt plura deessent romanæ vrbis insignia cuius fere magnitudo
calamitatibus approbatur: nã conuersis ad externa auxilia hosti
Xantippus Romanos vincit. bus: cũ Xantippum illis ducẽ lacedæmon misisset: a viro militiæ
peritissimo vincimur: cũ fœda clade romanisq; vsu incognita. Vi-
uus in manus hostiũ venit fortissimus imperator. Sed ille quidẽ
par tantę calamitati fuit. Nam nec punico carcere fractus est: nec
legatione suscepta: quippe diuersa: quã hostes mãdauerãt: cẽsuit
ne pax fieret: ne cõmutatio captiuoꝝ reciperẽ: sed nec illo volun-
tario ad hostes suos reditu: nec vltio siue carceris: seu erucis sup-
Reguli fides. plicio deformata maiestas. Immo his oibus admirabilior: quid
aliud q̃ victus de victoribus: quia carthago nõ cesserat: de fortu-

na triũphauit. Populus autẽ ro. multo acrior infestiorq; ꝓ vltione reguli q̃ pro victoria fuit: Metello igitur consule spirantibus altius poenis: & reuerso in siciliam bello: apud panormnm sic hostes cecidit: vt ne amplius ea in insula concitaret. Argumentum ingẽtis victoriæ centum circiter elephantorum captiuitas. Sic quoq; magna p̃da si gregem illum nõ bello sed venatione cœpisset. P. Claudio cõs. non ab hostibus: sed a dijs ip̃is supatus est: quoꝝ auspitia cõtẽpserat: ibi statim classe demersa. vbi ille pręcipitari pullos iusserat: q̃ pugnare ab his vetaret. M. Fab. buteone cõs. classem hostiũ in africo mari ad Egimurũ iam in italiam vltro nauigantẽ cecidit. Q uãuis Octauo triũphus tẽpestate intercidit cum opulẽta p̃da classis aduersis acta vẽtis: naufragio suo africam & syrtes omniũ imperia gentiũ: insulaꝝ littora impleuit. Magna clades: sed nõ sine aliqua principis populi dignitate intercepta tẽpestate victoria: & triũphum perijsse naufragio. Et tamen cum punicę p̃dæ omnibus insulisq; fluitarent. P. R. triũphauit. Catulo cõsule tandẽ bello finis impositus apud insulas: quibus nomen Egates: nec maior alia in mari pugna: quippe cõmeatibus exercitu ꝓpugnaculis: armis: grauis hostiũ classis: & in eis quasi tota carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prõpta: leuis: expedita: & quodã genere castrẽsis ad similitudinem pugnæ equestris sic remis quasi habenis agebatur: & in hos vel in illos mobilia rostra speciem viuentium p̃ferebant Itaq; momẽto tẽporis laceratę hostium rates totum inter siciliam: sardiniãq; pelagus naufragio suo operuerũt. Tanta deniq; fuit illa victoria: vt de excidendis hostiũ mœnibus non quęreret: superuacuũ visum est in arcem murosq; sęuire: cum iam in mari esset deleta carthago.

Metellus.

M. Fabius Buteo.

Egates insulæ.

Victoria naualis ad Egates.

¶ Bellum Ligusticum.

Peracto punico bello secuta est breuis sane & quasi ad recipiendum spiritum requies argũq; pacis & bona fide cessantium armorum. tũc primum post Numam clausa fuit porta Iani: sed statim ac sine mora patuit: quippe iam Ligures: iam insubres galli: necnon & illyrici lacessebant. Sic de sub alpibus. i. de subipsis italiæ faucibus gentes deo quodam assidue incitant: ne rubiginem ac situm arma sentirent: deniq; itaq; quotidiani: & quasi domestici hostes tirocina militũ imbuebãt: nec aliter vtraq; gente quasi cote quadã P. R. ferrũ suę virtutis acuebat.

Iani tẽplũ scd̃o claudit

Domitil ligures.

Ligures imis alpium iugis adhęrētes:inter arum & macrā flumen implicitos dumis siluestribus maior aliquāto labor erat inuenire: q̄ vincere.tutum locis & fuga.durū atq; velox genus ex occasiōe magis latrocinia q̄ bella faciebat.Itaq; cum diu multumq; eluderet saltus deciates moxubij.euburiates:incognitas tandē Fuluius latebras eorum ignibus sepsit.Bebius in plana deduxit Posthumius ita exarmauit vt vix reliquerit ferrum quo terra coleretur.

¶Bellum Gallicum.

Gallorū natura.



Allis insubribus & his accolis alpiū: animi ferarꝫ:corpora plusq̄ humana erant.sed experimēto dep̄hensum est:quippe sicut primus impetus eius maior q̄ virorꝫ est ita sequens minor q̄ fœminarꝫ. Alpina corpora humēti cęlo educata habent quiddā simile niuibus suis q̄ mox vt caluere pugna:statim in sudorē eunt: & leui motu:quasi sole laxantur.Hic sępe & alias: sed Britomaro duce nō prius soluturos se baltea: q̄ capitoliū ascendissent iurauerant factum est.victos.n.Emilius capitolio discinxit. Mox Aristonico duce vouere de nostrum militū p̄da Marti suo torquē.intercepit Iuppiter votū:nam de torquibus eorꝫ aureū trophęum Ioui Flāminius erexit.Viridomato rege romana arma Vulcano p̄misce rant:alioquin vota ciciderunt.occiso enim rege Marcellus tertia post Romulum patrē feretrio Ioui arma suspendit.

Tertia spolia opima.

¶Bellum Illyricum.

Liburnorꝫ sedes.

Llyrij se liburni sub extremis alpium radicibus agūt inter arsiam:tytiūq; flumen:lōgissime p totum adriani maris littus effusi.hi regnante Teusa muliere populationibus non cōtenti licentię scelus addiderunt.Legatos quippe n̄ros ob ea q̄ deliquerāt iure agētes:nec gladio quidē:sed vt victimas securi percutiūt.p̄fectos nauiū igne cōburūt:idq; quo indignius foret mulier imperabat.itaq; Cneo Fuluio Centimalo duce late domant.Strictę i principū colla secures legatorꝫ manibus litauere.

Cneus Fuluius cētimalus.

¶Bellum Punicum Secundum.

Scdm bellū punicū.

Ost primū punicū bellū vix quadriēni requies ecce alterꝫ bellū minus quidē spacio:nec eni amplius q̄.xviij annos habet: sꝫ adeo cladiū atrocitate terribilius. vt si quis cōferat damna vtriusq; ppl'i.similior victo sit ppl's qui vicit

Aut pudebat nobilē populū ablatū mare:raptę insulę: dare tributa:quę iubere cōsueuerat. Hinc i vltionē puer Hannibal ad aram patri iurauerat:nec remorabatur:Igitur in causa belli Sagūtus delata est hispanię ciuitas:& opulenta fideiq; erga romanos magnū quidem:sed triste monumentū: quam i libertate communi fœdere exceptam Hannibal causas nouorum motuū querēs: & suis & ipsorū manibus euertit:vt italiam sibi rupto fœdere aperiret. Sūma fœderum romanis religio est. itaq; ad auditum socię ciuitatis obsidium:memores icti cum pœnis quoq; fœderis:non statim ad arma procurrunt:dum prius more legitimo queri malunt Interim tam nouem mensibus fessi fame:machinis ferro & igne versa deniq; in rabiem fide immanē in foro excitāt rogū: tum desuper se: suosq; cū omnibus opibus suis ferro: & igne corrumpunt. Huius tantæ cladis auctor Hannibal poscitur: tergiuersantibus pœnis dux legationis:quę inquit mora est Fabius? in hoc ego sinu bellū affero:& pacem vtrū eligitis? vtrum placet sumite: cūq; succlamatum esset vtrum vellet:daret.Bellū igitur iquit accipite:& excusso in media curia togę gremio:nō sine horrore quasi plane sinu bellum ferret:effudit Similis exitus belli initio fuit.Nam quasi has inferias sibi saguntinorum vltimę dirę in illo publico parricidio:incendioq; mandassent:ita manibus eo⁊ vastatione italiæ:captiuitate africę:ducū & regū:qui id gessere bellū: exitio parentatū est. Igit vbi semel se in hispania mouit illa grauis: & luctuosa punici belli vis:atq; tēpestas:;destinatūq; romanis iamdiu fulmen saguntino igne conflauit:,statim quodam impetu rapta medias perfregit alpes/& in italiam ab illis fabulosę altitudinis niuibus:velut cęlo missa descendit: ac primi quidem impetus turbo: inter padum & ticinum valido statim fragore detonuit.Tūc Scipione duce fusus exercitus:saucius & ipe venisset in hostium manus imperator: nisi protectum patrem prętextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset:hic erit Scipio:qui in exitium africę crescet: nomē ex malis eius habiturus. Ticino Trebia succedit:hic secūda belli punici procella desęuit Sempronio consule: tunc callidissimi hostes frigidum & niualem nacti diem:cum se ignibus prius oleoq; fouissent: horribile dictu:homines a meridię & sole venientes: nostra nos hyeme vicerunt Trasimenus lacus te[illegible]um fulmen Hannibalis ipetatore Flaminio:ibi quoq; ars nouę punicæ fraudis quippe nebula lacus: palustribusq; virgultis tectus: equitum terga subito

Hannibal puer.

Sagūtus hispanię ciuitas.

Noua belli denūciatio.

Romani vicunt ad ticinum.

Ad trebiā romani vincunt.

pugnãtium inuasit. Nec de dijs possumus queri imminentẽ teme
rario duci cladem prędixerant. Insidẽtia signis agmina & aquilæ
prodire nolentes: & cõmissa aciẽ secutus ingens terræ tremor: ni
si illũ horrore soli equitum: virorũq; discursus: & mota vehemen
tius arma fecerũt. Quartũ id est pœne vltimũ vulnus ĩperij Cãne
ignobilis apulię vicus: sed magnitudine cladis emersit: &.xl.miliũ
cæde parta nobilitas. Ibi in exitium infœlicis exercitus dux terra:
cęlum dies: tota deniq; rerum natura consensit. Siquidem nõ cõ
tentus simulatis transfugis. Hannibal: qui mox terga pugnantiũ
ceciderant: Insuper callidissimus imperator patẽtibus in campis
obseruato loci ingenio: quod & sol ibi acerrimus: & plurimus pul
uis: & eurus ab oriente semper quasi secundum cęlum tenens: vẽ
to puluere: sole pugnaret. Itaq; duo maximi exercitus cæsi ad ho
stium societatem: donec Hannibal diceret militi suo: parce ferro.
Ducum fugit alter: Alter occisus est. dubium vter maiore animo.
Paulum puduit: Varro non desperauit. Documenta cladis: cruen
tus aliquãdiu aufidus: pons de cadaueribus iussu ducis factus in
torrente Vergilij: modij duo anulorum carthaginem missi digni
tasq; equestris taxata mensura dubium deinde nõ erat: quin vlti
mũ illũ diẽ habitura fuerit Roma: quintũq; intra diẽ epulari Hã
nibal in capitolio potuerit: si quod pœnũ illum dixisse Adherbalẽ
Bomicaris ferunt. Hannibal queãdmodum sciret vincere: sic vti
victoria scisset. Tum quidẽ illum vt dici vulgo solet aut fatũ vrbis
imperaturæ: aut ipsius mens mala & auersi a carthagine dij in di
uersum abstulerũt: cum victoria possent vti frui maluit. Relictaq;
Roma cãpaniã tarentũq; peragrare: vbi mox & ipse: & exercitus
ardore elanguit/adeo vt verum dictum sit Capuã Hannibali cã
nas fuisse. Siquidem inuictũ alpibus: in domitũ armis: campaniæ
quis crederet soles & tepentes fontibus baię subegerunt. Interim
respirare romanus: & quasi ab inferis emergere arma non erant
detracta sunt templis: deerat iuuentus: in sacramentum militię li
berata seruitia. egebat ærarium: opes suas libens senatus ĩ mediã
protulit. nec pręter quod in bullis/singulisq; anulis erat: quicq̃ sibi
auri relinquere. eques secutus exemplum imitatęq; equitentibus
deniq; vix suffecere tabulæ: vix scribarũ: manus Leuino/Marcel
loq; cõsulibus cũ priuate opes in publicũ deferrentur. quod autẽ
in eligendis magistratibus: quæ centuriarũ sapientia: cum iuniori
bus a senioribus consilium de creandis cõsulibus petiuere: quip

Tãsimena acies.

Cannę po. ro. funestę.

Anulorum modij duo.

Ad herbal.

Capua Hãnibal cã narum loco fuit.

Leuinus Marcellus.

pe aduersus hostem totiens victorē tam callidū non virtute tantum:sed suis etiam pugnare consilijs oportebat. Prima redeuntis:sed(vt dixerim)reuiuiscentis imperij spes Fabius fuit:qui nouam de Hannibale victoriā cōmētus est:nolle pugnare. Hinc illi cognomen nouum:& reipublicę salutare cūctator. Hinc illud ex populo. vt imperij scutum vocaretur. Itaq; per samniū totum per falernos:gauranosq; saltus macerauit Hannibalem:vt qui frangi non virtute poterat:mora commineretur. Inde claudio Marcello duce etiā cōgredi ausus est. cominus venit & pepulit:& cāpania sua:& ab obsidione nolę vrbis excussit. Ausus & Sēpronio graccho duce per lucaniam sequi. & pręmere terga sedentis:quamuis tunc: O pudor manu seruili pugnaret:nam hucusq; tot mala cōpulerant: sed libertate donati fecerant de seruitute romanos. O horribilem in tot aduersis fiduciam:O singularē animum:ac spiritum populi romani:tam arctis afflictisq; rebus/cū de italia sua dubitaret:ausus est tamen in diuersa respicere:cūq; hostes in iugulo per campaniā apuliāq; volitarent:mediāq; de italia africam facerēt eodem tempore & hūc sustinebat:& in siciliā:sardiniam: hispaniam:diuisa per terrarum orbē arma mittebat. Sicilia mandata. Marcello:nec diu restitit:tota enim insula in vna vrbe superata est grande illud:& ante id tempus inuictum caput syracusæ quamuis Archimedis ingenio defēderetur:aliquando cesserunt Longæ illi triplex murus:totidemq; arces:portus ille marmoreus & fons celebratus Aretusæ:nisi quod hactenus profuere:vt pulchritudini victæ vrbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit. nihil illic gentium feritas insanorūq;:nam sic vocantur immanitas montiū profuere. sæuitiū in vrbes. vrbemq; vrbium Caralim vt gens contumax vilisq;:mortis saltem desiderio patrij soli domaretur. In hispaniam missi Cneus & Publius scipiones Spem totam pœnis eripuerant:sed insidijs punicę fraudis oppressi rursus amiserant. Magnis quidem illi prælijs cum punicas opes cecidissent:sed punicæ insidię alterū ferro castra metantem: alterū cum euasisset in turrem cinctum facibus oppresserunt. Igitur in vltionem patris ac patrui missus cū exercitu Scipio: cui tā grāde de africa nomen fata decreuerāt. Bellatricem illam viris armisq; nobilem hispaniam:illā seminariā hostilis exercitus:illam Hānibalis eruditricem:incredibile dictu:totam a pyreneis montibus in Herculis columnas:& oceanum recuperauit:nescias citius an

Cunctator Fabius.

Nola.

Sicilia mandata.

Marcello

Siracusæ ab archimede defendebantur.

Caralis vrbs vrbium.

Scipionum res in hispania gestę.

facilius q̃ velociter quattuor anni fatentur: q̃ facile vel vna ciuitas probat: eodem quippe quo obsessa est die capta est omenq; Africanæ victoriæ fuit quod tam facile capta est Hyspana Carthago. Certũ est tamẽ ad profligandã prouinciã: maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quippe qui captiuos pueros puellasq; pręcipuę pulchritudinis barbaris restituerit: ne in conspectum quidem suum passus adduci: ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem vel oculis videretur. Hęc inter diuersa terrarum populus Romanus: nec ideo tamẽ italiæ visceribus inhærentẽ summouere poterat. Hannibalẽ carthaginensem. Plæraq; ad hostem defecerant: & dux accerimus cõtra romanos italicis quoq; viribus vtebatur. Iam tamen eũ plęrisq; oppidis & regionibus excusseramus Tarẽtinus ad nos redierat iam & capua sedes: & domus: & patria altera. Hannibalis tenebatur: cuius ammissio tm̃ pœno duci dolorem dedit: vt ille totis viribus romam conuerteretur. O populum dignũ orbis imperio: dignũ omnium fauore & administratione hominũ ac deorum: cõpulsus ad vltimos metus ab incepto nõ destitit. & de sua vrbe sollicitus: capuã tamen non omisit: sed parte exercitus sub Appio consule relicta parte flaccũ in vrbẽ secuta: absẽs simul: p̃sensq; pugnabat. Quid ergo miramur? Mouenti castra a tertio lapide Hannibali iterum ipsos deos: deos inquã nec fateri pudebit restituisse. tãta eñ ad singulos illius motus vis imbriũ effusa est: tãta ventorꝶ violentia coorta est vt diuinitus hostem summoueri: nec cœlo sed ab vrbis ipsius mœnibus: & capitolio ferri videret. Itaq; fugit: & cessit: & in vltimũ se italię recepit sinum: cum vrbẽ tantũ non adhortã reliquisset. Parua res dictu: sed ad magnanimitatẽ. P. R. probẽdam satis efficax: qꝰ illis ipsis quibus obsidebantur diebus: ager quem Hannibal castris insiderat: venalis romæ fuit. Hastęq; subiectus inuenit emptorẽ Voluit Hannibal contra fiduciam imitari: subiecitq; argentarias vrbis tabernas: nec sector inuentus est. Vt scias etiã pręsagia fatis fuisse: nihil actũ erat tanta virtute/tanto fauore deoꝶ. Siquidẽ ab hispania Hasdrubal frater Hannibalis cũ exercitu nouo: nouis viribus: noua belli mole veniebat. Actum erat ꝓculdubio: si vir ille se cũ fratre iunxisset: sed hunc quoq; castrametantẽ Claudius Nero cum liuio Salinatore debellat. Nero in vltimo italię angulo summouebat Hannibalem: Liuius in diuersissimã partẽ: & in ipsas nascentis italię fauces signa conuerterat:

Carthago facile capta

Prodigiosa tempestas.

Ager romæ venalis.

Hasdrubal Hannibalis frater debellatur.

tanto omniq; longissima italia solo interiacente:quo cõsilio: qua celeritate consules castra coniunxerint: inopinanterq; hostem collatis signis compresserint.neq; id fieri Hannibal senserit:dif ficile dictu est.Certe Hannibal recognita:cum proiectum fratris caput ad sua castra vidisset:agnosco inquit infœlicitatem cartha ginis:hæc fuit illius viri non sine pręsagio quodam fati imminen tis prima confessio.Iam certum erat Hannibalem etiã ipsius con fessione posse vinci:sed tot rerum ꝓsperarum fiducia plenus po pulus romanus magni estimabat asperrimum hostem in sua afri ca debellare:Duce igitur Scipione in ipsam africam tota mole cõ uersus:imitari cœpit Hãnibalem:& italię suę clades in africa vin dicare.Quas ille dij boni Hasdrubalis copias:quos Syphacis ex ercitus fudit:quæ quantaq; vtriusq; castra facibus illatis vna no cte deleuit/deniq; iam non a tertio lapide:sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat.sic factum est.vt inhærentem atq; in cubantẽ italiæ extorqueret.Hannibalem:non fuit maior sub im perio romano dies q̃ ille:cum duo omnium & antea & postea du cum maximi illi italię hic hispanię victor/collatis cominus signis direxere aciem.Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pa cis.Steterũt diu mutua admiratiõe defixi:vbi de pace nõ conue nit.signa cecinere.Constat vtriusq; confessiõe nec melius instrui aciem: nec acrius potuisse pugnari: hoc Scipio de Hannibalis: Hannibal de Scipionis exercitu pręducauerunt:Sed tamẽ Han nibal cessit:præmiumq; victoriæ africa fuit & secutus africam ter rarum orbis.

Pręsagium ifœlicitatis chartaginis

Res i africa aspitione gestę.

Hannibal in africa vin citur.

¶Bellum Macedonicum Primum.

Post carthaginẽ vinci neminem puduit:secutę sunt statim africam gentes macedonia:græciæ:syriæ:cę teraq; omnia quodam quasi æstu & torrente fortu nę sic primi omniũ macedones/affectator quoddã imperij populus.Itaq; quãuis tunc Philippus regno pręsideret:romani tamẽ dimicare sibi cum rege Alexandro vide bantur.Macedonicum bellum nomine amplius: q̃ spectatione gentis fuit.Causa cœpit a fœdere Philippi.quo rex iampridem dominantem in italia Hannibalem sibi sociauerat:postea creuit implorãtibus athenis auxilium cõtra regis iniurias cum ille vltra ius victoriæ in templa:aras:& sepulchra ipsa sæuiret. Placuit se

Macedoni ci belli ori go.

natui opem tantis ferre supplicibus: quippe iam gentium reges duces:populi:natiões pręsidia sibi ab hac vrbe petebant.primo igitur Liuino consule populus romanus Ionium mare ingressus: tota gręcię littora veluti triũphanti classe peragrauit:spolia quippe sicilię.hispaniæ:sardiniæ:africę pręferebat.Et manifestam victoriam nata in pretoria quippe laurus pollicebatur.Aderat spõte in auxilium Attalus rex pergamorum:Aderant Rhodij nauticus populus:quibus a mari consul a terris omnia equis viribusq; quatiebat.bis victus rex:bis fugatus:bis exutus castris.cũ tamen nihil terribilius macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu:quę nõ spiculis:neq; sagittis:nec vllo gręculo ferro: sed ingentibus pilis: nec minoribus adacta gladij vltra mortem patebant.Enimuero Flaminio duce inuios antea chaonum mõtes:Indumq; amnem per abrupta vadẽtem:& ipsa macedonię claustra penetrauimus introisse victorię fuit.Nam postea nunquam ausus congredi rex ad tumulos:quos cynocephalas vocant:vno ac ne hoc quidem iusto prelio opprimitur:& illi quidẽ consul pacem dedit:regnũq; concessit:mox nequit esse hostile thebas:& Euboeam:& grassantem sub Nibide suo lacedęmona compescuit.Gręciæ vero veterem statum reddidit:vt legibus viueret suis:& auita libertate frueretur.Quę gaudia? quę vociferatiões ferunt? Cum hoc forte Nemeę in theatro quinquennalibus ludis a pręcone caneretur:quo certauere plausu? quid florum in consulem profuderunt? & iterũ iterumq; pręconem repetere illam vocem iubebant:qua libertas achaię pronunciabatur:nec aliter illa consulari sententia:qui modulatissimo aliquo tibiarum:aut fidum cantu fruebantur.

Attalus rex pergamorũ

Rhodij nautici.

Indus fluuius,

Reddita libertas.

Bellum Syriacum Regis Antiochi.



Macedoniam statim & regem Philippũ Antiochus excepit quodã casu:quasi idustria sic a gubernante fortuna:vt quemadmodum ab africa in europam sic ab europa in asiam vltro se suggerentibus causis imperium ꝓcederet:& cum terrarum orbis sit:ipse ordo victoriarũ nauigaret.Nõ aliud formidolosius fama bellũ fuit qppe cũ persas & orientẽ Xerxem: atq; Dariũ cogitarẽt qñ perfossi intui mõtes:qñ velis opertũ mare nũciaret vt hoc cælestes minę territabãt:cũ humore continuo cumanus Apollo sudaret:sed hic fauẽtis asię suę numinis timor

Macedonici regni dilatatio.

Cęlestes minę.

erat:sed nec sane viris:opibus:armisq; qcquã copiosius syria: sed in manibus tam ignaui regis incederat:vt nihil fuerit ĩ Antiocho speciosius: quã q a romanis victus est. Impulere regẽ id bellum illinc Thoas etholiæ princeps:inhonoratam apud romanos quę rens aduersus macedonas militiæ suæ societatem: hinc Hãnibal qui in Africa victus profugus: & pacis impatiens hostem populo romano toto orbe quęrebat: & quod illud fuisset periculum si se consilijs eius rex tradidisset:si asię viribus vsus fuisset miser Hãnibal? Sed rex suis opibus & nomine regio fretus satis habuit bellum mouere. Europa iam dubio procul iure ad romanos pertinebat. Hic lysimachiam vrbem ĩ littore tracio positam a maioribus suis Antiochus vt hęreditario iure repetebat. Hoc velut sydere asyatici belli mota tempestas & maximus regum conuentus. fortiter indixisse bellum:cum ingenti strepitu. ac tumultu mouisset ex asia Occupatis statim insulis gręcisq; littoribus:ocia & luxus tanq̃ victor agitabat. Euboeam insulem continenti adhærentem tenui freto: reciprocantibus aquis Euripus abscidit. Hic ille positis aureis sericisq; tentorijs sub ipso freti murmure cum inter fluenta tibijs fidibusq; concineret: collatis vndiq; q̃uis per hyemẽ rosis: ne cum aliquo ducum genere agere videretur. virginum puerorumq; delectus habebat. Talem ergo regem iam sua luxuria debellatum populus romanus. Acilio glabrione consule in insula aggressus:ipso statim aduentus sui initio coegit ab insula fugere. Tã pręcipitem apud thermopylas assecutus locum.ccc.laconum speciosa cedę memorandum:ne ibi quidem fiducia loci resistentem mari ac terra cædere coegit. Statim & euestigio itur in syriam classis regia Polixenidi Hãnibaliq; commissa Nam rex prælium nec spectare poterat. Igitur duce Emilio regillo ad remigantibus rhodijs tota laceratur. Ne sibi placeant Athenę in Antiocho vicimus Xerxem. in ęmilio Alcibiadẽ ęquauimus: ephesijs Salamina pensauimus. Cõsule Scipione cui frater ille mõ victor carthaginis africanus volũtaria legatiõe aderat:debellari regẽ placet: & iam toto cesserat mari:sed nos imus vlterius meandrũ ad amnẽ:mõtemq; sypilum castra ponunt. Hic rex incredibile dictu quibus auxilijs: q̃bus copijs cõsiderat:trecẽta milia peditũ:falcatorũq; curruũ nõ minor numerus:elephantis ad hoc immensæ magnitudinis auro purpura argẽto & suo ebore fulgẽtibus: aciem vtriusq; vallauerat

Speciosum Antiocho a romãis vici.

Europa romanis sub iecta.

Euripus ad fugã ipellit.

Thermopilæ.ccc. Liconũ cę de memorã dæ

Vide ne sit legendũ nõ Alcibiadem.

Copiæ non paruę

sed hęc omnia prepedita magnitudine sua: ab hoc imbre: qui subito superfusus mira fœlicitate persicos arcus corruperat: primum trepidatio. mox fuga: dehinc triumphus fuerunt. Victo & suppli-ci pacem atq; partem regni dati placuit: eo libentius: q tam facile cessisset.

Fuluius nobilior.

¶Bellum Etholicum.

SYriaco bello successit: vt debebat: etholicũ victo quippe romanus Antiocho faces Asiatici belli psequebat. Ergo Fuluio nobiliori mandata vltio est Hic protinus caput gentis ambratiam regiam Pyrrhi machinis quattit. secuta deditio. Aderant etholorum precibus attici: rbodij: & meminera mus auxilij. sic placuit ignoscere: serpit tamen latius in proximos bellum. omnemq; late Cephaloniam zacynton: & quicquid insularum in eo mari inter ceraunicos montes: iugũq; Meleum etholici belli accessio fuerunt.

Ambracia regia epiri.

¶Bellum Histricum.

HIstri sequũtur etholos: quippe bellãtes eos nuper adiuuerãt: & initia pugnę prospera hosti fuerunt: eademq; exitij causa. Nam cũ Cnei Manlij castra cœpissent opimeq; prędę incubarent: epulantes: ac ludibũdos plerosq; aut vbi essent præ poculis nesciẽtes Appius pulcher inuadit. sic cum sanguine & spiritu male partam reuomere victoriam. Ipse rex apulo equo impositus: cum subinde crapula: & capitis errore lapsaret: captum sese vix & ęgre postq̃ experrectus est: didicit.

Sepulti vino histri vicunt.

¶Bellum Gallogręcum.



GAllogræciam quoq; syrij attici belli ruina conuoluit. fuerant inter auxilia regis Antiochi. an fuisset cupidus triumphi Mãlius: an eos visos simulauerit dubium certe: negatus est victori triũphus. qui a causam belli non approbauit senatus. Cæterum gens gallogręcorum sicut ipm nomẽ iudicio est mixta & adulterata est. reliquię gallorũ quibus etiam Brẽno duce vastauerũt gręciã: mox oriẽtem secuti: in media asię parte sedere. Itaq; vt frugum semina mutato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorum asiatica amœnitate mollita est. Duobus itaq; prelijs fusi fugatiq; sunt: quamuis sub aduentu hostes rectis sedibus in altissimos se montes recepissent: solostologiorum tecto sagiam insederant. vtrinq; fun-

Gallogręcorum origo.

dis sagittisq; acti imperpetuam se pacem dediderunt. Sed alligati miraculo quodam fuere: cum cathenas morsibus & ore tētassent cum effocandasq; inuicem fauces prebuissent. Nam Orgiagontis regis vxor a cēturione stuprum passa: memorabili exemplo custodiam euasit. Reuulsumq; militis caput ad maritum suum rettulit.

Muliebris pudicitię exēplum.

❡ Bellum macedonicum Secundum.

CVm aliæ alięq; gentes syriaci belli sequuntur ruinā macedonia se rursus erexit fortissimum populum memoria & recordatio suę nobilitatis agitabat: & successerat Philippo filius Perses: qui semel in perpetuum victam esse macedoniam non putabat ex gentis dignitate: multo vehementius sub hoc macedones q̄ sub patre cōsurgunt: quippe thraces in vires suas traxerāt. Atq; ita industria macedonum: viribus thracum: disciplinam macedonicam tentauere: Accessit his consilium ducis: qui situm regionum suarum summo speculatus Hemo: positis per abrupta castris: ita macedoniam suis armis: ferroq; vallauerat: vt non reliquisse aditum: nisi a cœlo venturis hostibus videretur. Nam Martio Philippo cōsule: eam prouinciam ingressus populus romanus exploratis diligenter accessibus per astrudem paludem. per acerbos dubiosq; tumulos illa quę volucribus quoq; videbantur inuia. accessit: regemq; securū & nihil tale metuentem subita belli eruptione terruit. cuius tanta trepidatio fuit: vt pecuniam omnem in mare iusserit mergine periret: classem cremari: ne incenderetur. Paulo consule cum maiora & crebra essent imposita præsidia: per alias vias macedonia depressa est. Summa quidem arte & industria ducis: cum alias minatus: alias irrepsisset cuius aduentus eo terribilis regi fuit: vt interesse non auderet: sed gerenda ducibus bella mandauerit. Absens ergo victus fugit in maria: insulamq; samothracē: fretus celebri regione quasi templa & arę possent defendere: quem nec montes sui nec arma potuissent. Nemo regum diutius ammissæ fortunæ conscientiam retinuit. supplex cum scriberet ad imperatorem: ab illo quo confugerat templo: nomenq; epistolę notaret suum: regē addidit. Sed nec reuerentior captæ maiestatis alius paulo fuit cum in conspectu venisset hostes in templum recepit: & in conuiuis adhibuit: liberosq; admonuit suos: vt fortunam: cui tantum liceret reuerentur.

Perses philippi filius.

Martius philippus consul.

Perses ro. debellat.

Victus p̄ses aufugit.

De macedonia triumphus.

Subita fama.

Castor & pollux.

Inter pulcherrimos hunc quoq; populus romanus de macedonia duxit atq; vidit triumphum: quippe cuius spectaculo triduum impleuerit. Prima die signa tabulasq;. Seques arma: pecunias trāsuexit. Tertius captiuos: ipsumq; regem attonitum adhuc tanq̄ subito malo stupētem: Sed multo prius gaudium victoriæ populus romanus quam epistolis victoris perceperat. Quippe eodem die quo victus est Perses in macedonia: Romę cognitum est. Duo iuuenes candidis equis apud luturnę lacum puluerē & cruorem abluebant. Hi nūciauere Castorē & pollucē fuisse: creditū vulgo q̄d gemini fuissent: interfuisse bello: q̄ sanguine maderent: a macedonia venire. q̄ adhuc anhelarent.

Bellum Illyricum.

Loscorda illyricorum vrbs pręcipua.

MAcedonici belli contagio traxit illyricos. ipsi quidem vt romanum a tergo distringerēt: a Perse rege conducti pecunia militauere: sine mora ab Antio prætore subiguntur Loscordam caput gentis delesse suffecit: Statim secuta deditio est. deniq; hoc bellum ante finitum est q̄ geri Romę nunciaretur.

Bellum Macedonicum Tertium.

Tertij belli macedonici origo.

Andriscus

Iuuentius pretor.

Metellus

Macedonia seruitute mulctata



Vodam fato quasi ita conuenisset inter pœnos & macedonas: vt tertio quoq; vincerent. Eodē tempore vtriq; arma mouere. sed prior iugum excutit macedo: aliquanto q̄ ante grauior: dū contēnitur. Causa belli prope erubescēda: quippe regnum pariter & bellū vir vltimæ sortis Andriscus inuaserat: dubium liber an seruus: mercennarius certe: sed quia vulgo Philippus & similitudine pseudo Philippus vocabatur: regiam formam: regium nomen: animo quoq; regio impleuit Igitur dum hec ipsa contēnit: populus romanus Iuuentio pretore contentus: virum non macedonicis modo sed thraciæ quoq; auxilijs ingentibus validum: temere tentauit. Inuictus quoq; non a veris regibus. sed ab illo imaginario & scenico rege supatus Sed cōsule Metello. amissum cum legione pretorem plenissime vltus est Nam & macedoniam a seruitute mulctauit & ducem belli debitum ab eo: ad quem confugerat thracię Regulo. in vrbem i cathenis reduxit. Hoc quoq; illi in malis suis indulgente fortuna: vt de eo populus romanus quasi de rege vere triumpharet.

Bellum Punicum Tertium.

TErtium cum africa bellum.& tempore exiguum fuit nam quadriennio patratum est:& in comparatiōe priorum:minimum labore:non enim tam cum viris:q̄ cum ipsa vrbe pugnatum est.Sed plane maximo euentu:quippe tandem Carthago finita est.Atq; siquis trium temporum momenta consideret:primo commissum est bellum:profligatum secundo:tertio vero confectum est.Sed huius causa belli:ꝙ contra fœderis legem aduersus numidas quidem:semel parasset classem & exercitum:frequens autē masmissæ fines territabat. Sed huic bono socioq; regi fauebatur:cum bellum sedaret:de belli fine tractatum est.Cato inexpiabili odio delendam esse Carthaginem: & cum de alio consuleretur:pronunciabat Scipio nassica seruandam ne metu ablato æmulæ vrbis:luxuriari fœlicitas vrbis inciperet. Medium senatus elegit:vt vrbs tantum loco moueretur: nihil enim speciosius videbatur:q̄ esse Carthaginem:quæ non timeretur:Igitur manilio censorinoq; consulibus:populus romanus aggressus Carthaginem:spe pacis iniecta.traditam a volentibus classem sub ipso ore vrbis incendit. Tum euocatis principibus:si salui esse vellent vt migrarent finibus imperatum quod pro rei atrocitate adeo mouit iras:vt extrema malent.Comploratum igitur publicæ statim:& pari voce clamatum est ad arma:sed itq; sententia quoquo modo rebellandum:non quia spes vlla iam superesset:sed quia patriam suam malent hostium q̄ suis manibus euerti. Qui rebellantium fuerit furor:vel hinc intelligi potest.ꝙ in vsum nouæ classis tecta domusq; resciderūt:& in armorum officinis:aurum:& argentum pro ære ferroq; conflatum est: in tormentorum vincula matronę crines suos contulerunt. Mancino deinde consule terra mariq; feruebat obsidio:operis portus nudatus:& primus:& sequens iam murus:cum tantum Byrsa qđ nomen arci fuit:quasi altera ciuitas resistebat Quamuis profligato vrbis excidio:tamen fatale Affrice nomen Scipionum videbatur.Igitur in aliū Scipionem conuersa respublica finem belli reposcebat.Hunc paulo Macedonico procreatū:africani illius magni filius id decus gentis assumpserat.Hoc scilicet fato:vt quam vrbem concusserat:auus nepos euerteret.Sed quā maxime mortiferi esse morsus solent morientium bestiarum:sic plus negocij fuit cum semirupta ciuitate Carthagine:quam integra. Cgm pulsis in vnam arcem hostibus.portum quoq; maris romanus

Tertij belli punicis origo.

De belli punici exitu varię sn̄ıæ.

Studiū carthagineñ in armis p̄parandis.

Byrsa.

A quo scipio ęmilianus adoptatus est.

obsederat. Illi alterum ibi portum ab alia vrbis parte foderunt: nec vt fugerent: sed quia nemo illos nec euadere posse credebat Inde quasi enata subito classis erupit. tum interim iam diebus iã noctibus. noua aliqua moles. noua machina: noua perditorum hominum manus: quasi ex obruto incendio subita: de cineribus flamma prodibat. Deploratis nouissime rebus. xl. se milia virorũ dediderunt (quod minus credas) duce Hasdrubale. q̃to fortius fœmina & vxor ducis. quę comprę̨hensis duobus liberis a culmine se domus in medium misit incendium: imitata reginam quæ carthaginem condidit. Quanta vrbs deleta sit: vt de cæteris taceam vel ignium mora probari potest: quippe per continuos decem & septm dies vix potuit incendium extingui: quod domibus ac templis suis sponte hostes immiserant: vt quatenus vrbs eripi romanis non poterat: triumphus arderet.

Deditorum numerus.

Quanta carthago. fuerit.

¶Bellum Achaicum.



Vasi sęculũ illud euersionibus vrbiũ curreret / ita carthaginis ruinam statim Corynthos excepit: achaię caput gręcię decus: inter duo maria Ioniũ & Aegeũ quasi spectaculo exposita. hęc (facinus indignũ) ante oppressa est q̃ in numerum certorum hostium referretur. Critholaus causa belli: qui libertate a romanis data: aduersus ipsos visus est. Legatos romanos dubium an et manu certe oratione violauit. Igitur Metello ordinanti: cui tum maxime macedonię mandata est vltio. & huic achaicum bellum ad primam Critholai manum metellus consul per patẽtis heli de campos toto cecidit alpheo: & vno prælio peractum erat bellum iam & vrbem ipsam terrebat obsidio. Sed fato rerum: cum Metellus dimicasset ad victoriam Mumius venit. Hic alterius ducis dignitate exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit: geminosq; portus sanguine infecit tum ab incolis deserta ciuitas direpta primũ: deinde tuba præcinẽte deleta est. Quid signorum? quid vestium? quid de tabularum raptum: incensum: atq; proiectum est? Quantas opes & abstulerit & cremauerit: hinc scias: ꝙ quicquid corinthi æris toto orbe laudatur: incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam pręciosiorem ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria: quia incendio perustis plurimis statuis atq; simulacris: æris: auri: argentiq; venę in commune fluxere.

Corinthi situs & nobilitas.

Corynthia belli cã critholaus.

Metellus consul.

Mumius.

Aes corynthiacum.

¶ Res in Hispania gestæ.

VT carthaginem corinthos: ita corynthum Numantia secuta est: nec deinde toto orbe quicq̃ tantum in armis fuit. Post illa duo clarissima vrbium incendia late atq; passim: nec p vices: sed simul pariter: quasi vnum vndiq; bellū fuit: prorsus vtile: quasi agitantibus ventis diffudisse quędam belli incendia toto orbe videret. Hispaniæ nunq̃ animus fuit aduersus nos vniuerse consurgere: nunq̃ conferre vias suas libuit: neq; aut Imperare: aut libertatem tueri suā publice alioquin ita vndiq; mari pyreneoq; vallata est: vt ingenio situs nec adiri quidē potuerit. Sed antea a romanis obsessa est: q̃ seipsa cognosceret: & sola omnium ꝓuinciarum vires suas: post q̃ victa est: intellexit. In hac ꝓpe ducentos per annos dimicatum est a primis scipionibus in primum Cęsarem Augustum. Non continue nec coherēter sed ꝓut lacesserant. Nec cum hispanis initio: sed cum pœnis in hispania. Inde contagio & series causaq; bellorum. Prima per pyrenum iugum signa romana. P. & Cn. Scipiones intulerunt: pręlijsq; ingentibus Hannonem & Hasdrubalem fratrem Hānibalis ceciderūt. raptaq; erat impetu hispania: nisi fortissimi viri in ipsa sua victoria oppressi: punica fraude cecidissēt: terra mariq; victores. Igit quasi nouem integrāq; ꝓuinciam vltor patris & patrui Scipio ille mox africanus inuasit. Isq; statim capta carthagine & alijs vrbibus nō contentus pœnos expulisse: stipendiariam nobis prouinciam fecit. Omnem citra vltraq; hiberum subiecit imperio. primus romanorum ducum victor ad gades & oceani oram peruenit plus etiā prouinciam retinere: q̃ facere. Itaq; per partes iam huc iā illuc missi duces: qui ferocissimas: & ad id tēporis liberas gentes ideo ipatientes iugi: multo labore nec incruentis certaminibus seruire docuerunt.

Corynthū secuta numantia.

Diu aduersus hispanos a romanis pugnatum.

P. Cn. Scipiones.

Scipiōis gesta in hispania.

Prius scipio ex roma. ad gades ꝑuenit.

CAto ille Censorinus Celtiberos id est robur hispaniæ aliquot pręlijs fregit Gracchus pater ille Gracchorum eosdem. c. & . l. vrbium euersione mulctauit. Metellus ille qui ex macedonia cognomen meruerat & celtibericus fieri: cum & contrebiam memorabili cœpisset exemplo & versobrigis maiori gloria. pepercit. Lucullus turdullos: atq; vaceos: de quibus Scipio ille posterior singulari certamine cum a

Celtiberi hispaniæ robur.

Gracchus

Metellus

Lucullus.

Decius brutus rege fuisset ꝓuocatus opima retulerat Decius Brutus aliquāto la-
tius celticos lusitanosq́ꝫ:omnis galatię populus:formidatūq́ꝫ mili-
Obliuionis flumen. tibus flumē obliuionis:peragratoq́ꝫ victor oceani littore:nō prius
signa cōuertit:q̄ cadentem in maria solem:obrutumq́ꝫ aquis ignē
non sine quodā sacrilegij metu:& horrore deprehendit. Sed tota
certaminum moles cū Lusitanis fuit: & Numantinis.nec imme-
rito:quippe solis gentiū duces contigerūt:fuisset & cum omnibus
celtiberis:nisi dux illius motus initio belli oppressus esset. Sed sum
Salondicus vir astutus. mus vir astutus & audaciæ si recessisset Salondicus qui hastā ar-
gēteam quatiens velut cœlo missam:vaticinanti similis omniū ī se
mentes conuerterat. Sed cum pari temeritate sub nocte castra cō
sulis adisset:iuxta territorium ip̄m pilo vigilis exceptus est. Cæte-
Viriatus calliditatis vir acerrimæ. rū lusitanos Viriatus erexit:vir calliditatis acerrimę: qui ex vena
tore latro:ex latrōe subito dux:atq́ꝫ īperator: & si fortuna cessisset
hispaniæ Romulus non contentus libertatem suorum defendere
per.xiiij.annos omnia citra vltraq́ꝫ hyberum & tagū igni ferroq́ꝫ
Claudius vnimanus. populatus:castra etiā prætoriorum & pręsidium aggressus: Clau-
dium vnimanū pœnę ad internitionem exercitus cecidisset. Insi-
gnia trabeis & fascibus nostris: quę cœperat:in mōtibus suis tro-
phea fixisset. Tandem etiam fabius maximus consul oppresserat:
Pompilius. sed a successore Pompilio violata victoria est. quippe qui cōficiē
dę rei cupidus: fractum ducem:& extrema deditionis agitātem:
per fraudem & insidias:& domesticos percussores agressus hanc
hosti gloriam dedit:vt videretur aliter vinci nō potuisse.

¶Bellum Numantium.

Numantiæ vrbis commēdatio. NVmantia q̄tum Carthaginis:Capuę Corinthi: opibus
inferior:ita virtutis nomine & honore par omnibus sū
mumq́ꝫ si viros æstimes hispaniæ decus quippe quæ
sine muro sine turribus:modice ędito ī tumulo apud situata quat
tuor milibus celtiberorum .xl. exercituum per annos. xiiij. sola
sustinuit. Nec sustinuit modo:sed sæuius aliquanto pertulit: pu-
dendis fœderibus affecit: Nouissime cum inuictam esse consta-
ret:opus quoq́ꝫ eo fuit:qui carthaginē euerterat. Nō temere: si fa
Segidēses. teri licet vllius cā belli iniustior:Segidēses socios & cōsanguineos
romanoꝝ manibus clausos exceperāt:habita ꝓ eis dep̄catio ni-
hil valuit: cū se ab omni bellorū cōtagione remouerēt:in legitimi

fœderis pciũ iussi arma deponere. hoc sic a barbaris acceptũ q̃si manus absciderent. Itaq; stati Megara victo fortissimo duce ad arma cõuersi. Põpeium plio aggressi. fœdus tñ maluerunt: cum debellare potuissent. Hostilium deinde Mancinum hunc quoq; assiduis cædibus ita subegerunt: vt ne oculos quidem aut vocem numantini viri quisq̃ sustineret: tñ cũ hoc quoq; fœdus maluere contenti armorum manubijs: cum ad internitionem sæuire potuissent. Sed non minus numantini q̃ caudini illius fœderis flagrans ignominia: ac pudore populus romanus. Dedecus quidẽ præsentis flagitij deditione. Mancini expiauit. Cæterum duce scipione carthaginis incendijs ad excidia vrbium imbuto: tandẽ etiam in vltionem excanduit: sed tunc acrius in castris qui campo in nostro cum milite: q̃ cum numantino præliãdum fuit quippe assiduis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti: ferre plenius vallum qui arma nescirent: luto inquinari: qui sanguine nolent: iubebantur ad hoc scorta: & calones: sarcinæ nisi ad vsum necessariæ amputantur tanti esse exercitum: quanti imperatorẽ vere proditum est. Sic redacto in disciplinam milite commissa acies: quodq; nemo visurum se vnq̃ sperauerat: factum est: vt fugientes numantinos quisq̃ videret. Dedere etiam sese volebant: si toleranda viris imperarẽtur. Sed cum scipio veram vellet & sine exceptione victoriam: eo necessitatum compulsi: primum vt destinata morte in prælium ruerent: cum sese prius epulis quasi inferijs impleuissent: carnis semicrudę & cęlię: sic vocant in digenę ex frumento potionem. Intellectũ ab imperatore cõsiliũ. Itaq; nõ est permissa pugna morituris. Cum fossa atq; lorica quattuor, q; castris circundatos famę pręmeret: ab duce orãtes pręlium. vt tanq̃ viros occideret: sed vbi nõ impetrabant: placuit eruptio: sic cõserta manu plurimi occisi: & cum vrgeret fames aliquantisper inde vixere. Nouissime cõsilium fugę sedit: sed hoc quoq; ruptis ęquorum cingulis vxores ademere summo scelere per amorem Itaq; etiam exitu deplorato in vltimam rabiem furoremq; conuersi. postremo mori hoc genere destinarunt. Duces suos. seq; patriamq; ferro: & veneno: subiectoq; vndiq; igne peremerunt. Macte esse fortissimam & meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitatem. asseruit cum fide socios: populum orbis terrarum viribus fultum: sua manu ætate tam longa sustinuit. Nouissime maximo duce oppressa ciuitas: nullum de se gaudiũ hosti reliquit.

Megara victus.

Mancinus deditur.

Cælia ex frumento potio.

Numantinorum exitus.

Prȩda de numantinis nulla.

Vnus enim vir numãtinus nõ fuit:qui in cathenis duceretur preda vt de pauperibus nulla:arma cremauerũt:triumphus fuit tantum de nomine.

Aurea ętas.

Aetas ferrea.

HActenus populus romanus pulcher:egregius:pius sãctus.atq; magnificus:reliqua sæculi vt grandia æque: ita vel magis turbida:& fœda crescentibus cũ ipsa magnitudine imperij vicijs:adeo vt si quis hanc tertiam eius ætatẽ transmarinam (quam ducentorum annorum fecimus) diuidat: centum hos priores:quibus africam macedoniam:siciliam: hispaniam domuit:aureos sicut poetę canunt:iure meritoq; fateaẽ. Centum sequẽtes ferreos.plane & cruentos & si quid immanius. Quippe qui iugurtinis cymbricis:mithridaticis: parthicis bellis gallicis:atq; germanicis:quibus cœlũ ipsum gloria ascendit.Gracanas:drusianasq; cædes:ad hæc seruilia bella miscuerunt:& ne quid turpitudini desit:gladiatoria deniq;:in se conuersis marianis atq; syllanis:nouissime Pompei & Cęsaris manibus:quasi per rabiem & furorem & nephas semetipse lacerauit:quæ si inuoluta inter se sunt omnia atq; confusa tamen quo melius appareant simul & ne scælera virtutibus obstrepant:separatim proferentur: priusq̃ vt cœpimus iusta illa memorabimus:vt & pia cum exteris gentibus bella magnitudo crescentis indies imperij appareat:tũ ad illa ciuium scęlera:turpesq; & impias pugnas reuertemur.

Recẽtior rerũ hũanarũ status.

❡Bellum Asiaticum.

Attalus.

VIcta ad occasum hispania:populus romanus ad orientem pacẽ agebat:nec pacẽ modo:sed inusitata & incognita quadã fœlicitate relictæ regijs hæreditatibus opes & tota ita in simul regna veniebãt. Attalus rex pergamorũ regis Eumenis filius socij quondã cõmilitonisq; nostri testamentũ reliquit.P.R.bonorũ meorũ ęres esto.in bonis regis hęc fuerũt addita igiẽ hęreditate ꝓuinciã populus Romanus nõ quidẽ bello nec armis:sed quod est æquius testamenti iure retinebat: sed hanc difficile dictũ est vtrum facilius ammiserit populus Romanus:an recuperauerit Aristonicus regi sanguinis ferox iuuenis vrbes regibus parere consuetas partim facile sollicitat:paucas resistentes Mindum Samon Colophonem vi recepit.Crassi quoq; prętoris cædit exercitum: ipsum quoq; cœpit.Sed ille memor

Romana hereditas.

Aristonicus.

& familiæ & Romani nominis custodem sui barbarum virgula excecat: in exitium sui quod volebat: ita concitat. Mox a perpēna domitus: & captus: & per deditionem in vinculis habitus. Aquilius asiatici belli reliquias confecit mixtis (nephas) veneno fontibus ad deditionem quarumdam vrbium/quæ res vt maturam: ita infamem fecit victoriam. quippe cum contra fas deum moresq; laborum medicaminibus impuris in id tempus sacrosancta romana arma violasset. Nephandū aquilij facinus.

¶ Lucij Flori Epithoma Liber Tertius incipit.



Hæc ad orientem sed nō ad Meridionalem plagā eadem quies. Quis speraret post carthaginē aliquod in africa bellū? At qui non leuiter se numidia concussit: & fuit in Iugurta qd post Hannibalem timeretur quippe rex callidissimus populum romanū armis inclytum: & inuictum opibus aggressus est: & citra spem omniū fortuna cessit: vt rex fraude præcipuus: fraude caperetur. Hic auo Masinissa & Micypsa patre per adoptionem cū interficere fratres statuisset agitatus regni cupiditate: nec illos magisq; senatū: populumq; romanum: quoꝝ in fide & clientela regnum erat metueret: primum scelus mandat insidijs: potitusq; Hiempsalis capite: cum in se Adherbalem conuertisset: isq; romam profugisset: missa per legatos pecunia traxit in sentētiam suam senatum. & hęc fuit de nobis eius prima victoria. Missos deinde qui regnum inter illum. Adherbalemq; diuiderent: similiter aggressus cum in Scauro ipsos romani imperij mores expugnasset inchoatū nephas perfecit audacius. Sed diu non latent scelera: corruptæ nephas legationis erupit: placuitq; bello persequi patricidam. Primus in numidam Calfurnius Bestia cōsul immittitur Sed rex premonitus fortitus aduersus romanos aurum esse q̄ ferrum: pacem emit. Cuius flagitij reus cū interueniente publica fide a senatu accersiretur: pari audacia & venit. & competitorem imperij Masinisse: Masinissam immisso percussore confecit. Hęc altera contra regem fuit causa bellandi. Igit̄ sequens vltio mandat̄ Albino. Sed huius quoq; (proh dedecus) ita

Iugurtinū bellum.

Masinissa Micypsa.

Adherbal Pulchrum dictum.

Pax empta

corrupit exercitum:vt voluntaria nostrorum fuga vinceret. Nu-
mida:castrisq; potiretur:addito etiã turpi fœdere in precium sa-
Metellus. lutis:quem quod prius emerat dimisit exercitum. Eodem tem-
pore in vltionem non tam imperij Romani quam pudoris Me-
tellus assurgit.qui callidissime hostem nunc pręcibus:nunc mi-
nis iam quasi simulata vera fuga eludentẽ artibus suis aggressus
est. Agrorum atq; vi corum populatione contentus:in ipsa numi
Iugurtę suc-cessus. dię capita impetum fecit. & zamam quidẽ frustra diu voluit. Cæ
terum thalem grauem armis thesauroq; regis diripuit. Tunc vr-
bibus exutum regem:etiã finium suorum regniq; fugitiuum per
Marius. mauros.atq; getuliam sequebat.postremo Marius auctis admo-
dum copijs cum pro obscuritate generis sui capitæ censos sacra
mento adegisset:iam fusum & sautium regem adortus:non faci-
lius tamen vicit:quam si integrum & recentem Hinc & vrbem
Capsa her culi cõdita. Herculi cõditam Capsam in media africam sitam anguibus are-
nisq; vallatam:mira quadam fœlicitate superauit:& saxeo inditã
Muluca vrbs. monti Mulucam vrbem per ligurem aditu arduo inaccessoq; pe
netrauit.mox non ipsum modo:sed Bocchum mauritaniæ regẽ
iure sanguinis numidiam vindicantem apud oppidum Cirtham
Bocchus cę ditur. grauiter cecidit. Qui vbi diffisus rebus suis alienæ cladis accessio
fieri timet:precium fœderis atq; amicitię regem facit:Sic fraudu-
Iugurta ca pitur. lentissimus regũ fraude soceri sui in insidias deductus est:& Syl-
lę in manum traditus:tandemq; opertum cathenis Iugurtam in
triumpho populus romanus aspexit sed ille quoq; quamuis vi-
ctus & vinctus vidit vrbem: quam venalem & quondoq; peri-
turam.si habuisset emptorem frustra cecinerat:tamen vt venalis
fuisset:habuit emptorem:& cum ille non euaserit:certum erit eã
non esse perituram.

Bellum Allobrogicum.

Meridiona lis plaga ro. infestior. SIc ad meridiẽ populus Romanus:multo attrocius &
multipliciter:& magis a septẽtrione seuientẽ:nihil hac
plaga infestius:atrox cœlũ pui caci ingenio. Omni igi
tur tractu violẽtus hostis a dextris:atq; leuis:& medio septẽtriõis
erupit p̃ria trãsalpes arma nr̃a sẽsere Salij:cũ de incursiõibus eoꝝ
Massilia ci-uitas. fidissimia atq; amicissima ciuitas Massilia quereret. Allobroges
deinde:& Aruerni.cũ aduersus eos similes eduoꝝ quærele opẽ

& auxilium nostrum flagitarent: variusq; victoriæ testis. Isara & vindelicus amnis: & impiger fluminum Rhodanus maximus barbaris terror elephanti fuere immanitati gentium pares. Nihil tā conspicuum ī triumpho q̃ rex ipse bis visus discoloribus in armis: argenteoq; carpento: qualis pugnauerat. vtriusq; victorię quod quantūcunq; gaudium fuerat: vel hinc extimari potest q̄ & Domitius Enobarbus & Fabius maximus ipsis quibus dimicauerāt locis saxeas erexere turres. & desuper exornata armis hostilibus trophea fixere. Cum hic mos inusitatus fuerit nostris Nunq̄ enī populus romanus hostibus domitis victoriam suam exprobrauit. Isara. Vindelicus amnis. Rhodanus Domitius enobarbus. Fabius maximus.

¶ Bellum Cymbricum Theutonicum Ad Tigurinum.

CYmbri: theutoni: atq; tigurini ab extremis gallię profugi cum terras eorum inundasset oceanus: nouas sedes toto orbe quęrebant: exclusiq; ex gallia: & hispania: cū in italiam remigrarent: miserūt legatos ī castra Syllani: inde ad senatum petentes: vt martius populus aliquid sibi terræ daret: quasi stipendium: cæterum vt vellet manibus atq; armis suis vteretur. Sed quas daret terras po.ro. agrarijs legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur quod nequiuerant pręcibus armis petere constituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Syllanus: nec secūdum. Manilius nec tertium Cepio sustinere potuerunt: Omnes fugati: exuti castris: actum erat nisi Marius illo sęculo cōtigisset: Ille quoq; non ausus congredi: statim militem tenuit in castris: donec inuicta illa rabies: & impetus: quem pro virtute barbari habent: consenesceret: Recessere igitur increpantes: (tāta erat capiendæ vrbis fiducia) cōsulentes siquid ad vxores suas mandarent Nec senius: q̄ minati fuerant tripartito agmine per alpes: id est claustra italiæ ferebantur Marius mira statim velocitate occupatis compendijs preuenit hostem. Prioresq; Teutonas sub ipsis alpium radicibus assecutus: in locum quem aquas sextias vocant: qua fide numinum prælio oppressit: Vallem fluuiūq; hostes tenebant. nostris aquarum nulla copia: consulto ne id egerit Imperator: an errorem in consilium verterit: dubium. Certe necessitate acta virtus causa victoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu: viri inquit estis: en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatum est: eaq; cædes hostium fuit: vt victor romanus de cruēto

Syllanus Manilius & cepio a cymbris victi.

Alpes italię claustra.

Ro. nulla aque copia.

Theutobochus miræ celeritatis vir.

flumine non plus aquæ biberit:quã sanguinis.Barbarorum certe rex ipse Theutobochus quaternos senosq; equos trãsilire solitus: vix vnum cum fugeret ascendit:proximoq; in saltu comprehensus: insigne spectaculum fuit. quippe vir proceritatis eximiæ super trophea ipsa eminebat. Sublatis funditus theutonis: in cymbros conuertitur. Hic iam qui crederet per hyemẽ: quæ altius alpes leuat:tridentinis iugis in italiam prouoluti ruina descenderãt athesim flumen non ponte: nec nauibus: sed quadam stoliditate barbarica: primũ corporibus aggressi: postq̃ retinere amnem manibus: & clypeis frustra tentauerant: ingesta obrutum silua transiluere: & si statim infesto agmine vrbem petissent: grande discrimen esset.Sed in Venetia quo fere tractu Italia mollissima est ipsa soli cœliq; clemẽtia robur elanguit.ad hoc panis vsu carnis coctę: & dulcedine vini mitigatos Marius in tempore aggressus est:iam diem pugnę a Mario imperatore petiuerunt:& sic proximum dedit. In patentissimo: quem caudium vocant campo procurrere: milia deinde ad.lx.ceciderunt. hinc minuis tertio:per omnem diem conciditur. barbaris. Isti quoq; imperator addiderat virtuti dolum secutus Hannibalem: artemq; cannarum primum nebulosum nactus diem.vt hosti inopinatus occurreret: tum vẽtosum quoq;: vt puluis in oculos & ora ferretur. Tum acie conuersa in orientem: vt quod ex captiuis mox cognitum est:ex splẽdore galearum:ac repercussu: quasi ardere cœlum videretur: Nec minor cum vxoribus eorum pugna. quam cum ipsis fuit: cum obiectis vndiq; plaustris: atq; carpentis:alte desuper quasi e turribus lanceis:contisq; pugnarent:perinde plus speciosa mors earum fuit q̃ pugna.Nam cum missa ad marium legatiõe: libertatem ac sacerdotiũ nõ impetrassent:nec fas erat suffocatis:elisisq; passim infantibus suis:aut mutuis concidere vulneribus: aut viculo e crinibus suis facto:ab arboribus iugisq; plaustrorũ pepẽderunt.Celeus rex in acie dimicans impigre: nec inultus occubuit Tertia tigurinorũ manus:quę quasi in subsidio noricos insederat alpium tumulos: in diuersa lapsi fuga ignobili:& latrocinijs euanuit. Hũc tã lætum tãq; felicẽ libertatis italiæ assertiq; imperij nũcium non p hoies: vt solebat:populus accepit:sed per ipsos (f[illegible] credere fas ẽ) deos Quippe eodẽ die quo gesta res est:nisi ꝓ ęde Castoris & pollucis:iuuenes laureati prętori literas dare:frequensq; i spectaculo rumor vi

Athesis fluuius.

Venetiæ laus vbi marius cũ cymbris conflu xit.

Caudius patẽtissimus cãpus.

Nõ minor cũ vxorib⁹ q̃ viris pugna.

Beleus rex cędit.

Libertatis nũcius a dijs acceptus.

ctoriæ cymbricæ: fœliciter dixit. Quod quid admirabilius? quid quam insignius fieri potest? Quippe velut elata montibus suis roma spectaculo belli interesset: quod in gladiatori munere fieri solet: vno eodemque momento cum in acie cymbri occumberent: populus in vrbe plaudebat.

¶ Bellum Thracium.

POst macedonas (sic dijs placet) thraces rebellabant ipsi quondam tributarij macedonum: nec in proximas modo prouincias cōtenti incurrere: thessalicam atque dalmaciam in adriaticum mare vsque venerunt: eoque fine contenti quasi interueniente natura: contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per id omne tempus residuum crudelitatis fuit in captiuos seuiētibus: litare dijs sāguine humano: bibere in ossibus capitum: & huiuscemodi ludibrio fœdere mortē tam igni quam fumo. Parthus quoque grauidarum extorquere tormentis sæuissimi oīm thracum Scodici fuere. Sed caliditas quoque ad robur accesserat: siluarum & mōtium situs cū ingenio cōsentiebāt. Itaque nō fusus mō ab his aut fugatus: sed simili prodigio omnino totus interceptus exercitus: quē duxerat Catho. Didius vagos & libera populatione diffusos intra suam reppulit thraciam. Drusus vlterius egit: & vetuit trāsire danubiū. Minutius toto vastauit hebro. multis quidem amissis. dum per perfidum glacie flumē equitatur. Piso Rhodopem caucasumque penetrauit Curio daciam tenus venit sed tenebras saltuum expauit. Appius in sarmatas vsque peruenit. Lucullus ad terminū gentium tanain: lacumque metoin. Nec aliter cruentissimi hostium quam suis moribus domiti: quippe in captiuos igne ferroque seuitum est. Sed nihil barbaris atrocius visum est: quam quod abscissis manibus relicti viuere superstites: pœnæ suę videbantur.

Thracum facinus.

Scodici omnium thracum seuissimi.

Cato.

Didius.

Drusus.

Minutius

Piso.

Curio.

Appius.

Lucullus

¶ Bellum Mithridaticum.

POnticæ gētes ad septentrionē in mare sinistrum iacent a pontico cognominatæ mari. Harum gentiū atque regionum rex antiquissimus Atheas post Artabazes: a septē persis oriundus: inde Mithridates omniū longe maximus quippe cum quattuor Pyrrho septemdecim anni Hannibali suffecerint: ille per quadraginta annos restitit donec tribus ingentibus bellis subactus fœlicitate Sylle: virtute Luculli magnitudine Pō-

Vnde dictę pontice gētes.

Mithridates p.xl. annos ro. restitit.

pei consumeretur. Causam quidem illius belli prętenderat apud Cassium legatum attrectari terminos suos a Nicomede bitynio Cæterum elatus animus: ingentibus asiæ totius: & si posset europę cupiditate flagrabat. spem ac fiduciã dabãt nostra vicia: quippe cũ ciuilibus bellis distungeremur: inuitabat occasio. Nudũq; imperij latus ostendebant procul Marius: Sylla: Sertorius. Inter hęc reipu. vulnera: & hos tumultus repẽte quasi captato tẽpore. in lassos simul atq; districtos subitus turbo pontici belli: ab vltima veluti specula septẽtrionis erupit. Primus statim impetus belli bityniam rapuit. Asia inde pari terrore correpta est. Nec constanter ad regem ab vrbibus nostris populisq; descitum est. Aderat: instabat: sæuitia quasi virtute vtebatur. Nam quid atrocius vno eius edicto? cum omnes qui in asia forent romanæ ciuitatis homines interfici iussit? Tum quidem domus: templa. & aræ: humana omnia: atq; diuina iura: violata sunt Sed hic terrore asiæ europam quoq; regi aperiebat. Itaq; missis archelao. Neoptolemoq; præfectis: excepta Rhodo: quæ pro nobis firmius stetit. Cæterum Ciclades: Delos: euboea: & ipsum gręciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam iam: ipsamq; vrbem Romam regius terror affiabat: Ita. L. Sylla festinat vir armis optimus: pariq; violentia ruentem vlterius hostem manu quadam quasi ipsius reppulit. Primumq; Athenas vrbem quis crederet frugum parẽtem obsidione ac fame ad humanos cibos compulit sic illos quoq; ante: mox subrupto pyrei portu sex quoq; & amplius muris: postquam domuerat ingratissimos hominum vt ipse dixit: in honorem tamen mortuorum sacris suis famæq; donauit: mox cum Euboea: atq; boetia præsidia regia dispulisset: omnis copias: vno apud cheromam: apud Orchomenon altero bello dissipauit. Statimq; in asiam transgressus ipsum opprimit: & debellatum iam foret: nisi de Mithrydate triumphare cito quam vẽre maluisset. Actum quidem hunc asiæ statum. Sylla dederat ictum cum ponticis foedus: recepit Bythiniam a rege Nicomede: Ariobarzane: Cappadociam. ac sic vt erat Asia rursus nostra: vt coeperat. Mithridates tantum repulsus: itaq; non fregit ea res ponticos sed incendit: quippe rex Asia & Europa quodam modo inescatus: non iam quasi alienam: sed quia amiserat: quasi captam belli iure repetebat. igitur vt extincta parum fideliter incendia: maiore flamma reuiuiscũt ita ille de integro auctis maiorem

Crudele Mithridatis edictũ.

Rhodus capitur.

Athenę decus gręcię.

Athenæ fame cõpulsæ

Cheroni

Beleus rex cędit.

in modum copijs:tota deniq; regni sui mole in asiam rursus ma, ri:terra: fluminibusq; veniebat. ¶Cizicum nobilis ciuitas: arce: mœnibus:portu:turribusq; marmoreis asiaticæ plagæ littora illu, strat. hanc ille quasi alteram Romam toto inuaserat bello. Sed fiduciam oppidanis resistendi nuncius fecit: docens aduentare Lucullum.qui horribile dictu:per medias hostium naues vtre su, spensus:& pedibus iter ad gubernans vidētibus procul quasi ma rina pistris euaserat: mox clade conuersa:cum ex mora obsiden, tem regem:& ex fama: pestilentia vrgeret:recedentem Lucullus assequitur:adeoq; cecidit vt granicus & esopus amnes cruēti red derentur. Rex callidus: romanæq; auaritiæ peritus: spargi a fu, gientibus sarcinas:& pecuniam iussit: qua sequentes moraretur: nec fœlicior in mari q̃ in terra fuga: quippe centum amplius na uium classem: apparatumq; belli grauem: in pōtico mari aggres sa tempestas tam fœda strage lacerauit: vt naualis belli instar ef, ficeret plane quasi Lucullus quodem cum fluctibus procellisq; commertio: debellandum tradidisse regem ventis videretur. At titæ iam omnes validissimi regni vires erāt: sed animus mallis an gebatur: Itaq; conuersus ad proximas gentes: totum pene orien tem ac septemtrionem ruina sua inuoluit Hiberi Caspij: albani: & vtræq; sollicitabantur armeniæ. Perq; omnia & decus & no men & titulos Pompeio sua fortuna quærebat. Qui vbi nouis motibus ardere Asiam videt aliosq; ex alijs prodire reges: nihil cunctandum ratus priusq̃ inter se gentium robora coirent: sta, tim ponte nauibus facto:omnium ante se primus transit euphra tem.regemq; fugientem media nactus armenia: quāta fœlicitas viri vno prælio confecit:nocturna ea dimicatio fuit: & luna in par tibus quippe quasi commilitans cum a tergo hostibus:facie Ro, manis se præbuisset.pontici per errorē longius cadentes vmbras suas:quasi hostium corpora petebant. Et Mithrydates quidē no ctē illa debellatus est.Nihil enim postea valuit.q̄q̄ omnia exper, tus more anguiū: qui obtrito capite postremum cauda minantur quippe cū effugisset hostē colchos Siciliæ quoq; littora:& campa niā nostram subito aduētu terrere voluit.mox subrupto pyrei por tu colchis tenus iungere bosphoron:Inde per thraciā macedoni & greciam transilire.Sic Italiā nec opinatus inuadere tātum cog tauit.Nam per defectionē ciuium pharnacis filij scelere pu̅entu:

Cizicū ciui, tas nobilis.

Granicus & Esopus am nes nimia clade cruēti

Pons naui bus a pom peio confe ctus.

Mithryda tes debella tus.

Cneus magnus. Pompei successus.

male tẽtatum veneno spiritum ferro expulit. Cneus interim Magnus rebellis Asiæ reliquias sequens: per diuersa gentium terrarumq; volitabat: nũc sub orientem secutus armenios captis in ipso capite gentis Artaxatis: suplicem iussit regnare Tigranem. At in septẽtrionem schyticũ iter tanq̃ in mari stellas secutus colchos cecidit: ignouit hyberiæ: pepercit albanis. regem colchorum Orodem positis etiam sub ipso caucaso castris: iussit in plana descendere. Arthocen: qui hiberis ĩperabat. & obsides liberos dare. Oroden etiam remuneratus est vltro ab albania sua lectulum aureum & alia dona mittentem: necnon & in meridiem verso agmine Libanum syrię damascumq; transgressus per nemora illa odorata: p thuris & balsami siluas romana signa circũtulit. Arabas siquid imperaret præsto fuere. Hierosolimam defendere tentauere iudęi. Verum nęc quoq; & intrauit & vicit illud grande impię gentis archanum patẽs aureo vti cœlo. Dissidẽtibus de regno fratribus: arbiter factus: regnare iussit Hircanum: Aristobolo qa renuebat eã rem: cathenas dedit. Sic Pompei duce populus romanus totam (qua latissima est) Asiam peruagatus: quã extremam imperij habebant prouinciam: mediam fecit. Exceptis quippe parthis: qui fœdus maluerunt: & Indis: qui adhuc nos non nouerant: omnis Asia inter rubrum & caspium & oceanum Pompeianus domita. vel oppressa signis tenebat.

Orodes remuneratus. Odorata nemora syrię.

Asia oĩs a põpeio domita.

¶ Bellum Piratycum.



Nterim dum populus Romanus per diuersa terrarũ distractus e. Cilices inuaserant maria: sublatisq; cõmercijs: rupto fœdere generis humani: sic maria bello quasi tempestate pręcluserant. Audaciã perditis: furiosisq; latronibus dabat inquieta Mithrydatis pręlijs Asia dũ sub alieni belli tumultu: exteriq; regis inuidia impune grassantur. Ac primum duce Isidoro contenti proximo mari: Cretam interatq; cyrenas: pyreum: & achaiam: sinumq; maleum: quam a spolij: aureũ ipsi vocauere: latrocinant: missusq; in eos Publius Seruilius: q̃uis leues: & fugaces: & myoparonas: graui & martia classe turbaret: non incruenta victoria superat. Sed nec mari submouisse contentus: validissimas vrbes eorum: & diutina præda abundantes. Phaselim: & Olimpon euertit: Isauronq; ipsam arcem siliciæ: vnde

Piratarum successus.

Isidorus dux pyratarum.

P. seruil''

conſcius ſibi magni laboris Iſaurici cognomē adamauit. Nō ideo tamen tot cladibus domiti: terra ſe continere potuerunt ſed vt q̄dam animalia: quibus aquam terramq; incolendi gemina natura eſt: ſub ipſo hoſtis receſſu impatientes ſoli in aquas ſuas reſiluerunt: & aliquanto latius quam prius: ſic fœlix ille & dignus victoria Pompeius viſus eſt: & Mithridaticę prouinciæ facta acceſſio ille diſperſam toto mari peſtem ſemel & imperpetuum volens extiguere: diuino quodam apparatu aggreſſus eſt. Quippe cū claſſibus ſuis: & ſocialibus rhodiorum abundaret & pluribus legatis: atq; præfectis vtraq; pōti: & oceani ora complexus eſt. Gellius tuſco mari impoſitus. Plotius ſiculo. Gratillius liguſticum ſinum: Pōpeius gallicum obſedit. Torquatus balearicū. Tiberius Nero gaditanum fretum: qua primum maris noſtri limen aperitur. Lentulus lybicum Marcellinus ægiptium Pompei iuuenes adriaticum. Varro Terentius ægeum: & ponticum: & pamphylium. Metellus aſiaticum Cœpio ipſas propontidis fauces. portius Cato ſic abditis nauibus. quaſi portum obſeruauit: ſic per omis ęquoris potus: ſinus: latebras: receſſus: promontoria: freta: peninſulas: quicquid Pyratarum fuit: quadā indagine incluſum: & oppreſſum eſt. ipſe Pompeius in originem: fontemq; belli ciliciam verſus eſt. Nec hoſtes detractauere certamen non ex fiducia. ſed quia oppreſſi erāt auſi videbantur ſed nihil tamen amplius: q̄ vt primum ictum concurrerent. Mox vbi circunfuſa vndiq; roſtra viderūt: abiectis ſtatim telis: remiſq; plauſu vndiq; pari: quod ſupplicantium ſignum fuit vitam petiuerunt. Non alia tam incruenta victoria vſi nunq̄ ſumus: ſed nec fidelior in poſterum reperta gens vlla eſt. Idq; proſpectum ſingulari conſilio ducis: qui maritimum genus a conſpectu longe remouit maris: & mediterranei- agris quaſi obligauit. Eodem tempore & vſum maris nauibus recuperauit: & terrę homines ſuos reddidit. Quid prius in hac mirere victori? velocitatem? ꝙ quadrageſimo die parta eſt. An fœlicitaic ꝙ ne vna quidem nauis amiſſa eſt. An perpetuitatem? ꝙ amplius pyratæ non fuerunt.

Iſauron arx cilicię vñ ſeruilius Iſauricus dici meruit.

Pōpeianæ claſſis legati.

Quicqd pyratarū erat oppreſſum.

Pōpeiane victorię velocitas felicitas eternitas.

Creticum Bellum.

CReticum bellum: ſi vera volumus noſcere: nos fecimus: ſola vincendi nobilem inſulā cupiditate: fauiſſe Mithrydati videbat̄: hoc placuit armis vidicare: primus inuaſi-

Marcus Antonius cretam primus iuadit.

insulam. Marcus Antonius cum ingenti quidem victorię spe: atq; fiducia: adeo vt pluris cathenas in nauibus: q̄ arma portaret: dedit itaq; pœnas vecordiæ: nā plerasq; naues intercepere hostes: captiuaq; corpora religata velis: ac funibus pendere: ac si velificantes triūphantium in modū cretes portubus suis ab remigraue runt. Metellus deinde totam insulam igni ferroq; populatus intra castella: & vrbes redegit: & gnoson: & erytream: & vt gręci dicere solent: vrbium matrem cydonam. Adeoq; sæue in captiuos cōsulebatur vt venenose plęriq; conficerēt. Alij deditionem suam ad Pompeium absentem mitterent: & cum ille res in asia gerens: eo quoq; pręfectum misisset Antonium in illa prouincia irritus fuit: eoq; infestior Metellus in hostes ius victoris exercuit: victisq; lasthenę & panare cydonæ ducibus: victor redit: nec quicquā amplius tamen de tam famosa victoria quam cognomen creticum reportauit.

Metelli in Cretes acerbitas.

Metellus dictus cretic[9].

¶ Bellum Balearium.

QVatinus Metelli macedonici domus bellicis nominibus assueuerat: altero ex liberis eius cretico facto: mora non fuit: quin alter quoq; balearicus: vocaret. Baleares per idem tempus insulę pyratica rabie corruperant maria. homines feros: atq; siluestres: mireris ausos a scopulis suis saltem maria ꝓspicere. Ascendere etiam inconditas rates: & prenauigātes subinde inopinato impetu terruere Sed cum venientem ab alto romanā classem ꝓspexissent: prędam putantes: ausi etiam occurrere: & primo impetu ingenti lapidum saxorūq; nimbo classem operuere. Tribus quisq; fundis pręliatur: certos esse quis miretur ictus. cum hæc sola gēti arma sint: id vnum ab infantia studium. cibum puer a matre non accipit: nisi quem ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione romanos terruere. postq̄ cominus ventum est: expertiq; rostra: & pila venientia pecudum in morem: clamore sublato petierunt fuga littora: dilapsi quę in proximos tumulos quęrendi fuerunt vt vincerentur.

Baleares hoies feri.

Baleares fūdę studiosi.

¶ Expeditio in Cypron.

ADerat fatum insularum igitur & Cypron recepta sine bello: insulam veteribus diuitijs abūdantem: & ob hoc Veneri sacram Ptolomeus regebat: & diuitiarum tanta erat fama: nec falso vt victor gētium populus: & donare regna consuetus. Publio clodio Tribuno ducem: socij viuiq; regis con-

Cypros insula veneri sacra opulētissima.

fiscationem mandauerit:& ille quidem ad rei famã veneno fata præcepit. Cęterum portius Cato cyprias opes liburnis per Tyberinum hostium inuexit: quę res latius ærarium populi.Ro.quam vllus triumphus impleuit.

Cypriæ opes latius erarium po.ro.ipleuere.

¶ Bellum Gallicum.



ASia Pompei manibus subacta:reliqua quę restabãt in Europa fortuna in Cęsarem trãstulit. Restabãt aũt immanissimi gentiũ galli atq; germani: & quis toto orbe diuisit:tñ qui vinceret habuit britãnia. Primus gallię motus ab heluetijs cœpit:q Rhodanũ iter & rhenũ siti nõ sufficiẽtibus terris:venere sedes petitum.incẽsis mœnibus suis:hoc sacramẽtum fuit ne redirent:sed petito tẽpore ad deliberandũ. Cũ inter moras Cęsar Rhodani põte rescisso:abstulisset fugã statim bellicosissimã gentẽ sic in sedes suas:quasi greges in stabula pastorũ deduxit Sequẽs lõgeq; cruẽtior pugna belgarũ:quippe pro libertate pugnãtiũ. Hic cũ multa romanorũ militũ insignia:tũ illud egregiũ ipsius ducis:q nutante in fuga exercitu.rapto fugiẽte e manu scuto:in primã volitãs aciẽ:manu prælĩũ restituit: Inde cũ Venetis etiã nauale Bellũ:sed maior cũ oceano:q cũ ipsius nauibus rixa:quippe illę rudes & informes:statim naufragę rostra sensissent.sed hærebat in vadis pugna.cum estibus solitis;cũ ipso certamine subductus oceanus intercedere bello videretur. Ille quoq; accessere diuersitates pro gentiũ locorũq; natura Aquitani callidũ genus in speluncas se recipiebant.iussit includi mora dilabebantur in siluas.iussit incendi:nemo tantum feroces dixerit gallos:fraudibus agunt. Indutio marus:treueros: Ambiorix conuocauit eburones:vtriq; absente Cęsare coniuratione facta inuenere legatos:sed ille fortiter a Dolobella summotus est:relatumq; regis caput. Hic insidijs in valle dispositis dolo perculit:itaq; & castra direpta sunt: & aurum ablatum. Cottam cum Tiburio Sabino legato amisimus:nec vlla de rege mox vltio:quippe perpetua trãs rhenum fuga latuit:nec rhenus ergo immunis:nec etiam fas erat:vt liber esset receptator hostium atq; defensor.sed prima cõtra germanos illius pugna iustissimis quidẽ ex causis.hęc auide incursiõibus eorũ querebant:quæ Ariouisti regis superbia.cũ legati diceret:veni ad Cęsarẽ quis est autẽ

Vbi heluetij siti.

Belgæ p libertate pugnantes.

Veneti.

Aquitani callidi populi.

Treueri

Eburones.

Cã belli in germanos a ro.suscepti

Cæsar:& si veult veniat inquit.& quid ad illum:quid agat nostra germania?num ego me interpono romanis? Itaq; tantus gentis nouæ terror in castris.vt testamento passim:& in principijs scriberentur:sed illa immania corpora:quo erant maiora:eo magis gladijs ferroq; potuerunt.Qui calor in præliando militum fuerit nullo magis exprimi potest:q̃ q; elatis super caput scutis:cum se testudine barbarus tegeret.super ipsa romani scuta salierũt:& inde in iugulos gladijs descendebant.Iterum vno de germano centenarij querebantur.Hic vero iam Cęsar vltro Massiliã naualí põte transgreditur:ipsumq; rhenum:& hyrcinis hostem quærit in siluis:sed in saltus & paludes genus omne diffugerat:tantum pauoris incussit intra ripam subito romana vis:nec semel rhenus & iterum quoq; & quidem ponte facto penetratus est:sed maior aliquanto trepidatio.quippe cum rhenum suum sic ponte quasi iugo captum viderent:Fuga rursus in siluas & paludes:sed quod acerbissimum Cæsari fuit non fuere qui vincerentur:omnibus terra mariq; captis,respexit oceanum:& quasi hic romanus orbis non sufficeret alterum cogitauit. Classe igitur comparata Britanniam transit mira celeritate quippe qui tertia vigilia morino soluisset a portu minus q̃ medio die insulam ingressus est:plena erãt tumultu hostico littora:& trepidantia ad cõspectum rei nouę carpenta volitabant.Itaq; trepidatio pro victoria fuit arma & obsides accepit a trepidis:& vlterius isset nisi improbam classem naufragio castigasset oceanus.Reuersus igitur ad galliam classe maiore:auctisq; copijs:In eundem rursus oceanum eos deniq; rursus britannos:calydonias secutus in syluas vnum quoq; e regibus cauelianis in vincula dedit.contentus his non enim prouinciæ:sed nomini studebatur:cum maiore q̃ prius præda reuectus est.Ipso quoq; oceano tranquillo magis & propitio:quasi imparem se fateretur Sed maxima omnium eademq; nouissima coniuratio fuit galliarum.Cum omnes pariter auernos atq; byturigas:carnutas simul sequanosq;:contra ille corpore armis.spirituq; terribilis nomine & quasi terrore composito vergingetorix:ille festis diebus:& comitialibus:cum frequentissimos in locis haberet:ferocibus dict[illegible] ad ius pristinum libertatis erexit.Aberat tunc Cęsar Rauẽnæ delectum agens:& hyeme creuerant alpes:sic interclusum putabant iter.Sed ille qualis erat:ad nuncium rei fœlicissime temeritatis per inuios ad id tempus mõtium multos:per intactas vias:

Germani a Cęsare vincuntur.

Massiliã cęsar transgreditur.

Britãniã cæsar inuadit.

Calidonæ siluæ.

Maxĩa galliarũ coniuratio.

& niues expedita manu emensus:occupat galliam:ex distantibus hibernis castra contraxit & ante in media gallia fuit: q̃ ab vltima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus vrbes Auaricum cum quadraginta milia propugnantium sustulit Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuuẽtute subnixam flammis adequauit:circa Gergouiam tota belli moles fuit:quippe cum.lxxx.numero & arce:& abruptis defenderent maximam ciuitatem vallo:sudibus & fossa inductoq; fossæ flumine ad hoc.xviij.castellis ingentiq; lorica circundatam primum famę domuit mox audentem eruptiones in vallo gladijs: sudidusq; concidit nouissime in deditionem redegit.ipse ille rex maximum victoriæ decus:supplex cum in castra venisset:tum & faleras & sua arma ante Cęsaris genua proiecit.habes inquit fortem virum vir fortissime vicisti.

Vrbes dirutæ.

Gergouia.

¶Bellum Parthicum.



CVm gallos per Cęsarem in septentriõe debellat interim ad orientem graue vulnus a parthis populus Romanus accepit.Nec de fortuna quęri possumus:caret solatio clades aduersa & dijs & hominibus cupiditas consulis Crassi dum parthico inhiat.auro.xj.strage legionum & ipsius capite mulctata est.quod tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus diris deuouerat:& cum zeugma transisset exercitus:rapta subitis signa turbinibus hausit euphrates:& cum apud nicesorum castra posuisset:missi ab Orode rege legati denunciauere percussorum cum Pompeio fœderum consilia quæ meminisset:regis inhians ille thesauris nihil ne imaginario quidem iure:sed Seleuciæ se responsurum esse respondit Itaq; dij fœderum vltores:nec insidijs nec virtuti hostium de fuerunt.iam primum qui solus subuehere cõmeatus:& munire poterat:a tergo relictus euphrates:dum simulato transfuge cuidam Mezeresyro creditur:cum in mediam camporum vastitatem eodem duce ductus exercitus vndiq; hosti exponeretur.itaq; vix dum venerat carras cum vndiq; præfecti regis Sylaces & Surenas ostendere signa auro sericisq; vexillis vibrantia. Tum sine mora circunfusi vndiq; equitatus:in modum grandinis atq; nimborũ: densa tela pariter fuderunt.Si miserabili strage deletus exercitus:ipse in colloquiũ sollicitatus signo dato vnius in hostium manus incidisset.nisi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic

Vndecim legiones cum crasso deletæ.

Meseras.

quoq; relatum caput ludibrio hosti fuit. filium ducis pœnæ in cõ spectu patris eisdem telis operuere reliquię in fœlicis exercitus: quo quemq; rapuit fugam in armeniam: ciliciam: syriamq; distra ctę vix nuncium cladis rettulerunt. Caput eius recisum cum dextra manu ad regem reportatum ludibrio fuit: neq; indigno aurũ enim liquidum in rictum oris infusum est: vt cuius animus arserat auri cupiditate eius etiam mortuum & exangue corpus auro vte retur.

Aurũ liqui dum crassi rictui infusũ

¶ Anacephaleosis.

Aetatis ter tie. c. supio res anni san cti & pij.



Hæc est illa tertia ętas populi romani transmarina: qua italia pgredi ausus orbe tota arma circũtulit Cuius ętatis superiores. c. anni sãcti pij: & vt diximus aurei: sine flagitio: sine scelere: dũ sincera ad huc & innoxia pastorię illius sectę integritas: dũ q; pœnorũ hostiũ imminens metus disciplinã ve terẽ cõtinebat. Postremi. c. quos a carthaginis: corynthi numãtię q; excidijs & Attali regis in asiatica hęreditate deduximus in Cę sarẽ & Pompeiũ: secutũq; hos de quo dicemus Augustũ vt claritate rerum bellicarum magnifici. Ita domesticis cladibus miseri: & erubescendi. quippe sicut galliam thraciã: ciliciam vberrimas validissimasq; prouincias: armęnios etiam & britannos: vt nõ in vsu: ita ad imperij speciem magna nomina acquisisse pulchrum atq; decorum: ita eodẽ tempore dimicasse domi cum ciuibus. so cijs: mancipijs: gladiatoribus: totoq; inter se senatu: turpe atq; mi serandum. ac nescio an satis fuerit populo romano Sicilia & Africa contentũ fuisse. aut his etiam ipsis carere dominanti italia sua q̃ eo magnitudinis crescere: vt viribus suis conficeretur. Quę eñ res alia furores ciuiles peperit: q̃ nimia fœlicitas? Siria prima nos victa corrupit. Mox asiatica pergameni regis hęreditas: ille opes atq; diuitię affixere sęculi mores. mersamq; vicijs suis: quasi senti na rẽpublicã pessum dedere. Vnde eñ populus romanus agros & cibaria flagitaret nisi per famem: quam luxus fecerat: hic ergo gracchana. & prima & secũda: & illa tertia apuleiana seditio. Vn de regnaret de iudiciarijs legibus diuulsus a senatu ęques: nisi ex auaricia? vt vectigalia reipublicę. atq; ipsa iudicia in quæstu haberentur. hinc rursus & promissa ciuitas latio: & per hoc arma sociorum. Quid autem bella seruilia vnde nobis: nisi ex abundãtia

Postremi tertie ęta. c. anni bellis magnifici.

Ciuiliũ bellorũ causæ.

Seruilio bel lo.

familiarium? vnde gladiatorij aduersus dominos suos exercitus nisi ad conciliandum plebis fauorem effusa largitio. Cum specta culis indulget supplicia quōdam hostium artem facit: iam vt spe ciosiora vitia tangamus. Nonne ambitus honorem ab hisdem di uitijs incitatus? At qui inde mariana: inde syllana potestas. Aut magnificus apparatus conuiuiorum & sumptuosa largitio nōne ab opulentia peritura mox ægestatem hæc Catilinam patrię suę impegit Deniq; illa ipsa principatus & dominandi cupido vnde nisi ex nimijs opibus venit? Atq; hic cæsarem: atq; Pompeium fu rialibus in exitium reipublicæ facibus armauit Hos igitur populi romani omnis domesticos motus separatos ab externis iustisq; bellis ex ordine prosequemur.

Conuiuioꝝ magnificus apparatus parit egesta tem.

❡De legibus Gracchanis.

SEditionem omnium causa tribunitia potestas excita uit: quæ specie quidem plebis tuendę: cuius in auxiliū cōparata est. Re autem dominationem sibi acquirēs: studium populi ac fauorem agrarijs: frumentarijs: iudiciarijs legi bus aucupatur. Inerat omnibus spes æquitatis. quid tam iustum enim: q̄ recipere plebem ius suum a patribus ne populus gētium victor orbisq; possessor: ex terris aris ac focis ageret? Quid tam ę quum q̄ inopem populum viuere ex ærario suo? quid ad ius liber tatis ęquandę magis efficax q̄ vt senatu regente prouincias? ordi nis æquestris auctoritas saltem iudicioꝝ regno niteretur? sed hęc ipsa in perniciem redibant: & misera respublica exitium suum re cesserat: & a senatu in equitem translata iudiciorum potestas ve ctigalium: id est imperij patrimonium supprimebat: ærarium re duci plebs in agros vnde poterat sine possidētium euersione: qui sibi pars populi erant & tamen relictas sibi a maioribus sedes ęta te quasi iure hereditario possidebant.

Tribunitia potestas se ditionū cā.

Iuditia in ę qtes transla ta.

❡Seditio Tyberij Gracchi.

PRimam certaminum facem Tyberius Gracchus ac cendit genere: forma: eloquentia facile princeps Sed hic siue Mancinianę deditionis: quia sponsor fœde ris fuerat contagium timens: & inde popularis siue æquo & bono ductus quia depulsam agris suis ple bem miseratus est: ne populus Romanus gentium victor: orbisq;

Gracchi cō mēdatio.

possessor: laribus ac focis suis exularet Quacũq; mente rem ausus ingentem postq̃ rogationis dies aderat: ingenti stipatus agmine: rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas. & tribuni in partibus. Sed vt intercedentẽ legibus suis Cneũ Octauium videt Gracchus: cõtra fas collegij ius potestatis iniecta manu depulit rostris: adeoq; presenti metu mortis exterruit: vt abdicare se magistratum cogeretur: sic triumuir creatus diuidendis agris cum ad perpetranda cœpta die comitiorũ prorogari sibi vellet imperium: obuia nobilium manu eorumq; quos agris mouerat: cędes a foro cœpit. Inde cum in capitolium ꝓfugisset: plebẽq; ad defensionem salutis suæ manu caput tangens hortaretur: prebuit speciem: regnum sibi & diadema poscentis: atq; ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi iure oppressus est.

Gracchi in collegã ferocitas.

Gracchi cædes.

ℭ Seditio Caij Gracchi.

STatim & mortis & legum fratris sui vindex: non mino re impetu incaluit Caius Gracchus: qui cũ pari tumultu atq; terrore plebem in auitos agros arcesseret: & recẽtem attali hęreditatem in alimenta populo polliceretur. Iamq; nimius & potẽs: altero tribunatu secunda plebe volitaret: abrogare auso legibus suis Minutio tribuno: fretus comitum manu: fatale familię suæ capitolium inuasit: inde proximorum cęde depulsus: cum se in auentinum recepisset: inde quoq; obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatũ quoq; mortis reliquijs & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pẽsatum est.

Gracchi interitus.

ℭ Seditio Apuleiana.

NIhilominus Apuleius saturninus gracchanas asserere leges non destitit. Tantum animorum viro Marius dabat: qui nobilitati inimicus: consulatu suo preterea cõfisus occiso palam comitijs Annio cõpetitore: tribunatus subrogare conatus est i eius locũ Caiũ Gracchum: hominẽ sine tribu: sine noie: sed subito titulo in familiã ipse se adoptabat: cũ tot tãtisq; ludibrijs exultaret impune: rogãdis gracchorũ legibus ita vehementer incubuit: vt senatum quoq; cogeret in verba iurare: cũ abnuẽ-

Saturnini feritas.

tibus aqua & igni interdictarum seminaretur: vnus tamẽ extitit qui mallet exilium. Igitur post Metelli fugam omni nobilitate ꝑculsa: iam cum tertium annum dominaretur: eo vesanię progressus est: vt cõsularia quoq; comitia noua cęde turbaret: quippe vt satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret. Gaium mẽmiũ cõpetitorem interfici iussit: & in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatum: lętus accepit. Tum vero iam conspiratione senatus ipso quoq; iam mario consule: quia tueri nõ poterat aduerso directę in foro acies: repulsus inde capitolium inuasit: sed cum abruptis fistulis obsideretur, senatuiq; per legatos pœnitentię fidem faceret ab arce digressus: cum ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione: populus fustibus: saxisq; coopertum: in ipsa quoq; morte lacerauit.

Metelli exilium.

G. Mẽmius cæditur.

Saturnini interitus.

¶ Drusiana Seditio.

POstremo Liuius Drusus non tribunatus modo viribus. sed ipsius etiam senatus auctoritate: totiusq; italię consensu: easdẽ leges asserere conatus: dum aliud captat ex alio tantũ conflauit incẽdium: vt ne prima illius flamma posset sustineri: & subita morte correptus. hęc reditarium in posteros suos bellum ꝓpagaret: iudiciaria lege Caij Gracchi. Diuiserãt populum romanum: & bicipitem ex vna fecerant ciuitatem: equites romani tãta potestate subnixi: vt qui fata patrum: vitasq; principum haberẽt in manu: interceptis vectigalibus peculabãtur suo iure rempublicã. senatus exilio Metelli damnatione Rutilij debilitatus omne decus maiestatis amiserat. In hoc statu rerum: pares opibus: animis dignitate: vnde & nata Liuio Druso æmulatio accesserat: equitem Seruilius Cæpio senatũ Liuius Drusus asserere: signa & aquilæ: & vexilla aderant. Cæterum sic vrbe in vna quasi in binis castris dissidebatur. Prior Cæpio in senatum impetu facto: reos ambitus Scaurum & Philippũ principes nobilitatis elegit. His vt motibus resisteret Drusus: plebẽ: ad se gracchanis legibus: eisdem socios at plebem spe ciuitatis erexit. Extat vox ipsius nihil se ad largitionem vlli reliquisse: nisi quis aut cœnũ diuidere vellet: aut cœlum. aderat promulgãdi dies: cũ subito tanta vis hominũ vndiq; apparuit: vt hostiũ aduẽtu obsessa ciuitas videret. Ausus tamen abrogare de legibus cõsul Philippus sed apprehẽsum faucibus viator nõ ante di

Biceps ciuitas.

Senatus debilis.

Scaurus & Philippus rei ãbitus.

Tribunitia vis.

misit:qui sanguis & in ora:& in oculos redundaret.sic p vim datę iusseq; leges.sed precium rogationis statim socij flagitare:cũ inte rim imparem Drusum ægrumq; tex temere motarum matura: vt in tali discrimine mors abstulit:nec ideo minus socij pmissa Dru si a populo romano reposcere armis desierunt.

Drusi interi tus.

¶Bellum quod aduersus socios gestum est.

SOciale bellum vocetur licet vt extenuemus inuidiam si verum tamen volumus:illud ciuile bellum fuit: quip pe cũ populus Ro.ethruscos:latinos:sabinosq; miscue rit:& vnum ex omnibus sanguinem ducat:corpus fecit ex mẽbris & ex omnibus vnus est nec minore flagitio socij citra italiam: q̃ intra vrbem ciues rebellabant.Itaq; cum tusciæ ciuitates:quas vi ribus auxerant socij iustissime postularent: ad quam spem eos cu pidine dominationis Drusus erexerat.Postq̃ ille domestico scele re oppressus est:eadem fax:quæ illum cremauit:socios in arma & in expugnationem vrbis accendit.Quid hac clare tristius? quid calamitosius?cum omne latium:atq; picenũ:ethruria omnis:atq; campania. Postremo italia contra matrem ac parentem suam vr bem cõsurgerent:cum omne robur fortissimorum fidelissimorũq; sociorum sub suis quisq; signis haberent municipalia ista pdigia. Popedius marsos & etiam latinos. Afranius vmbros: totus sena tus:& consules Sãnium:Lucaniãq; Thelesinus:cũ regnum & gen tium arbiter populus:ipsum se regere nec posset vt victrix asię eu ropęq; a Corfinio Roma peteret. Primũ fuit belli in albano mon te cõsilium:vt festo die latinarum Iulius Cæsar & Martius Philip pus consules inter sacra & aras immolarent.Postq̃ id nephas p ditione discussum est Asculo furor omnis erupit. In ipsa quidem ludorũ frequẽtia trucidatis qui tũ aderãt ab vrbe legatis.Hoc fuit impij belli sacramẽtũ:inde iam passim ab omni parte italiæ duce: & auctore belli discursante Popedio: diuersa p populos & vrbes signa cecinere.Nec Hãnibalis nec pyrrhi fuit tãta vastatio. Ecce otriculũ:ecce grumentum:ecce fesulę:ecce carseoli:reserate nuce rię:& picentij cędibus ferro & igne vastant:fuse Rutilij copię fusę Cepionis:nam ipse Iulius Cęsar exercitu amisso cũ in vrbẽ cruen tus referretur miserabili funere:mediam etiam vrbem peruiam fe cit Sed magna populi romani fortuna: & semper in malis maior: totis de suo viribus insurrexit: aggressiq; singulos populos Cato

Sociale bel lum ciuile fuit.

Vrbes quę i oĩm parẽtẽ cõsurrexere

Vbi primũ belli cõsiliũ

Vrbes vasta tæ.

discutit ethruscos: Gabinius marsos: Cato lucanos: Sylla sãnites Strabo vero Pompeius omnia flãmis ferroq; populatus: nõ prius finem cedium q̃ asculi euersione manibus tot exercituum consu larium: direptarumq; vrbium dijs litaretur. R. singulos populos ag gressi.

Bellum seruile.

Utcunq;: & si cum socijs nephas: cum liberis tamen & ingenuis dimicatũ est. Quis ęquo animo ferat in prin cipe genitum populo bella seruorum? Primum seruile bellum inter initia vrbis Herdonio duce sabino in ipsa vrbe ten- tatum est: cum occupata tribunitijs seditionibus ciuitate capito- lium obsessum est: & a consule captum. Sed hic tumultus magis fuit q̃ bellum. Mox imperio per diuersa terrarum occupato: quis crederet Siciliam multo cruentius seruili: q̃ punico bello esse va- statam? terra frugum ferax: & quodammodo suburbana prouin- cia late fundis ciuium latinorum tenebatur. Hic ad cultum agri frequentia ergastula: cathenatiq; cultores materiã bello prebue- re. Syrus quidam nomine Eunus (magnitudo cladiũ facit vt me- minerimus) fanatico furore simulato: dum Syrie deæ cerimonias iactat ad libertatem & arma seruos quasi numinum imperio con citauit: idq; vt diuinitus fieri probaret: in ore abdita nuce: qua sul phure & igne stipauerat. leuiter inspiratis flammam inter verba fundebat. Hoc miraculum primum duo milia ex obuijs: mox iu- re belli refractis ergastulis. lx. amplius militum fecit exercitũ. Re- gijsq; ne quid malis deesset decoratus insignibus: castella: oppi- da: vicos miserabili direptione vastauit. Illud quoq; in vltimũ bel li dedecus capta sũt castra prętoꝝ: nec nominare ipsos pudet ca stra mannilij: Lentuli: Pisonis: hipsei. Itaq; q ꝑ fugitiuos distrahi debuissent: prætorios duces profugos prælio ipsi sequebãtur. Tã dem Perpenna imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos & apud Ennam nouissime obsessos cum fame quasi pestilentia consumpsisset: reliquias latronum compedibus cathe nis religauit: crucibusq; puniuit. Fuitq; de seruis ouatione con- tentus: ne dignitatem triumphi seruili inscriptione violaret. Vix dum respirauerat insula: cum statim a seruis & a Syro reditur ad cilicem athenio pastor interfecto domino: familiam ergastulo libertatem sub signis ordinat. Ipse veste purperea argenteoq; ba culo: & regium in morem fronte redimita non minorem quam il le fanaticus prior constat exercitum: acriusq; multum: quasi &

Primum ser uile bellum tentatum.

Sicilia serui li bello vasta ta.

Euni syri cõ mentum.

Castra præ- toꝝ capta.

Sumptũ de seruis. sup- plicium.

Syri isignia

illum vindicaret. vicos:castella:oppida:diripiens:in dominos:in seruos infestius:q̃ in transfugas sęuiebat:Ad hoc quoq; pretoris exercitus cęsi.capta Seruilij castra:capta Luculli:sed aqlius Perpennæ vsus exemplo interclusum hostem commeatibus ab extrema compulit:communitasq; copias armis:fame facile deleuit Dedissentq; se nisi suppliciorum metu voluntariam mortē pertulissent. Ac ne de duce quidē suppliciū exigi:potui:q̃uis in manus venerit:quippe dum circa ad deprehendendum eum multitudo contendit:inter rixantium manus prępda lacerata est.

Seruiles copiæ deletæ.

¶ Bellum Spartacum.

ENimuero seruilios armorum dedecus feras:nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxij tamē quasi secundū hominū genus sunt:si in bona libertatis nostrę ad optātur:bellū Spartaco duce concitatum:quo noīe appellem nescio: quippe cū serui militauerint:gladiatores imperauerint:illi infimę sortis homines hi pessimā auxere ludibrio calamitatē Spartacus Chrisus & Oenomaus:effracto lentuli ludo:cum septuaginta aut amplius eiusdē fortunę viris eruperunt. Capua:seruisq; ad vexillum & ad auxiliū vocatis:cū statim decē amplius milia coissent. hoīes:nō modo effugisse cōtenti iā vindicari etiā volebāt. Prima velut ara ruris mons Vesuuius placuit:ibi cū etiā obsiderent a clodio Glabro per fauces caui montis : vitigineis vinculis : ad imas eius descendere radices.& exitu in vno nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuere. Inde alia castra. Deinceps thoram:totāq; peruagantur campaniam. nec villarum atq; vicorum vastatione contenti:nolam atq; nuceriam:turios:atq; methapontum terribili strage populantur:affluētibus in diem copijs. Cum iam esset iustus exercitus e viminibus: pecudumq; tegumētis incōditos sibi clypeos:& ferro ergastulorum recocto:gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iusto deesset exercitui. domitis obuijs gregibus paratur equitatus captaq; de prętoribus insignia.& faces ad ducē detulere:nec abnuit ille de stipendiario thrace miles:de milite desertor:inde latro:deinde in honore virium gladiator qui defunctoꝝ quoq; prelio ducum funera imperatoris celebrauit exequijs : captiuosq; circa regum iussit armis depugnare Quasi plane expiaturus omne pręteritū dedecus:si de gladiato-

Vesuuius mons.

Seruoꝝ miræ astutia.

Clypei vimine confecti.

remunerator fuisset.Inde iam cōsulares quoq; aggressus:in Apē-nino Lentuli exercitū cecidit:apud mutinā Caij Cassij castra de-leuit.Quibus elatus victorijs de inuadēda vrbe romana quod sa-tis est turpitudini nostrę deliberauit: tandē etiā totis viribus con-tra Mirmilonē cōsurgit. pudorēq; romanū Licinius Crassus asse-ruit:a quo pulsi fugatiq;:pudet dicere hostes in extrema italię cō-surrexerunt:ibi circa brutiū angulū clusi: cū fugam in siciliam pa-rarent:neq; nauigia suppeterent:ratesq; ex cratibus: & dolia con-nexa virgultis:in rapissimo freto frustra expetirent: tādē eruptio-ne facta:dignam viris obiere mortem:& quod sub gladiatore du-ce oportuit:sine missione pugnatum est.Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans quasi imperator occisus est.

Cassii castra deleta. Consilium de roma inuadenda. Spartacus necatur.

¶Bellum Ciuile Marianum.



Oc deerat vnum po.ro.malis:iam vt ipse intra se parricidiale bellum domi stringeret. & in vrbe me-dia ac foro: quasi harena: ciues cum ciuibus suis gladiatorio more concurrerent: æquiore animo vtcumq; ferrem:si plebei duces:aut si nobiles:ma-li saltem ducatum sceleri prebuissent. Cum vero. proh facinus:qui viri:qui imperatores decora: & ornamenta sæ-culi sui Marius & Sylla pessimo facinori:suam etiam dignitatem præbuerunt.tribus vt sic dixerim syderibus agitatum est. Primo & leui & modico tumultu maiore q̄ bello intra ipsos armorum du-ces subsistēte sæuitia.Mox atrocius & cruentius per totius visce-ra senatus grassante victoria vltimum nō ciuicam modo: sed ho-stilem quoq; rabiem supergressum est cum armorum furor totius italiæ viribus niteretur: eousq; odij sæuientibus: donec deessent: qui occiderētur.Initium & causa belli inexplebilis honorum ma-rij fames:dum decretam Syllæ prouinciam Sulpitia lege sollicitat Sed impatiēs iniurię statim Sylla legiones circūegit: dilatoq; My-thridate exquilia Collinaq; porta geminum agmen vrbi infudit. Vnde cum subito Sulpitius & Albinouanus obiecissent cateruas: sudesq;: & saxa vndiq; a mœnibus ac tela iacerentur.ipse quoq; iaculatus incēdio viam fecit: arcemq; capitolij:quę pœnos quo-q;:gallos etiam Senonas euaserat:quasi captiuam victor insedit: cum ex consulto senatus aduersarijs hostibus iudicatis:in pręsen-tem tribunum:alliosq; diuersæ factionis iure seuitum est. Marii [illegible] seruilis fuga exemit:immo fortuna alteri bello reseruauit. Corne

Primū bellum leui tumultu gestū. Scđm atrocius Vltimū hostilē rabiē supgressum. Cā primi ciuilis belli.

lio Cinna Cneo Octauio consulibus male obrutū resurrexit incē dium:& quidē ab ipsorum discordia:cū de reuocādis:quos senatus hostes iudicauerat ad populum referret:cicta quidem gladijs cōtione:sed vincētibus:quibus pax:& quies potior:profugus patria sua Cinna cōfugit ad partes:redit ab africa Marius clade maior:siquidē carcer:cathenę:fuga.exiliū horrificauerant dignitatē Itaq; ad nomen tanti viri late cōcurrit:seruitia proh nephas:& ergastula armant:& facile inuenit exercitum miser imperator.itaq; vi patriā reposcens:vñ vi fuerat expulsus:poterat videri iure agere:nisi cām suā sęuitia corrūperet:sed cū dijs hoībus infestusq; rediret:statim primo impetu cliēs & alūna vrbis hostia:nefāda strage diripit. mox i vrbē quadruplici agmine intrat:diuisere copias Cinna:Marius:Carbo:Sertorius:Hic postq̄ manus omis Octauij depulsa ianiculo est:stati ad principū cędē signo dato aliquanto seuius:quā aut in punica:aut in cymbrica vrbe sęuit. Octauij consulis caput pro rostris exponit. Antonij cōsulij cōsularis in Marij ipsius mensis:Cæsar & Fimbria in penatibus domorum suorum trucidant.Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu.Bebium atq; Numitorium per medium forum vnci traxere carnificium. Catulus se ignis haustu ludibrio hostium exemit. Merula flamen dialis in capitolio Iouis ipsius oculos venarum cruore resperfit. Arcarius ipso vidente Mario confossus est:quia fatalem illam scilicet manū non porrexerat salutanti.Hęc tot senatus funera intra calēdas & idus Ianuarij mēsis:septima illa marij purpura dedit:quid futurū fuit si annum cōsularis ipleſſet. Scipione Norbano quinto cōsule tertius ille turbo ciuilis insaniæ toto furore detonuit:quippe cū hic.viij.legiones:inde quingētę cohortes starēt in armis.Inde ab asia cū victore exercitu Sylla ꝓperaret:& sane cū tam ferus in syllanos Marius fuit quāta sęuitia opus erat: vt Sylla de Mario vindicaret Primū apud capuā sub amne Vulturno signa cōcurrūt:& ibi statim Norbani fusus exercitus statim omnes scipionis copiæ ostētata spe pacis oppresſę.Tum Marius iuuenis & Carbo cōsules:q̄si desperata victoria:ne inulti petirent sanguine senatus sibi parentabant:obsessaq; curia:sic de senatu: quasi de carcere q̄ iugularent educti. Quid funeꝝ in foro:in circo:in parētibus tēplis?Nā cū Mutius Sceuola Pont. vestales amplexus [illegible]as tm̄ nō eodē igne sepelit.Lāponius atq;Thelesinus sānitū duces atrocius Pyrrho & Hānibale cāpaniam ethruriāq; po

Cinna vrbe pellitur.

Vrbem quadruplex agmen subit.

Senatorum cædes.

Quo tpe tāta cledes patrata.

Scipionis copię oppressæ.

Vbi oēs copię deletę.

pulantur:& sub specie partiũ se vindicãt. Apud sacriportũ:collinãq; portã debellatę omnes hostium copię. Ibi marius hic Thelesinus oppressi nec idem tamẽ cædiũ:qui bello:finis fuit. Stricti enim & in pace gladij:animaduersumq; in eos:qui sponte dederant:minus est quod apud sacri portum. apud Collinam.lxx.amplius milia sylla concidit:bellũ erat quattuor milia debitorum inermium ciuium in villa pu. interfici iussit:isti tot in pace non plures sunt:quis autem illos potest computare:quos in vrbe passim quisquis voluit: occidit? donec admonente Fursidio viuere aliquos debere:vt essent:quibus imperarent: proposita est ingens illa tabula:& ex ipso equestri ordinis flore ac senatu duo milia electi qui mori iuberentur:noui generis editũ piget post hæc referri ludibrio abdita fata carbonis fata; forani prætoris atq; denulei:Bebiũ sine ferro ritu ferarum inter manus laceratũ: mariũ ducis ipsius fratrẽ:apud catuli sepulchrum:oculis:manibus:cruribusq; defossis seruatũ aliquãdiu:vt per singula mẽbra moreretur: positis singulorum hominum fere pœnis: municipia italiæ splendidissima sub hasta venerunt:spoletum inter amnum:præneste;Florẽtia nam Sulmonem vetus oppidum socium atq; amicum:facinus indignum:nondum expugnatum:vt obsides iure belli:& modo morti damnati duci iubentur:sic damnatam ciuitatem iussit Sylla deleri.

Septuaginta milia cæsa.

Duo milia electi q mori iuberent.

Hortenda marij cędes

¶Bellum Sertorianum.

BEllũ sertorianũ q̃d aliud:q̃ Syllanæ proscriptionis hereditas fuit? hostile potius an ciuile dixerim nescio:q̃ppe q̃ lusitani celtiberiq; romano cesserint duce: exul & profugus feralis illius tabulę vir summe quidem sed calamitosæ virtutis:malis suis maria terrasq; permiscuit:etiam africæ iam bele aribus insulis fortunã expertus missusq; in oceanũ fortunatasq; insulas penetrauit. tandẽ Hispaniã armauit:vt cũ viris facile conuenit: nec aliter magis apparuit hispani militis vigor:quã romano duce:q̃q̃ ille nõ contẽtus hispania:Ad mithrydatẽ quoq; põticosq; respexit:regẽq; classe iuuit:& quid futurum fuit satis tanto hosti:vno imperatore resistere:res romana non potuit Additus metello Cneus Pompeius. hi copias viri diu & ancipiti semper acie atriuere:nec tamen prius bello q̃ suorũ scelere & insidijs extinctus. Copias eius ꝓpe tota hispania ꝑsecuti:diu & ancipiti sẽper acie domauerũt. Prima per legatos certamina inhabita:cum hic Domitius & Horius inde herculei proluderẽt:mox his apud

Sertorij errores.

Sertorius suorum fraude extinctus est.

Segoniam:illis apud Anam flumen oppressi:ipsi duces comminus inuicē experti apud Laurone atq; Sucronē ęquauere clades. Tū illis ad populationem agrorū: his ad vrbiū excidia conuersis: misera inter romanos duces hispania: discordiæ pœnas dabat: donec oppresso domestica fraude Sertorio: victoq; debitoq; Perpenna ipsę quoq; in romanā fidē venere vrbes: ostater: mestudia valentia: auxima: & in fame nihil non experta calaguris Sic recepta in pacē Hispania: victores duces externum in magis: q̄ ciuile bellum videri voluerunt vt triumpharent.

Vrbs quę in romanā venere fidem.

¶ Bellum ciuile Sub Lepido.

MArco Læpido Quinto catulo consulibus: ciuile bellum pœne citus oppressum est: q̄ inciperet. Sed q̄tum lateq; fax illius motus ab ipso Syllæ rogo exarsit. Cupidus namq; rex nouarum per insolentiam Læpidus acta tanti viri rescindere parabat: nec immerito: si tamen posset sine magna clade reipublicę. Nam cum iure belli Sylla dictator proscripsisset inimicos: qui supererant: reuocante Læpido quid aliud: q̄ ad bellum reuocabantur. Cum damnatorum ciuium bona addicente Sylla: q̄uis male capta: iure tamen repetito eorum proculdubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo quasi ægræ sauciæq; reip. requiescere quomodocunq;: ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo cum turbidis concionibus: velut classico ciuitatem terruisset: profectus in ethruriam arma inde & exercitum vrbi admouerat. Sed iam miluium pontem: collemq; Laniculum Luctatius Catulus: Cneus Pompeius syllanæ dominationis duces: atq; signiferi alio exercitu considerant. A quibus primo statim impetu retro pulsus: hostisq; a senatu iudicatus: incruenta fuga ethruriam: inde sardiniam recessit. Ibi quoq; morbo & pœnitentia interijt Victores quod non tenuere alijs in ciuilibus bellis pace contenti fuerunt.

Læpidi motus post sylleę interitū.

Læpidus in sardinia cæditur.

¶ L. Flori Epithomæ Liber quartus Incipit Bellum Catilinæ.



CAtilinam luxuria primum: tum hinc conflata ęgestas rei familiaris: simul occasio: q̄ in extremis finibus mūdi: arma romana peregrinabantur: in nefaria consilia opprimendæ patriæ suæ compulere: senatum confodere. consules trucidare: distringere incendijs vrbem diripere ærarium: totā deniq; remp. funditus tolere: & quicquid nec Han-

Quibus rationibus motus catilina rempu. iuasit.

nibal videretur optasse. Quibus(nephas)socij aggressus est ipse patricius:sed hoc munus est Curij Porcij:Sylię:Cethegi:Antonij Varguntei:atq; Lōgini quę familię:q̄ senatus insignia? Lentulus quoq; tunc maxime pręter hos omnis immanissimi facinoris satellites habuit:additum est pignus coniurationis sanguis humanus:quem circulatum pateris bibere summum nephas:nisi amplius esset propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio:nisi illa coniuratio in Ciceronē & Antonium consules incidisset quorū alter industria rem patefecit alter manus oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emersit:vilissimum scortum: sed patricij nominis:cōsul habito senatu in pręsentem parricidā reum:Cicero perorauit:sed non amplius profectum:q̄ vt hostis euaderet:seq; palam professo:incendium suum restincturum ruina minaretur:& ille quidem ad præparatum a Manlio in ethruria exercitum proficiscitur:signa illaturus vrbi Lentulus destinatum familię suę sybilinis versibus regnū sibi vaticinans ad præstitutū a Catilina diem vrbe tota viros:faces.tela disponit.Nec ciuili cōspiratione cōtentus.legatis allobrogū:qui tum forte aderāt in arma sollicitatis:& isset vltra alpes furor nisi altera proditione. Vulturtij prętoris literę tenerētur:Statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus:palam prętor in senatu conuincit De supplicio agētibus Cęsar parcendum dignitati.Cato animaduertendū pro scelere censebat:quā sētentiā secutis oibus in carcere parricidæ strangulantur:q̄uis parte coniurationis oppressa tamē ab incœpto Catilina non destitit.Sed infestis ab ethruria signis patriam petens obuio Antonij exercitu opprimitur q̄ atrociter dimicatum sit exitus docuit.Nemo hostium bello superfuit: quem quis in pugnando cœperat locum eum amissa anima corpore tegebat Catilina longe a suis inter hostium cadauera repertus est: pulcherrima morte:si pro patria sic concidisset.

Fœdus hūano sāguine sancitum.

Fuluia cōiuratiōis indicium.

Allobrogū iudicium.

Varia depuniendis coniuratoribus opinio.

Catilina occiditur.

¶Bellum Cæsaris & Pompeij.

NAm pœne toto orbe pacato:maius erat imperium romanum : q̄ vllis externis viribus extingui posset. Itaq; inuidens fortuna principi gentium populo. ipsum illum in exitium suum armauit ac Mariana quidem Cimanaq; rabies intra vrbem pręcluserat.quasi experiretur syllana tēpestas. Latius intra italiam tum detonuerat Cæsaris furor atq; Pompeij. vrbem:italiam:gentes : nationes : totum deniq; qua patebat im-

perium quodam quasi diluuio:& cum inflamatione corripuit: Adeo vt non recte:tantum ciuile dicatur:ac ne sociale quidem: sed nec externum:sed potius commune quoddam ex omnibus & plusq̃ bellum.Quippe si duces eius inspicias totus senatus in partibus: si exercitus hinc.xi.legiones:inde.xviij.flos omnis & robur italici sanguinis:si auxilia sociorũ:hinc gallici germaniq; deductus:inde Deiotarus:Ariobarsanes:Tharcon:dimotus Corinthius:omnis thracię:cappadociæq;.cilicię:macedonię gręcię italiæ:totiusq; robur orientis: si moram belli:quattuor annis & pro clade rerum breue tẽpus si locum & spatium vbi commissum est:intra italiam inde se in galliam:hispaniã deflexit.reuersumq; ab occasu totis viribus in epyro:thessaliaq; cõsedit:hinc ęgyptũ subito transiliuit.Inde respexit.asiã africę incubuit.postremo in hispaniã remigrauit:& ibi aliquãdo defecit:sed non & odia partiũ finita cũ bello.Nõ enim prius quieuere:q̃ in vrbe ipsa medio senatu eorũ qui victi erant odia victoris sese cęde satiarẽt.Causa tantæ calamitatis: ideq; oim nimia fœlicitas.Siquidem Quinto Metello & Lucio Afranio cõsulibus cũ romana maiestas toto orbe polleret:recentesq; victorias:ponticos & armenios triumphos in põpeianis theatris Roma cantaret.nimia põpeij potentia apud occiosos(vt solet)ciues mouit inuidiã.Metellus ob imminutũ crętę triũphũ:Cato aduersus potentes semper obliquus detractare põpeiũ:actisq; eius obstrepere.Hic dolor trãsuersum egit:& ad pręsidia dignitati paranda impulit.Forte tunc Crassus genere:diuitijs:dignitate florebat:vellet tamẽ auctores opes Caius Cæsar eloquentia:& spiritu ecce iam consulatu alleuabatur. Pompeius tamen super vtrunq; eminebat:Sic igitur Cæsare dignitatẽ cõparare.Crasso augere:pompeio retinere cupientibus omnibusq; pariter potentię cupidis.de inuadẽda rep.facile conuenit:ergo cum mutuis viribus in suũ quisq; decus niteretur:galliam Cęsar inuadit:Crassus Asiam:pompeius Hispaniam. Tres maximos exercitus etiam.sic orbis imperiũ societate trium principum occupatur.decem annos traxit ista dñatio:exinde quoniam mutuo metu tenebantur:Crassi morte apud parthos & morte iuliæ Cæsaris filiæ:quæ nupta pompeio generi soceriq; concordiam matrimonij ... re tenebat: statum æmulatio erupuit Iam pompeio suspectę cęsaris opes:& cęsari põpeiana dignitas grauis:nec hic ferebat parẽ:nec ille superiorẽ nefas sic de princi-

Auxiliares cæsaris & pompeij copię.

Huius tanti belli causa.

Quid ciuibus ro.mouit inuidiã.

Cõspiratio põpeij crassi & cęsaris.

Crassus apd pthos mortuus.

patu laborabāt tanq̄ duos tanti imperij fortuna nō caperet. Ergo Lētulo marcelloq; consulibus rupta prima coniurationis fide: de successione Cęsaris senatus: idēq; Pompeius agitabat: nec ille ab nuebat: si ratio sui proximis comitus haberetur consulatus: absen ti quē decē tribus fauente Pōpeio nup decreuerāt. Tū dissimulan te eodē negabāt. veniret & peteret maiorū more: ille cōtra flagi tare decreta: ac nisi in fide pmanerent: nō se remittere exercitum ergo in hostilē decernit. His cæsar agitatus statuit p̄mia armorū armis defendere Prima ciuilis belli harena Italia fuit: cuius arces leuibus p̄sidijs Pōpeius insederat: sed omia subito cęsaris impetu oppressa sunt prima Arimino signa cecinerūt. Tum pulsus ethru ria Libo vmbria Thermus: Domitius corfinio: & peractū erat bel lū sine sanguine: si pōpeium brundusij opprimere: vt cœperat po tuisset. Sed ille p obsessi claustra portus nocturna fuga euasit. tur pe dictu: mō priceps patrū pacis belliq; moderator: p triūphatum a se mare lacerata & pœne inermi naui fugiebat Nec Pōpeius ab italia q̄ senatus ab vrbe fugat̄ prior: quā pœne vacuam metu cęsar ingressus cōsulē seip̄e facit. Aerarium quoq; sanctum: quod quid tardius aperiebant tribuni: iussit effringi: censumq; & patrimoniū populi romani ante rapuit: q̄ imperiū pulso fugatoq; Pompeio: maluit prius ordinare prouincias quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam Annonę pignora: per legatos habuit: nihil hostile erat in gallia: pacem ipse fecerat. Sed ad hispanienses Pompeij exerci tus transeunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est: mi sera dum cupit pacem: belli metu: in bellum incidit: sed quia tutis muris erat vinci eā sibi iussit absenti. Grecula ciuitas non pro mol litia nobis: & vallum rumpere: & incendere machinas ausa & cō gredi nauibus. Sed brutus cui mandatum erat bellum: victos ter ra mariq; perdomuit: mox de dentibus sese ablata omnia pręter q̄ potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps variumq; & cruentum in hispania bellum cum legatis Cnei pompeij petreio: & Afranio: quos Ilerdę castra habentes: apud Sycorin amnē obsi dere & ab oppido intercludere aggreditur. interim abvndatione verni fluminis commeatibus prohibetur: sic fame castra tentata sunt obsessorq; ipse quasi obsidebatur. Sed vbi pax fluminis re dit: populationibus & pugna campos [illegible]uit. Iterum ferox in stat: & cedentes ad celtiberiam consecutus: aggere & vallo & per hæc siti ad deditionē compulit. Sic citerior hispania recepta est:

Cā belli inter cęsarem & pōpeiū.

Pōpei fuga

Aerarij dire ptio.

Massilię audacia.

Hispaniȩ a Cæsare recipiunt.

nec vlterior morã fecit: quid enim vna post quinq; legiones. Itaq; vltro cedēte Varrone: gades: fretũ: oceanus. oĩa fœlicitatem Cæsaris sequebant. Aliquid tñ aduersus absentē ducem ausa fortuna est. Circa Illyricum & africã: quasi de industria prospera eius aduersis traderentur. Quippe cum fauces adriatici maris iussi occupare Dolobella & Antonius: Ille illyrico. hic cretico littore castra posuissēt: iam maria late tenēte Põpeio repēte castra legatus eius

Infesta cȩsari fortuna.

Octauius Libo ingentibus copijs classicorum vtrumq; circumuenit: deditionem fames extorsit Antonio: Missȩ quoq; a Basilio in auxilium eius rates: quales inopia nauium fecerat: noua Põpeianorum arte cilicum actis sub mare funibus captȩ quasi per indaginem: duas tamen ȩstus explicuit: vna q̃ opiterginos ferebat: in vadis hȩsit: memorandũq; posteris exitũ dedit. Quippe vix mille iuuenum manus: circũfusi vndiq; exercitus: p totum diem tela su

Opiterginorũ facinus.

stinuit: & cum exitum virtus non haberet: tamen ne in deditionē venirent: hortante tribuno Vlteio mutuis ictibus in se cõcurrit. In africa quoq; par & virtus: & calamitas curiõis fuit: qui ad recipiēdã ꝓuinciam missus pulso fugatoq; Varro iam superbus: subitum Iubȩ regis aduentũ. equitarũq; maurorꝫ sustinere nõ potuit. Patebat victo fuga: sed pudor suasit: vt amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur. Sed iam debitum par fortuna flagitãte se

Cæsar i epyrũ traijcit.

dem bello Põpeius epyron elegerat. Nec Cæsar moratur: quippe ordinatis a tergo oĩbus (q̃uis hyems media ꝓhibuerũt tēpestate) ad bellũ nauigauit: positisq; ad oricũ castris: cũ pars exercitus ob

Cæsaris impatientia.

inopiã nauiũ cũ Antonio dimissa brũdusi morã faceret: adeo impatiēs erat: vt ad arcessendos eos ardente vētis mari nocte concubia. speculatorio nauigio solus ire tentauerit: extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorē vox ipsius. Quid times Cæsarem vehis Contractis in vnum vndiq; omnibus copiis: positisq; cominus castris: diuersa erant ducum consilia. Cæsar pro natura ferox: & conficiendæ rei cupidus: ostentare aciem prouocare: lacessere: nunc obsidione castrorum quæ sexdecim milium vallo obduxerat. Sed quid his obesset obsidio? qui patente mari omnibus copiis abundarent. Nunc expugnatione dirrachij irrita quippe quã vel situs inexpugnabilem facerent. Ad hoc assiduis in eruptionē

Præclara ... ȩuȩ virtus

hostium p̃lijs: quo tempore egregia virtus Scȩuæ cēturionis emicuit: cuius in scuto cētũ atq; viginti tela sedere Iã vero direptione vrbium sociarum cum oricũ & Comphos: & alia castella thessaliȩ

vastarēt. Pompeius aduersus hæc nectere moras: tergiuersari simul ad hostem interclusum vndiq; inopia commeatum terreret: vtq; ardentissimi ducis consenesceret impetus. Nec diutius pro fuit duci salutare concilium. milites ocium. socij moram. Principes ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis prælio fūcta est thessalia: & Philippicis campis vrbis imperij generis humani fata commissa: sunt nunq̄ vllo loco tantum virium populi romani: tantum dignitatis fortuna vidit: trecenta amplius milia hinc & illinc præter auxilia regum & senatus. Nunq̄ imminentis ruinæ manifestiora prodigia: fuga victimarū: examina: insignes interdiu tenebræ: dux ipse & nocturna imagine theatri sui audiens plausum in modū planctus circunsonare: & mane cum pullo amiculo (nefas) apud principia conspectus est: Nunq̄ acrior neq; alactior exercitus cæsar fuit. Inde classica prius: inde tela: annotatum quoq; cōmittētis aciem crastini pilum. Qui mox adacto in os gladio. sic inter cadauera repertus libidinē ac rabiem qua pugnauerat ipsa nouitate vulneris preferebat. Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe cū Pōpeius adeo equitum copia abundaret: vt facile circunuenturus sibi Cęsarē videret: circū uentus ipse est. Nā cū diu æquo morte cōtenderet: iussuq; Pompeij fusus a cornu erupisset equitatus repente hic signo dato germanorum cohortes tm̄ in effusos equites fecere impetū: vt illi esse pedites: ij venire in equis viderent. Hāc stragē fugiētis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est: tunc terrore latius dato: turbātibus inuicē copijs: reliqua strages quasi vna manu facta est Nec vlla res magis exitio fuit q̄ ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo pręlio Cęsar fuit mediusq; inter imperatorē & militē: voces quoq; obequitantis exceptæ altera cruenta: sed docta & ad victoriā efficax miles faciem feri: altera ad iactationē composita parce ciuibus cū ipse sequeret̄ Fœlicē vtcūq; in malis Pompeiū si eadem ipsum quę exercitum eius fortuna traxisset: superstes dignitatis suę vixit. cum maiore dedecore per thessalica tēpe equo fugeret pulsus: in deserto cilicię scopulo fugam in parthos africā vel ęgyptū agitaret. Vt deniq; in pelusio littore imperio vilissimi regis consilijs spadonum: & ne quid malis desit. Septimij desertoris sui gladio trucidatus: sub oculis vxoris suę liberorumq; moreretur. Quis non peractū esse cū Pompeio crederet bellū? at qui acrius multo atq; vehemētius thessalici incēdij cineres recaluere

Copiæ q̄ in thessalica conflixere.

Imminentis ruinæ prodigia.

Circūuētus Pompeius.

Pompeij interitus.

& in ęgypto quidem aduersus Cæsarẽ sine partibus bellũ: quippe cum Ptolomæus rex Alexandriæ summum ciuilis belli scelus peregisset: fœdusq; amicitiæ cum Cęsare medio Pompeij capite sanxisset: vltionem clarissimi viri manibus quęrẽte fortuna causa non defuit. Cleopatra regis soror effusa Cęsaris genibus partem regni reposcebat. Aderat puellæ forma: & quæ duplicaret̃ ex illo ꝙ talis passa videbat̃ iniuriã: odiũ ipsius regis: qui Pompeij cędẽ partiũ fato non Cęsari dederat: haud dubie idem in ipsũ ausurus si expedisset. Quam vbi cęsar restitui iussit in regnũ, statim ab eis dẽ ꝑcussoribus Põpeij obsessus in regia: q̃uis exigua manu: ingentis exercitus molẽ: mira virtute sustinuit. Ad primum edificiorũ ꝓximorum atq; naualiũ incendio infestoꝝ hostium tela submouit. Mox pẽnisulã pharon subitus euasit. Inde depulsus in maria mira fœlicitate ad ꝓximã classẽ enatauit. Reiecto quidẽ in fluctibus paludamẽto: seu fato: seu cõcilio vt illud ingruentibus hostiũ telis saxisq; peteretur. Tamẽ receptus a classicis suis: vndiq; simul hostes adortus: de imbelli ac ꝑfida gẽte iusta generi manibus dedit Quippe & Theodorus magister: auctor totius belli: & ne virilia q̃dem portẽta Photinus atq; Ganymedes diuersi per mare & trãsfugio & morte cõsumpti. Regis ipsius corpus obrutũ in limo repertũ est in aureę loricę honore. In Asia quoq; nouus reꝝ motus a põto plane: quasi de industria captãte fortuna hũc mithrydatico regno exitũ: vt a põpeio pater a cęsare filius vinceret̃. Rex Pharnaces magis discordię nostræ fiducia: q̃ virtutis suæ infesto in Cappadociam agmine ruebat. sed hũc cęsar aggressus vno & (vt sic dixerim) nõ toto p̃ælio obtriuit more fluminis: quod vno eodẽq; momento venit: percussit: abscessit: Nec vana de se prędicatio est Cęsaris ante victũ hostẽ esse: quã visum. Sic cum exteris At in africa cum ciuibus multo atrocius: q̃ in Pharsalia. huc reliquias partium naufragarũ quidã furoris æstus expulerat. Nec reliquias diceres: sed integrum bellum, sparsę magis q̃ oppressę vires erãt. Auxerat sacramentũ ipsa clades imperatoris Nec degenerabat ducũ suc[illegible]ssio. Quippe satis ample sonabant in põpeiani nominis locũ Cato & Scipio. Accessit copijs mauritanus rex Iuba: videlicet vt latius vinceret Cæsar. Nihil ergo inter pharsaliam: & Thapson: nisi ꝙ amplior eoq; acrior cęsarianorum impetus fuit: indignantium post Pompeium creuisse bellũ. Deniq; ꝙ aliter nunq̃ ante imperiũ ducis sua sponte signa cecinerunt, stra-

Ptolomęus.

Cæsaris virtus.

Cæsaris in hostes pietas.

Celerrima de pharnace victoria.

Atrocius in africa q̃ thessalia pugnatum.

Acrior cæsaria.

ges a iuba cœpit. Et elephanti bellorum rudes & nuper a silua consternati subito clãgore: statim & exercitus in fugã: & duces fortius q̃ vt effugerent. Non in conspicua tamen morte omniũ iam Scipio Naue fugiebat: & assecutis hostibus gladium per viscera exegit: & vbi esset quodã requirente: respondit hoc ipm: bene se habet imperator. Iuba cum se recepisset i regiã magnifice epulatus: postremo die cum petreio fugę comite superq; mensas & pocula interficiendũ se ei prębuit: ille & regi suffecit & sibi. Cum interim semesi in medio cibi: & parentalia fercula regio simul: Romanoq; sanguine madebant. Cato non interfuit bello: positisq; ad bragadam castris: vti causa velut altera africæ claustra seruabat. Sed accepta partium clade nihil cunctatus. vt sapiente dignum erat: mortem etiam lætus acciuit. Nam postq̃ filium comitesq; ab amplexu dimisit: in nocte lecto ad lucernam Platonis libro: qui immortalitatem animæ docet: paulum quieuit: tum circa primã vigiliam stricto gladio reuelatũ manu pectus semel: iterumq; pcussit: Ausi post hoc virum medici violare fomentis Ille passus dum abscederent: rescidit plagas: secutaq; vis sanguinis moribũdas manus in ipso vulnere reliquit. Quasi non esset vsq̃ dimicatum sic arma rursus & partes: quantoq; africa supra thessaliam fuit: tanto africã supabat Hispania plurimũ: q̃tũ fauoris partibus dabat fraternitas ducũ: & pro vno duos stare Põpeios. Itaq; nusq̃ atrocius nec tam ancipiti Marte concursum est. Primũ in ipso hostio oceani Varus didiusq; legati conflixere. Sed acrius fuit cum ipso mari: q̃ inter se nauibus bellum. Siquidem velut furorẽ ciuicum castigaret oceanus: vtramq; classem naufragio cecidit. Quinam ille horror? cum eodẽ tẽpore fluctus: procellæ: armamenta cõfligerent? adde situs ipsius formidinem: vrgentia in vnum hinc hispanię inde mauritaniæ littora: mare & intestinum & externum: imminentesq; Herculis speculas: cum oĩa vndiq; simul pręlio: & tempestate sæuirent. Mox circa obsidiones vrbium vtrinq; discursum est. Quæ miserę in hos atq; illos duces societatis romanæ pœnas dabant. Omnium postrema certaminum Munda hic non pro cætera fœlicitate: sed anceps & diu tristi prælium. vt plane videretur nescio quid de libertate fortuna. Sane & ipse ante aciem mestior nõ ex more Cæsar siue respectu fragilitatis humanę: siue nimiam prosperorum suspectam habens continuationem: vel eadem timens postq̃ idẽ esse cœperat: q̃ Pompeius. Sed in ipso prælio q̃ nemo

Nouorum ipetus

Scipionis exitus.

Iubæ &, petrei iteritus.

Catonis exitus.

Bellũ acerrimum.

Anceps apud mũdã pugna.

vnq̃ meminerat:cũ diu pari marte acies nihil aliud q̃ occiderent in medio ardore pugnantiũ subito ingens inter vtrosq; silentium quasi conuenissent.hic omniũ sensus erat.nouissime illud inusitatum Cæsaris oculis nephas.post.xiiij.annos probata veteranoꝝ manus gradum retro dedit:qꝑ & si nondum fugerat:apparebat tñ pudore magis: q̃ virtute resistere.Itaq; ab legato equo similis furenti primam in aciem ꝓcurrit.Ibi prẽsare fugientes:cõfirmare.ꝑ totũ deniq; agmen oculis:manibus:clamore volitare. dicitur in illa perturbatione:& de extremis agitasse secũ:& ita manifesto vultu fuisse quasi occupare manu mortem vellet:nisi qꝑ cohortes hostium quinq;:per transuersam aciem actę quas Labienus periclitantibus castris presidio miserat. spẽ fuge præbuissent:hoc aut & ipse credidit:aut dux callidus attribuit in occasionem & quasi fugientem inuectus:simul & suorum erexit animos:& hostes perculit.Nam hi dum se putant vincere fortius sequi:inde Pompeiani dum fugere credunt suos:fugere cœperunt.Quanta fuerit hostium cædes:Ira rabiesq; victoribus sic ęstimari potest.Hoc a prelio profugi cum se mũdæ recepissent:& Cæsar obsideri statim victos imperasset:congestis cadaueribus ager effectus est:quæ pilis iaculisq; confixa inter se tenebantur:fœdum etiam inter barbaros:sed videlicet desperantibus:Pompeij liberis: Cneum prælio profugum crure saucio deserta & auia petentem Cesonius apud lauronẽ oppidũ consecutus:pugnantem nõdum desperantem interficit. Sextum fortuna in celtiberia in[illegible]rim abscõdit: alisq; post Cęsarem bellis reseruauit.Cęsar in patriam victor inuehit̃ primũ de gallia triumphum transmiserat rhenus: rhodanus: & ex auro captiuus oceanus. Altera laurus ægyptia.tunc in ferculis Nilus: arsinoe & ad simulachrum ignium ardens pharus. Tertius de pharnace currus & ponto.Quartus Iuban & Mauros:& bis subactam ostẽdebat hispaniam pharsalia & tharsos & munda nusq̃: & quanto maiora erant de quibus nõ triumphabat: hic aliquãdo finis armis fuit.Reliqua pars incruenta:pensatũq; clementia bellum nemo cęsus imperio ꝑter Afronium:satis ignorauerat semel: & Fastum Syllã:didicerat generosum timere filiamq; Pompeij cũ patruelibus ex Sylla hic posteris cauebatur.Itaq; nõ ingratis ciuibus. omnes in principẽ congesti honores circa templa imagines in theatro distincta radijs corona suggestus in curia: fastigium in domo mensis in cœlo ad hoc pater ipse patriæ perpetuusq;

Cęsarianæ copię tergiuersantur.

Pompeiani milites in fugã cõuersi.

Cneus Põpeius cędit.

Cęsaris triũpha.

Cæsaris honores.

dictator. Nouissime dubium an ipso volēte: oblata pro rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia velut insule indesti natam morti victimam congerebantur. Quippe clemētiam principis vicit inuidia. granisq; erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata est. Sed Brutus & Cassius aliiq; patricij cōsenserunt in cędem principis. quanta vis fati. Manauerat late coniuratio. libellus etiam cæsari datus eodem die: nec per itare centum victimis potuerat: venit in curiam tamen expeditionem parthicam meditans: ibi in curuli sedentem eum se natus inuasit: tribusq; & viginti vulneribus ad terram datus est. sic ille qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat: tandem ipse sanguine suo curiam impleuit. Cæsaris interitus.

¶ Cæsar Augustus.

POpulus romanus Cæsare & Pompeio trucidatis: redijsse in statū pristinæ libertatis videbatur: & redierat: nisi aut Pompeius liberos: aut cæsar hęredē reliquisset. vel vtroq; pniciosius fuit: si nō collega quondam mox æmulus cæsarianæ potentiæ fax & turbo sequentis secundi superfuisset Antonius. quippe dux sextus paterna repetit trepidatum toto mari: dum Octauius mortem patris vlciscitur: iterum fuit mouēda thessalia: dum Antonius varius ingenio aut successorem cæsaris indignatur octauium: aut amore cleopatræ desciscit in regem: nam aliter saluus esse non potuit: nisi confugisset ad seruitutem: gratulandum tamen in tanta perturbatione est q̧ potissimum ad Octauium Cęsarem Augustum summa rerum redijt: qui sapientia sua atq; solertia: percussum vndiq; & perturbatum ordinauit imperij corpus: quod ira haud dubie nunq̄ coire & consentire potuisset: nisi vnius præsidij nutu quasi anima & mente regeretur. Marco Antonio & P. dolobella communes. imperator Ro. iam ad cæsares transferente fortuna: varius & multiplex motus ciuitatis fuit quodq; in annua cęli cōuersione fieri solet: vt mota sydera tonent: ac suo fletu tempestates significent: sic cum romanæ dominationis id est humani generis conuersione pœnitus intremuit: omniq; genere discriminū ciuilibus. terrestribus: ac naualibus bellis omne imperij corpus agitatum est.

Vide ne seculi nō secūdi sit legendum Octauij cōmendatio.

Ro. īperiū discriminū gñe agitatū

¶ Bellum Mutinense.

Ciuiliū motuū causa.

PRima ciuilium motuum fuit causa testamentum. Cæ. cuius secūdus heres Ant. prelatum sibi Octauium furens: inexpiabile cōtra adoptionem acerrimi iuuenis: susceperat bellum: quippe cum intra decem & octo ānos tenerū: & obnoxium & oportunum iniuriæ iuuenem videret: ipse plene ex commilitio cesaris dignitatem laceraret furijs hereditatem: ipsum insectari probris: & cunctis artibus cooptationem iulie gentis cum inhibere non desineret. Deniq; ad deprimendum iuuenem: palam arma moliri & parato exercitu in cisalpina gallia resistentem motibus suis. Dacium Brutum obsidebat. Octauius cesar etate & iniuria fauorabilis: & nominis maiestate: quod sibi induerat. Reuocatis ad arma veteranis. priuatus (quis crederet) cōsulem aggreditur: obsidio mutine liberat Brutum: Antoniū exuit castris: tum quidem etiam manu pulcher apparuit: Nam cruentus & saucius aquilam a moriente signifero traditam suis humeris in castra referebat.

Pulchrum augusti facinus.

Bellum Perusinum.

Perusinæ pugne origo.



Lterum bellum cōcitauit agrorū diuisio: quos Ce. veteranis in castris precium militie persoluebat: semper aliter Antonij pessimum ingenium gladio cīcta virilis militie vxor agitabat ergo depulsos agris colonos incitando iterum in arma ierat. Hic vero iam non priuatis sed totius senatus suffragijs iudicatum hostem Cesar aggressus intra perusine muros redegit: compulitq; ad extrema deditionis turpi & nihil non experta fame.

Bellum Viratus.



Vm solus etiā grauis paci: grauis reipublice esset. Ant. quasi ignis incēdio Lepidus accessit quid cōtra duos exercitus necesse fuit venire in cruentissimi fœderis societatem? diuersa omniū nota incendia. Lepidū diuitiarum cupidum: quarum spes ex turbatione reip. Antonium vltiones de eis qui se hostem iudicassent: Cæsarem inultus pater & manibus eius graues Cassius & brutus agitabat. in hoc velut fœderis pax inter tres duces componitur: apud confluētes inter mutinam & Bononiam iungunt manus: & exercitus cōsultant nullo bono more triūuiratus: inuaditur: oppressa armis re.p. redit sylla-

Compositū fœdus.

na proscriptio:cuius atrocitas nihil in se minus habet q̃ numer℞ cxl.senatorum exitus fœdi:truces:miserabiles toto terrarum orbe fugientium pro quibus quis non pro indignitate rei ingemiscat Cum Ant.L.Cæsarem auunculum suum.Lepidus.L.paulũ suum fratrem proscripserit.Romæ capita cæsorum proponere in rostris iam vsitatum erat.Verum sic quoq; ciuitas lachrymas tenere non potuit:cum rescissum Ciceronis caput in illis suis rostris videretur:nec aliter ad videndum eum:q̃ solebat ad audiẽdum cõcurreretur.Hęc scelera in Antonij lepidiq; tabulis Cęsar percussoribus patris contentus fuit:Hęc quoq; nisi multa fuisset etiam iusta cædes haberetur.

Syllanę proscriptionis atrocitas.

Ciceronis caput in rostris imposi tum.

¶Bellum Cassij & Bruti.

Bruti & cassij fuga.

BRutus & Cassius sic Cæsarem:quasi Tarquinium regem depulisse regno videbantur. Sed libertatem quã maxime restitutam voluerunt:illo ipso parricidio perdidere.Igitur cæde perfecta cum veteranos Cæsaris nec immerito timerent: statim curia in capitolium confugerant Nec illis ad vltionem deerat animus:sed ducem non habebant.Igitur cũ appareret: quæ strages reipub.immineret: displicuit vltio cum consulis abolitione decreta. Ne tamen publici doloris oculos ferrent in prouincias ab illo ipso quem occiderant Cæsare datas syriam & macedoniam concesserant. Sic vindicta Cæsaris dilata potius q̃ oppressa est: Igitur ordinata magis vt poterat. quam vt decebat in triumuiros republica:relicto ad vrbis præsidium Lepido:Cæsar cum antonio in Cassium Brutumq; succingitur.Illi comparatis ingentibus copijs eandem illam quę fatalis.Cn.Pompeio fuit harenam insiderant.Sed nec tum imminentia cladis destinatæ signa latuere.Nam & assuetæ cadauer℞ pabulo volucres:castra quasi iam sua circunuolabant.In aciem prodeuntibus obuius ethiops nimis aperte ferale signũ fuit:Ipsiq; Bruto per noctẽ cũ illato lumine ex more aliqua secũ agitaret ara quędã imago se obtulit:& quę esset interrogata:tuus inquit malus genius:ohe dixit & sub oculis mirãtis euanuit Pari in meliora presagio in Cęsaris castris oia aues:victimęq; ꝓmiserãt sed nihil pręsetius:q Cęsaris medicus somnio admonitus:vt Cęsar castris excederet:quibus capi imminebat vt factũ est acie nãq; cõmissa cum pari ardore aliquandiu dimicatũ foret:& quamuis

Triumuirorum institutio.

Clades horrenda.

Bruti visio.

Medicus Cęsaris sõnio monitus.

duces non essent:tunc præsentes:cum alterum corporis ægritudo.illum metus:& ignauia subduxissent:staret tamen pro patribus inuicta fortuna:& vltoris:& qui vindicabatur: Primũ adeo anceps fuit:& par vtrumq; discrimen:vt exitus prælij docuit. Capta sunt hinc cæsaris castra:inde Cassij.Sed quarto efficatior est fortuna q̃ virtus:& q̃ verum est:vbi oriens afflauit nõ residet in verbo:tantum esse virtutem,victoriam illi prælio error dedit Cassius inclinato cornu suorum cum captis Cæsaris castris rapido impetu recipientes se equites videret:fugere arbitratus euadit in tumulum:inde puluere & strepitu etiam nocte vicina.eximentibus gestæ rei sensum:cum speculator quoq; in id missus tardius renunciaret:transactum de partibus ratus:vni ex proximis auferendũ prębuit caput.Brutus cum in cassio etiam suum animum perdidisset:nequid ex constituti fide resignaret:ita eñi par superesse bello conuenerat:ipse quoq; vni comitum suorum confodiendum præbuit latus. Quis sapientissimos viros non miretur.ad vltimum non suis manibus vsos:nisi hoc quoq; ex persuasione non defuit ne violarent manus sed in abolitione sãctissimarum pientissimarumq; animarum iudicio suo scelere alieno vterentur.

Philipensis pugnæ anceps fortũa

NB.

Cassij atq; bruti cędes.

Bellum cum Sexto Pompeio.

SVblatis percussoribus Cęsaris supererat Pompeij domus:alter iuuenum in hispania occiderat:alter fuga euaserat:contractisq; infœlicis belli reliquijs:cum insuper ergastula armasset:siciliã sardiniamq; habebat iam & classe medium mare insederat.O q̃ diuersus a patre.ille cilicas extinxerat.hic secum pyratas nauales agitarat Tanta mole belli pœnitus in siculo freto iuuenis oppressus est Magniq; famam ducis ad inferos secum tulisset:si nihil tantassat vlterius nihil ꝙ magnæ indolis signum est sperare semper.Perditis enim rebus pro fugit:asiamq; velis petit:venturus ibi in manus hostium & cathenas & ꝙ miserrimum est:fortibus viris:ad hostium arbitriũ sub percussore moriturus.non alia post Xerxem miserabilior fuga:quippe modo trecentarum quinquaginta nauium dominus cum sex septemue fugiebat extincto prætoriæ nauis lumine:annulis in mare abiectis pauens atq; respectans:& tamen non timens ne periret.

Sextus põpeius opprimitur.

Miserabilis sex.pom.fuga.

Bellum parthicum Duce Ventidio.



Vanuis in cassio & Bruto partes sustulisset in Pompeio totum partium nomen abolesset:no num tamen ad pacis stabilitatẽ profecerat Cę sar:cum scopulus:& nodus & in ora publicę se curitatis superesset Antonius:nec ille defuit vi cijs quin periret.Imo omnia expertus ambitu & luxuria:primũ hostes:deinde ciues : tãdem etiã terrę sęculũ liberauit:Parthi clade cassiana altius aios erexe rant ciuilesq; populi romani discordias lęti acceperant. Itaq; vt prima affulsit occasio:non dubitauerunt erumpere. vltro quidẽ inuitante labieno:qui missus a Cassio Brutoq; qui furor scelerum sollicitauerat:hostes in auxilium:& illi pacato duce regio iuuene dissipant antoniana præsidia.Casca legatus ne veniret in pote- statem a gladio suo impetrauit.Deniq; ablata syria:emanabat la tius malum:hostibus sub auxilij spem sibi vincentibus:nisi venti dius & hic legatus Antonij incredibili fœlicitate:& labieni copi as:ipsumq; pacorum:& omnẽ parthicum equitatum toto inter orontem & euphratem sinu late cecidisset. Viginti amplius miliũ fuit.Nec sine consilio ducis qui simulato metu/adeo passus est castris succedere:donec assumpto iactus spacio adimeret vsum sagittarum.rex fortissime dimicans cecidit.mox circunlato eius per vrbes:q̃ desciuerant capite:syria sine bello recepta. Sic cras- sianam cladem pacori cęde pensauimus.

Parthorum eruptio. Cędes non parua.

Regis ca- put per vr- bes circũla- tum initum fœdus.

¶ Bellum parthicum cum Antonio.

EXpertis inuicem parthis:atq; Romanis:cũ crassus at- q; pacorus vtrinq; virium mutuarum documenta fe- cissent : pari rursus reuerentia integrata amicitia. & quidem ab ipso fœdus antonio cum rege percussum:Sed immẽ sa vanitas hominis:dum titulorum cupidine araxem & euphra tem sub imaginibus suis legi concupisset:neq; causa:neq; consi- lio:ac ne imaginaria quidem belli conditione:quasi hoc quoq; ex arte ducis esset obrepere:relicta repente syria in parthos im- perium facit.gens pręter armorum fiduciam simulat trepidatio nem:& in campos fugam.Hic statim quasi victor sequebatur: cum subito nec magna hostium manus ex improuiso etiam in fessos via sub vespere velut nimbus erupit:& missus vndiq; sagit

Parthica fraus.

tis duas legiones operuerunt. Nihil acciderat in comparationē cladis: quę in posterum diem imminebat: nisi interuenisset deū miseratio: vnus ex clade crassiana: parthico habitu: castris adequitat: & salute latine data cū fidē ipso fecisset quid immineret edocuit. iam affuturū cum omnibus copijs regem irent retro: peterentq; montes: sic quoq; hostem fortasse non defore: atq; ita secuta est minor vis hostium: q̄ imminebat. Adfuit tamen deleteq; reliquę copiæ forent: nisi vrgentibus telis in modum grandinis quadam forte: quasi docti procubuissent in genua milites & elatis super capita scutis cæsorum speciem præbuissent: tum parthus arcus inhibuit: deinde romani cum se rursus extulissent adeo res miraculo fuit: vt vnus ex barbaris miserit vocem. Ite & bene valete romani merito vos victores fama gentium loquitur qui parthorum tela fugistis. non minor ex aqua postea quam ab hostibus excepta clades: infesta primum siti regio cum quibusdam Salmacidis fluuius infestior: nouissimeq; cum iam ab inualidis & auide hauriebatur: noxiæ etiam dulces fuere. Mox & ardores per armeniam. & niues per cappadociam: & vtriusq; cœli subita mutatio pro pęstilentia fuit. Sic vix tertia parte de. xvj. legionibus reliqua cum argentum passim dolabris concideret: & subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset: ęgregius imperator tandem profugit in syriam. vbi incredibili quadam mentis vecordia ferocior aliquāto factus est: quasi vicisset qui euaserat.

Ingens telerum copia.

Parthorum tela ro. fugere.

Noxiæ aq̄.

¶ Bellum cum Antonio & Cleopatra



Furor Antonij quatenus per ambitum nō inter iret & luxu & libidine extinctus est. Quippe post parthos cum exosus arma in ocio ageret: captus amore Cleopatrę quasi bene gestis rebus in regio se sinu reficiebat. Hęc mulier: ęgyptia: ab ebrio imperatore pręcium libidinū romanum imperium petit: & promisit Antonius: quasi facilior esset partho romanus. Igitur dominationem parare: nec tacite: sed patrię: nominis togę: fascium oblitus totus vt monstrū illud: vt mente ita aio quoq; cultuq; desciuerat Aureum in manu baculum ad latus: & in acie purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis diadema aderat: vt regina rex ipse frueretur. Ad primū nouorum motuum famam Cęsar a brundusio traiecerat: vt venieti bello occureret positisq; castris in epyro leucadē insulā

Ro. imperium cleopa. promissum.

montemq; leucatem & ambratij sinus cornua infesta classe succinxerat. Nobis.cccc.amplius naues.cc.non minus hostium:sed numerũ magnitudo pensabat. Quippe a senis in nouenos remorum ordinibus:ad hæc turribus atq; tabulatis alleuatæ castellorum & vrbium specie:non sine genitu maris: & labore ventorum ferebantur. quę quidem ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naues a triremibus in senos: nec amplius ordines creuerant: itaq; habiles in omnia: quæ vsus poscebat: ad impetus: & recursus: flexusq; capiendos. Illas grauis & ad omnia prepeditas singulas plures adortę. missilibus simul: tum rostris: ad hoc ignibus iactis ad arbitriũ dissipauere. Nec vlla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo: q̃ post victoriam. Quippe immensa classis naufragio belli facto toto mari ferebatur: arabumq;: & sabeorũ & mille aliarum gentium asię spolia: purpuram aurumq; ĩ ripam assidue mota ventis maria remouebãt. Prima dux fugæ regina: cum aurea puppe: veloq; purpureo se in altũ dedit. Mox secutus Antonius: sed instare vestigijs Cæsar Itaq; nec preparata in oceanũ fuga: nec munita pręsidijs: vtraq; ęgypti cornua parethonium atq; pelusium profuere: prope manu tenebãtur: prior ferrum occupauit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tentauit oculos ducis frustra. Nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit. Nec illa de vita: qua offerebat: sed de parte regni laborabat Q đ vbi desperauit a principe. seruariq; se triumpho vidit: incautiorẽ nacta custodiam: in mausolum se (sepulchra regum sic vocant) recipit: ibi maximos vt solebat induta cultu in differto odoribus solio iuxta suum se collocauit Antoniũ: Admotisq; ad venas serpentibus: sic morte quasi somno soluta est.

Cæsaris castra ĩ epyro.

Cæsariana classis antonina expeditio.

Antonij & cleopatræ fuga.

Antonij & cleopatræ exitus.



Hic finis armorum ciuilium. Reliqua aduersus exteras gentes. Quæ districto circa mala sua imperio diuersi orbis oris emicabant. noua quippe pax: nec dum assuetæ frenis seruitutis tumidæ gentium inflatæq; ceruices ab imposito nuper iugo resiliebant. Ad septemtrionem conuersa ferme plaga ferocius agebat: norici: illyrij: pãnonij: dalmatæ: mysi: thraces: & daci: sarmatæ: atq; germani. noricis animos dabant alpes atq; niues: q bellum non posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos brennos; senones; atq;

Armorum ciuiliũ finis.

Mulierũ feritas.
Illyricum bellum.

vindelicos: per priuignũ suum Claudium drusum pacauit. Quæ fuit callidarum gentium feritas facile vel mulieres ostẽdere: quæ deficientibus telis infantes ipsos afflictos humo: in ora militum aduersa miserunt. Illyrici quoq; sub alpibus agunt: imasq; valles earum & quędam quasi claustra custodiũt: abruptis torrentibus implicati. in hos expeditionem ipse sumpsit: fieriq; põtem imperauit. Hic se & aquis & hoste turbantibus cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit: & inuia primus: tunc agmine secuto cum illiricus multitudine põtem succedisset: saucius manibus ac cruribus speciosiore sanguine: & ipso periculo angustior terga hostium pręcidit.

Bellum aduersus pannonas.

Pannonij duobus saltibus: ac tribus fluuijs drauo: sauo: histroq; vallantur: populati proximos intra ripas se recipiebant. In hos domandos Vrbium misit cæsi sunt in vtrisq; fluminibus. arma victorum non ex more belli cremata: sed capta sunt: & in profluentes data: vt cæteris qui resistebant victoria sic nunciaretur.

Bellum dalmaticũ.

Dalmatę plęrumq; sub siluis agunt. Inde in latrocinia promptissimi. Hos iam quidem martius incensa vrbę delminio quasi detruncauerat. Postera Asinius pollo gregibus armis agris mulctauerat. hic secundus orator. Sed augustus per domãdos Vibio mẽdat: qui efferum genus fodere terras coegit: aurũq; venis repugnare: quod alioquin gens omnium cupidissima: studiosa diligentia acquiri: vt illud in vsus suos seruare videatur.

Misij ferocissimi populi.

Misij q̃ feri: q̃ truces fuerint q̃ ipsorum etiam barbari barbarorũ horribile dictu est. Vnus ducum ante aciem postulato silentio. Qui vos inquit estis? Responsum inuicem. Romani gẽtium domini: & illi: ita inquiũt fiet: si nos viceretis Accepit omnem Martius Crassus. Illi statim ante aciem immolato equo cõcepere votum. vt cæsorum extis ducum & litarent & vescerentur. Deos au

Misij timore pciti.

disse crediderim: nec tubam sustinere potuerunt. Non minimũ terroris incussit barbaris Chonidius centurio satis barbarę efficacis tamen apud pares homines stoliditatis: qui poculum gerens super cassidem suscitat[illegible]m motu corporis flammam velut ardenti capite fundebat.

Trachũ feritas.

Ante hos thracum maximus populus desciuerat. Ille barbarus & signis militaribus: & disciplina: armis etiã romanis assueuerat. Sed apisone perdomiti: in ipsa captiuitate rabiem ostendere: quippe cum cathenas morsibus tentarent: feritatem suam ipsi puniebant. Daci montibus inhærent Cotisonis regis imperio: quotiens concretus imperio danubius vinxe-

rat ripas decurrere solebāt & vicina populari: visum est Cęsari augusto gentem aditu difficillimam submouere. Misso igitur Lentulo vltra vlteriorem repulit ripam citra præsidia constituit. Sic tūc dacia non victa: sed summata: atq; dilata est. Sarmatę patentibus campis inequitant: & hos per eundem Lentulum prohibere danubio satis fuit. nihil pręter niues raraſq; siluas habent. tanta barbaria est: vt pacem non intelligant. Germaniam quoq; vtinā vincere tanti non putasset: magis turpiter amissa est q̄ gloriose acquisita: sed quatenus sciebat patrem suum Cæsarem bis transuectū pontem rheno quesisse bellum: In illius honorem concupiit facere prouinciam: & factum erat: si barbari tam vicia nostraq; imperia ferre potuissent. Missus in eam ꝓuinciam Drusus primos domuit Vsipetes: inde cæteros percurrit: & tactos. Nam marcomannorum spolijs insignibus quendam editum tumulum in trophei modum excoluit: Inde validissimas nationes cheruscos. sueuos: & sicambros pariter aggressus est. Qui. xx. centurionibus incrematis hoc velut sacramento sumpserat bellum. Adeo certa victoriæ spe: vt p̄da in antecessus pactione diuiserint. Cherusci equos. Sueui aurum & argentum. Sicambri captiuos elegerant: sed omnia retrorsum. Victor nanq; drusus equos: pecora: torques eoꝝ: ipsosq; præda diuisit & vendidit. Praeterea in tutelam prouincię præsidia atq; prouincias vbiq; disposuit. Per mosam flumen per albim: per insurgiam: per rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit: bonam & genosiam cum pontibus iunxit: classibusq; firmauit. inuisum atq; inaccceſſum in id tempus hircinium saltum patefecit ea deniq; in germania pax erat: vt mutati homines alta terra: cœlum ipsum mitius molliusq; solito videret. Deniq; non per adulationem sed ex meritis defuncto ibi fortissimo iuuene: ipsi ꝙ nunq̄ aliter senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed difficilius est prouincias obtinere: q̄ facile viribus parantur: iure retinentur: igitur breue id gaudium fuit. Quippe germani victi magis q̄ domiti erant: moresq; nostros: magis q̄ arma sub imperatore druso suscipiebant. postq̄ ille defunctus est. Vari quintilij libidinem ac superbiam. Laud secus: q̄ seuitiam odisse cœperunt Ausus ille agere conuentum & in castris se direxerat: quasi violentiam & barbarorum lictoris virgis: & preconis voce posset inhibere At illi qui iāpridem rubigine oblitos enses: iner-

Dacia summota.

Sarmatarū barbaries

Germanicū bellum.

Germaniæ populi deuicti.

Drusi ī germania gesta.

Germani rebellant. tesq; cemerent equos: vt primum togas & sæuiora armis iura viderunt: duce arminio arma corripiunt. Cum interim tanta erat Varo pacis fiducia: vt ne predicta quidem & ꝓdita per Segestē vnū ducum cōiuratione commoueretur. Itaq; improuidum & nihil tale metuentē improuiso adorti: cū ille (o securitas) ad tribunal citaret vndiq; inuadunt: castra rapiunt: tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodem quo canensem diē paulus & fato est & animo secutus: nihil illa cæde per paludes: perq; siluas cruentius: nihil insultatione barbarorum intolerantius: præcipue tamē in causarū patronos: alijs oculos: alijs manus amputabant: vnius os sutum/recisa prius lingua quam in manu tenens barbarus tandem īquit vipera sibilare desiste. Ipsius quoq; cōsulis corpus qđ militum pietas humi abdiderat: effossum. Signa & aquilas duas adhuc & barbari possident. tertiam signifer priusq̄ in manus hostium veniret euulsit. mersaq; intra baltei sui latebras gerens in cruenta palude sic latuit hac clade factum vt imperium quod in littore oceani non steterat/ in ripa rheni fluminis staret. Hæc ad septētrionem. Sub meridiano tumultuatum magis q̄ bellatū est. Musulamos atq; getulos accolas syrtium Casso duce cōpescuit/ vñ illi getulici cognomen: latius victoria patet Marmaridas atq; garamantas Turmio subigendos dedit. Potuit & ille redire marmaricus: sed modestior in æstimanda victoria fuit. Ad orientem plus negocij cum armenijs. Huc alterū Cæsar ex nepotibus suis misit/ ābo fato breues/sed alter inglorius Massiliȩ quippe Lutius morbo soluitur. In licia Caius ex vulnere cū armeniā ad parthos se subtrahentē recipit. Aremenios victo rege Tigrane ī hoc vnū seruitutis genus pompeius assueuerat: vt rectores a nobis acciperent. Intermissum ergo ius: per hunc recuperatum: non incruēto nec inulto tñ certamine. Quippe dominationis quem rex ariaratis prȩfecerat. simulata ꝓditione adortus virum intentum libello: quem vt thesaurorum rationem continentem ipse porrexerat: strictus ac recreatus ex vulnere in tempus cȩterum barbarus vndiq; infesto exercitu oppressus: gladio & pyra in quam se percussus immisit: etiā cȩsari satisfecit. Sub occasu pacata fere erat omnis hispania: nisi quā pyrenei desinētis scopulis inherentem citerior alluebat oceanus. Hic duȩ validissime gētes Cātabri & astures immunes imperij agitabant. Cantabrorū & peior & alterior:

Margin notes: Quintilij Vari & legionū cȩdes. — Getulici cognomen. — Lutius Caius. — Pacata hispania.

&magis pertinax in rebellãdo animus fuit Qui nõ contẽti liber tatẽ suã defendere.proximis etiã imperitare tentabãt:vacceosq; & curgonios/& aurigonas crebris incursiõibus fatigabãt:in hos igitur quia vehemẽtius agere nunciabatur:nõ mandata expeditio:sed sumpta est:ipse venit segisamã:castra posuit inde partito exercitu totam indiam amplexus:cantabriam efferam gentẽ ritu ferarũ:quasi indagine debellabat.Nec ab oceano quies:cũ infesta classe ipsa quoq; terga hostiũ cederentur.Primũ aduersus cantabros sub mœnibus belgicæ prælıatus est.Hic fuga in eminentissimum vinium montem:qua maria prius oceani: q̃ arma romana ascensura esse crediderat.Tertio atracillum oppidũ magna vi repugnat captum tamen postremo fuit medulli montis obsidio:quem perpetua.xv.milium fossa comprehensum cinxit vndiq; simul adeunte romano:postq̃ extrema barbari vidẽt certatim igni:ferro inter epulas venenoq;:quod ibi vulgo ex arboribus taxis exprimitur percepere mortẽ:seq; pars maiora a captiuitate:quę videbatur:vindicauere.Hæc per Antistium Firmũ Agrippam legatos hibernans in taraconis maritimis Cæsar accepit.ipse prę sens hos deduxit mõtibus hos obsidibus adstrinxit:hos sub corona iure belli vendidit:digna res lauro:digna curru senatui visa est:& cæsar tantus erat:vt posset triumphos contennere.Astures per idẽ tẽpus ingenti agmine a montibus suis descenderant:nec temere sumptus:vt barbaris impare & positis castris apud Sturam flumẽ trifariam in diuiso agmine:tria simul romanorum castra aggredi parant.fuisset anceps & cruentum:& vtinam mutua clade certamẽ.tũc tam fortibus etiam subito.tam cum consilio venientibus nisi Drigecini prodissent a quibus premonitus Carisius cum exercitu adueniens oppressisset consilia.Sic tamen quoq; non incruento certamine:reliquias fusi exercitus validissimi ciuitas Lancia excepit:Vbi loci adeo certatum est:vt in captã vrbem fasces poscerentur:egre dux impetrauit veniam:vt victoriæ romanæ stans potius esset q̃ incensa monumẽtũ.Hic finis augusto bellicorũ certaminum fuit.idem rebellandi finis hispaniæ.certa mox.fides & ęterna pax cũ ipso rum ingenio in pacis partes promptior & cũ cõsilio cæsaris qui fiduciã montiũ timẽs:in quos se recipiebant castra sua:sed quæ in plane erãt:habitare:& incolere iussit ingẽtis esse consiliũ illud obseruari caput.Natura regionis circa se ois aurifera:miniiq; &

Cantabricũ bellum.

Atracillum captum.

Venenũ ex taxo confectum.

Bellũ aduersus astures gestum.

Vbi Augustus bella terminauit.

chrysocolæ & aliorum colorum ferax. igitur exerceri solum iussit. sic astures vt latētes in profundo opes suas atq; diuitias: dum alijs quærunt nosse cœperunt. Omnibus ad occasum & meridiē pacatis gentibus: ad septentrionem quoq; duntaxat intra rhenum: atq; danubium. Item ad orientem intra eurum & euphratem nili quoq;: reliqui qui immunes imperij erant: sentiebant tamen magnitudinem: & victoriam gentium populi romani reuertebantur: nam & scythæ misere legatos & sarmatæ amicitiam petentes. Seres etiam: habitantesq; sub ipso sole Indi. cum gemmis & margaritis elephātos quoq; inter munera trahentes: nihil magis q̄ longinquitatem viæ imputabant: quadriennium impleuerant & tamen ipse hominum color ab alio venire sole fatebatur Parthi quoq;: quasi victoriæ pertineret: rapta clade crassiana vltro signa rettulere. sic vbiq; cuncta atq; continua totius generis humani aut pax fuit: aut pactio. Ausu sq; tandē Caius Augustus septingentesimo ab vrbe condita anno Ianum geminum claudere: bis ante se clausum sub numa rege: & victa primum carthagine: hinc conuersus ad pacem pronum in omnia mala: & in luxuriam fluens seculū: grauibus seuerisq; legibus multis coercuit: ob hęc tot facta ingentia dictator perpetuus: & pater patrię. Tractatum etiam in senatu an quia condidisset imperium Romulus vocaretur: sed sanctius & reuerentius visum est nomen Augusti vt scilicet iam tum dum colit terras ipso nomine & titulo consecraretur.

Astu terra ferax.

Legati ex remotis terris romam veniunt.

Claudit ab augusto Iani tēplum.

Octauius cognominatus augustus.

¶ Romanæ Historiæ Per. L. Florum: q̄ elegantissime in Compendium redactæ
FINIS.

¶ Angelus Tiphernas amplissimo domino Baptistę de vrsinis Cemeræ apostolicæ Clerico.S.D.

S Vperioribus diebus cum apud te de me incidisset sermo pater amplissime nonnulli cauillatores vitæ (quod mihi communis nunciauit amicus) vt meę detraherent linguā liberius soluisse cognoui præsente ac mirate te. hinc ego alienum putaui ab officio meo excusare innocentem. non ꝙ in crimen ceciderim: verum ꝙ omni labe prorsus vacent. id quidem agerā pluribus: nisi persuaderem mihi causam te coram versari viro modestissimo atq; iustissimo: qui non ignoras improborum esse maledicere: boni vero viri a se non discedere. vt quo illi maledicendo: eo nos in bene agendo tenaciores efficiantur: solatio accedit. Socrates amplissimę sapientię vir veneno necatus. Demosthenes etiam conterraneus suus spirans inter satellitum manus. Damon quoq; qui non crimine aliquo exulauit: sed ꝙ alios excelleret eloquentia. De obtrectoribus haberem plura conscribere: quæ quia a me scribi: a te vero legi sine molestia nō possent pretereamus. Quod autem sequitur Sexti ruffi compendiolum: ex parte (vt puto) satis emendatum: dicatumq; nomini tuo suscipere: ac legere velis. Pręmisi ex pauca: quæ si a te viro eruditissimo comprobabūtur: labori meo bene consultum existimabo. Tu vale & me ama. Socrates Damon

¶ Angelus Tiphernas.

R Egnauit in Italia Ianus. Saturnus deinde. Post eum Picus: quem Faunus sequutus est. Huic latinus successit. Quo regnante Aeneas venit in laurentem agrum: Lauinium condidit: regnauitq; annis tribus: eo consecrato: cuius titulus effertur Diui patris terrestris qui numici vndas gubernat. Qui ante vrbē cōditā i italia.

¶ Ascanius in longam Albam quam cōdiderat regnū transtulit. Vbi regnatum est annis supra quadringentis triginta & duobus.

ab Ascanio	xxxviiij.
Ascanio postumio	xxix.
Aenea siluio	xxxj.
Latino siuio	.L.
Alba siluio	xxxix.
Aynet	xiiij.

¶Sexti Ruffi viri consularis Valentiano Augusto de historia Ro. Libellus incipit.

BReuem fieri clęmentia tua pcepit. parebo libens. Quippe cum desit facultas latius eloquendi morem secutus calculatorum. qui ingentes summas ęre breuiori reprimunt. Accipe ergo quo breuiter dicta breuius computentur: vt annosam vetustatem reipub. præteriti facta temporis non tam legere gloriose princeps q̄ numerare videaris. Ab vrbe igitur condita in ortu perhennitatis vestræ quo prosperius imperium romanum sortitus est anni numerantur sic Sub regibus. ccxlj. sub consulibus. ccccclxvij. Sub imperatoribus. ccccvij.

¶De regibus.

REgnauerũt Romę per annos. ccxliij. Reges numero. vij. Romulus regnauit per annos. xxxvij. Senatores per quinos dies annum vnum. Numa Pompilius regnauit annis. xliij. Tullus hostilius regnauit annis. xxxij. Ancus Martius regnauit annis. xxiiij. Tarquinus Priscus regnauit annis. xxxviij. Seruius Tullus regnauit ãnis. xliiij. Tarquinius superbus expulsus ex regno anno. xxv.

¶De consulibus.

Q; varius romanorum status.

COnsules fuerunt a Iunio Bruto/ & Publicola in Pansam & Hirtium numero octingenti. lxxvij. Præter eos: qui in eodem anno sorte aliqua sunt subrogati per annos. ccccclxvij. Quadraginta quinq; annis Romæ consules defuerunt. Sub decemuiris annis. ij. Sub tribunis militum annis xliij. Sine magistratibus roma fuit annis quattuor.

¶De imperatoribus.

IMperatores ab Octauio Cæsare Augusto vsq; in Iouianum fuerũt numero. xliij. per annos. ccccvii. Sub his igit tribus imperandi generibus: hoc est regio/ Consulari/ & imperatorio: quantum roma profecerit breuiter intimabo.

¶Regnum regum

SVb regibus.visi per annos.ccxliij.non amplius q̃ vsq; por/tum/atq; Ostiam.xviij.miliariũ a portis vrbis romæ:vt porte adhuc paruæ/& a pastoribus conditę quum finitimæ circum ciuitates pręmerent romanum processit imperium.

¶Regnum consulum.

SVb consulibus inter quos & nõnunq̃ dictatores fuerunt annos simul.cccxlvij.vsq; transpadũ italia occupata est Aphrica subacta Hispaniæ accesserunt. Galliæ/& Britanniæ tributariæ factæ sunt.Inde illirium.Istri.Liburni/Dalmatiæ domiti sunt.Ad achanam transitum est.Macedones subacti cum Dardanis/cum Misis/& Tracibus bellatum est ad Danubiũ vsq; peruentum.In Asia expulso Antiocho primũ pedẽ posuerunt romani.Mithridate victo ponti regnũ occupatum est.& armenia minor(quã idem tenuereat)armis obtẽta est In Mesopotamiã romanus exercitus peruenit:cũ parthis fœdus initum est.Contra Cardoneos/ac Saracenos/& arabes bellatum est.iudęa omnis victa est.Cilicia/& Syria in potestatem populi Romani venerunt.Aegypti reges fœderati sunt. Qualiter auctum sit ro.dñm.

¶Regnum imperatorum.

S Vb imperatoribus vero perãnos.ccccvij.quũ diuersa reipu.fortuna multi principes imperarẽt. Accesserũt tamen romano orbi alpes maritimæ/alpes gotiæ/retię noricę/Pannoniæ/mitiæ/& omnis ora Danubij in prouinciã est redacta Pontus omnis/armenia minor/Oriens totus cũ Mesopotamia/asia/arabia/& ęgypto sub imperij romani iure trãsiuit.Quo autem ordine singulas prouincias romana respublica assecuta est:ostenditur ita infra.

¶Respub.romana quo ordine assecuta est regnum.

PRima prouinciarũ facta est Sicilia.Eam victo Hyerone Siculorum rege Marcellus consul obtinuit.deinde a prętoribus recta est.Postea est cõmissa pręsidibus.nũc a cõsularibus administratur.Sardiniam/& Corsicam Metellus vicit. triumphauit de sardis:q rebellauere sæpe.Iuncta administratio harum insularũ fuerat.post suos pretores habuit.Nunc singulæ a præsidibus reguntur.In aphricam pro defensione Siculorum Romana trãsmissa sũt signa·Ter aphrica rebellauit.ad extremũ deleta p publium Scipionem.Carthago prouincia facta est:nũc Q[illegible] prima pro[illegible]ia.

ſub conſulsribus agit.Numidia ab amicis regibus tenebatur:ſed Iugurthę ob necatos ad herbalem & Hēphalē.Micipſę regis filios bellū indictū eſt:& eo per Metellū conſulem attrito:per Marium capto:in poteſtatē po.ro.Numidia peruenit Mauritanię a Bocco rege obtentę ſunt:ſed ſubacta omni africa mauros Iuba rex tenebat:qui in cauſa belli ciuilis a Iulio Cæſare victus mortē ſibi propria voluntate cōſciuit.ita mauritaniæ noſtrę eſſe cœperunt.Ac per omnē africam ſex prouincię factę ſunt.Ipſa vbi Carthago eſt ꝓ conſularis.Numidia conſularis.Tripolis/& mauritanię duę hoc eſt Sitinenſis/& Cęſarienſis ſunt præſidiales. Hiſpanis primū auxiliū aduerſus aphros per Scipiones tulimus rebellantes tuta nos.Hiſpaniā per Decium Brutū obtinuimus:& vſq; Gades ad Oceanū mare peruenimus.Poſt ad Hiſpanos tumultuantes Decius Iunius Syllanus exercitus miſſus eos vicit.Celtiberi cum Hiſpania ſępe rebellabant.miſſo minore Scipione cū excidio numantiæ ſubacti ſunt.Omnes pene Hiſpaniæ occaſione belli Sertoriani per Metellum/& Pōpeium in deditionem acceptę ſunt.Poſtea ꝓrogato in quinquennium imperio a Pompeio perdomitatæ ſunt.Ad extremum quoq; ab Octauiano Cęſare Auguſto Cantabri Haſtures qui freti montibus reſiſtebāt: deleti ſunt per omnes hiſpanias ſex ſunt nunc prouinciæ.Terraconenſis/Carthaginenſis/Luxitanea/Gallicia/Betica transfretana etiam inſula terrę aphricanę prouincia Hiſpaniarum eſt:quę Tigitania cognominatur. Ex his Betica/& Luxitania Conſulares/cęterę præſidiales ſunt.

Bellum cū gallis.

Cum Gallis populus Romanus grauiſſima bella habuit.Galli etiam illam partem italiæ vbi nūc Mediolanum eſt vſq; ad rubiconem tenebant fluuium:in tantum viribus freti:vt Romam ipſam bello peterent.& cæſis exercitibus Romanis/apud aliam fluuium mœnia vrbis intrarent. Capitolium obſiderent:ad cuius arcem ſexcenti nobiliſſimi Senatores cōfugerant:qui mille auri pondo ſe obſidione redemerūt Poſtea gallos cum victoria remeantes Camillus(qui in exilio erat)collecta de agris multitudine oppreſſit.Aurum & ſigna/quæ Galli cœperant reportauit.Cum Gallis multi Conſules Prætores & dictatores euentu vario conflixerunt.Marius Gallos de Italia expulit:& tranſcenſis alpibus fœliciter aduerſus eos pugnauit.

¶De.C.Cęſare.


Eterum.C.Cęsar cum decem legionibus quæ quaterna milia militũ Italorum habuerant Galliam subegit.cum Gallis vltra Rhenum positis cõflixit.per annos.viij.ab alpibus in Britanniã vsq; ad Gallias transiuit:Decimo anno Britannias Gallias tributarias fecit.Sunt Gallię cum Aquitania Britannijs prouinciæ.xviij. Alpes maritimæ prouinciæ abrianensis.Vienensis nouem popularia. aquitanię duæ alpes Gagię Ludunenses duę In Britãnia maxima Cæsariensis Britannia prima Britannia secunda.In Illiricum ab ore maritimo paulatim regressi sumus.Leuinius consul adriaticum atq; ionicum mare primus ingressus:maritimas obtinuit ciuitates Creta per metellum consulem qui Creticus dictus prouincia facta est.Gręcis in fidem nostram cõfugiẽtibus ad achaiam accessimus.athenienses aduersus Philippum Macedoniæ regem auxilium nostrum petierunt.Libera diu sub amicitijs nostris Achaia fuit.Ad postremum legatis romanorum apud Corinthum violatis per.L.Numium in consulem capta Corintho Achaia oĩs obtenta est.Epirote qui aliquãdo cum rege Pyrrho etiam ad Italiam transire pręsumpserãt victi:atq; Thessali simul cum Achiuorum & macedonum regionibus nobis accesserunt. Macedonia ter rebellauit.sub philippo sub perseo. sub pseudo: Philippo Philippum flaminius.Persen:Paulus:Pseudo Philippum Metellus oppressit.quorum triumphis Macedonia quoq; populo Romano adiuncta est.Illiricos qui auxilium Macedonibus attulerant ex eadem occasione per.L.Manilium prętorem viximus Et eos cum rege Gentio in deditionẽ accepimus.Dardanos & Mesios Curius proconsul subegit:& primus romanorum ducum ad Danubium vsq; peruenit.

Ambitio romana.

Qz rebellis macedonia

¶Sub Iulio & Octauiano Cæsare.

SVb Iulio & octauiano cęsare per alpes Iulias iter factũ Alpinis oĩbus iunctis Noricoꝝ prouĩ[illegible] accesserũt: Bancone Pannonioꝝ rege subacto in d[illegible]ditionẽ pannonię venerunt.Amantinis inter Saluũ & Drauũ prostratis:regio Saluẽsis ac secundorũ loca Pannon[illegible]orũ obtenta sunt.marcomomi & Quadi de locis varieq; s[illegible] inter Danubiũ & Drauũ pulsi sunt.& limes inter Romanos & barbaros ab augusto per Vindaliciam per Noricũ Pannoniã ac me[illegible]am est cõstitutus.

¶ De Traiano.

TRaianus Dacos sub rege decibalo vicit:& Daciã trans Danubium in solo barbarico prouinciam fecit:quæ in circuitu habuit decies centena milia passuum.Sed sub Galieno imperatore amissa est & per aurelianum translatis exinde Romanis duę Dacię in regionibus Mesię factę sunt.habet Illyricus septẽ & decem ꝓuincias:Noricoꝝ duas: Pannoniorũ duas:Valeriam:Seruiam:Slauiã:Dalmatiã:Mesiã: Daciæ duas Et in ditione Macedonię sunt septẽ:Macedonia:Thessalonica: Achaia:Epiri duę pręualis & Cretã.Thracias Macedonici belli occasione transcursum est:Sęuissimi oim gentiũ thraces fuerũt in thracũ regionibus.Scordisci habitauerũt pariter crudeles & callidũ genus:de quoꝝ sęuitie multa fabulose memorant̃ qđ hostiũ captiuis dijs suis litauerũt atq; sanguinẽ humanũ in ossibus capitũ potare sũt soliti.sępe per eos romanus cęsus est exercitus M.Didius vagãtes thragas repressit.M.Drusius intra fines proprios cõtinuit.Minutius in.Hebreo flumie thracię vastauit Per Apiũ Claudiũ procõsulem hi qui Rhodopam incolebant victi sunt.Europæ maritimas vrbes antea ro.classis obtinuit.M.Lucullus per thraciã cũ Bessis primus pugnauit:Ipsamq; caput gentium vicit Thraces enim montanos subegit:& Eumolphidam quæ nunc Philopolis dicitur:Olimpiadam quæ modo Adrianopolis nominatur in ditionem nostrã redegit.Cauilam cœpit: Supra portũ positas ciuitates occupauit:Apolliniam Gallaciam Parthenopolim:Thomos:Histrũ ad Danubiũ vsq; perueniens Ro.Scythis arma monstrauit.In ditionẽ reip.vj.Traciarũ prouincię sunt cõquisitę.Thracias.Emipontus:Misia inferior.Scythia:Sacia:rhodopa.in qua nũc sede arces ro.vrbis sunt cõstitutę Cõstantinopolis.Nunc aũt eas partes totũq; orientem ac positas sub vicino sole prouincias qui auctores scriptis suis parauerunt explicabo:quo studium clęmẽtię tuæ quod in hisdem propagandis h[illegible]bis amplius incitetur.

Seuissimi thraces.

¶ De orientalibus regionibus a po.ro.subactis.

ASia societate attali regis nota ro.est.Eãq; attali testamẽto relictã hereditario iure possidemus.ne qd tale po.nõ vi[illegible] [illegible]ptũ haberet:armis per nos ab Antiocho Syrioꝝ rege maxime est vindicata.Eadẽ occasione etiam Lydia sedes antiqua regnorum:Caria:Hellespontus:ac phrigię

in potestatem po.ro.victa deditione venerūt rhodijs & insularꝫ populis primum infestissimis post fidelissimis auxiliatoribus vsi sumus ita. Rhodijs insulę primū libere agebant: postea in consuetudinem parendi romanis clęmenter prouocantibus peruenit. Et sub Vespasiano principe insularum prouincia facta est. Pamphiliam: Phrigiam: Cariam: Hicariam: Seruilius procōsul ad bellum Epirotarum missus obtinuit. Bithiniā defuncti Nicomedis testamēto assecuti Gallogræciam id est Gallatiā sunt enim vt & galli sonat nomen Gallate: quos cum Antiocho contra romanos auxilium prębuissent inuasimus. Numius proconsul Gallatas ꝑsecutus est: quum fugientes partim in Olympum: partim in megaram montem: qui nunc modiatus dicitur. de arduis eos in plana detrusit. Et victos in perpetuā pacem redegit. Postea Gallatiam Deiotarus Betię rex nobilis romanis permittētibus tenuit: Ad extremū sub Octauiano Cæsare augusto Gallatia in formā ꝓuinciæ redacta est. Eam primus Lolius administrauit Cappadoces primo societatem nostram sub Ariarate rege petiuerunt: posteaq; Ariobarzanes rex Cappadocū a Mithridate expulsus romanorum armis restitutus est: semperq; in auxilia nostra fuerunt Cappadoces: & ita maiestatem coluere romanam vt in honorem Augusti Cæsaris Megara ciuitas Cappadociæ maxima Cęsaria nuncuparetur. Postremo q̄ sub imperatore Claudio cęsare Archelaus ex cappadocia romam venisset: ibiq; diu detentus occubuisset: in ꝓuincię speciem cappadociam migrauit.

Gallate a gallis dicti.

¶ Reuertitur ad orientem.

Ponthus per Pompeium victo Mithridate rege pontico formam prouinciæ accepit. Paphlagoniam Philomenes rex amicus po.ro.tenuit. Sæpe ex ea pulsus: regno a nobis est restitutus: quo mortuo prouincia eius paphlagonibus imposita est. Vltra iuga thauri montis quemadmodum romana possessio perrexit consequenti locorum magis q̄ temporum seruata digestione monstrabitur. Antiochus syriæ rex potentissimus bellum formidabile po.ro. intulit. Trecenta milia armatorum habuit. Falcatis curribus & elephantis aciem detruxit. A scipione consule fratre Scipionis aphricani in asia apud magnesiā victus est. Pace accepta intra Taurū regnare ꝑmissus est Eius filij regnū Syrię sub clietela po.ro.tenuerūt qbus defūctis

Syriarum prouincijs potiti ſumus Calices & Hiſauros qui ſe pira
Seruilius hi ſauricus co- gnominat. tis & prędonibus iunxerant Seruilius proconſul ad prędonum bellum miſſus ſubegit: & viam per Thaurum montem primus in ſtituit: hicq; de callicibus & Hiſauris triūphauit: atq; Hiſauricus cognominatus eſt. Cyprus famoſa diuitijs paupertatem po. Ro. vt occuparetur ſollicitauit. Eam rex fœderatus regebat: ſed tan-
Cyprię diui tię. ta fuit penuria ærarij ro. & tam ingens fama opum Cypriarum: vt lege lata Cyprus confiſcari iuberetur. quo accepto nuncio rex cyprius venenum ſumpſit: quo vitam prius q̄ diuitias amitteret. Cato cyprias opes nauibus aduexit: ita vt ius eius inſulę auarius q̄ iuſtius ſumus aſſecuti. Cyrenas cum cæteris ciuitatibus libię pē tapolis Ptolomęi antiquioris liberalitate ſuſcepimus. Lŷbiam ſu premo Apionis regis arbitrio ſumus aſſecuti. Aegyptus omnis ſub amicis regibus fuerat: ſed victa cum Antonio Cleopatra pro uincię formam Octauij cæſaris auguſti tempore accepit. Et pri- mum apud alexādrinos. Cornelius gallus romanus iudex admi- niſtrauit per cōfinia armeniarum primū ſub. L. Lucullo romana trans Thaurū ſigna trāſmiſſa ſunt viſa rei ſarraceni & hirinę ſupe rati ceſſere in Meſopotamia. ad eodē Lucullo vrbs capta eſt poſt ea per Pompeium eadem loca armis obtenta ſunt. Syrię ac phœ nices bello a Tigrane armeniorum rege receptę ſunt. Arabes & Iudei in paleſtina victi ſunt. Ad extremum ſub Traiano principe regis maioris armenię diadęma ſublatum eſt. p traianū armenia: Meſopotamia/ſyria/ & arabia prouincię factę ſunt. ac limes oriē talis ſupra ripam fluminis tigridis conſtitutus eſt: ſed adrianus q ſucceſſit Traiano inuidens glorię Traiani ſponte armeniā & Me ſopotamiam: & ſyriam reddidit: ac medium inter perſas & roma nos Euphratē eſſe voluit. Et poſtea ſub Antonius duobus Mar- co & Seuero nota pertinacia cæteriſq; principibus ro. qui aduer- ſus Parthos euentu vario dimicauerūt: quater amiſſa: quater ac- cepta Meſopotamia eſt. Et Diocletiani temporibus victis prima congreſſione romanis: ſecundo autem conflictu ſuperato rege Narſeo & vxore eius ac filiabus captis: & eis ſumma pudicitiæ cuſtodia reſeruatis: pace facta Meſopotamia ē reſtituta. & ſupra ripam Tigridis limes e[illegible] firmatus: ita vt quinq; gentium trans
Bellū in ba- bylonios. tigridem cōſtitutarū di[illegible]ionem aſſequeremur. quę conditio fœde ris in tempus diui Conſtantini cōſeruata durauit. Scio nunc quo tua vergat intentio. re[illegible]uiris ꝑfecto quemadmodum Babylonię

& Romanorum arma collata sunt: & quibus viribus sagittis pila confoderent. breuiter euentus enumerabo. bellorum furto hostes in paucis inuenies esse lætatos vera autem virtute semper romanos probabis extitisse victores.

¶De.L.Sylla.

PRimum a.L. Sylla pro cõsule Arsaces rex parthorum missa legatiõe amicitiam populi ro.rogauit ac meruit L.Lucullus Mithridatẽ regno põti exutũ ad armeniã prosecutus est. Tigranem armeniorum regem cum septem milibus clypeatis & centum viginti milibus sagittariorum: ipse cum decem: & milibus vicit Cirram maximam Armenię ciuitatem expugnauit. Medenã optimam armeniorũ regionem obtinuit. Per Meletẽ ad Mesopotamiã descendit. Ninsabium cum fratre regis cœpit. tendere in Persas paratus successionem accepit. Cn. Pompeius ex parte fœlicitatis ad mithridaticum bellũ missus Mithridatem in armenia minore nocte aggressus prælio superauit cæsis duobus & quadraginta milibus hominum castra inuasit. Mithridates enim cum vxore & duobus comitibus in Bosforos fugit. Ibi desperatione rerum suarum venenum hausit: & cũ vis veneni parum ageret: a milite suo vt ferro pcuteretur impetrauit. Põpeius auxiliato em mithridatis Tigranẽ Armeniorum regem persecutus est. Ille se oblato diademate apd Artassata dedit. Receptæ sunt ab eo Mesopotamię: Syrię: & aliquanta pars Phœnicis & in armenia minore regnare permissus est. Itẽ põpeius bosforonis: & Colchis Aristarchũ regẽ imposuit Cum Albanis confluxit Orcodo Albano regi ter victo pacẽ dedit. Hiberiam cum Arsace rege deditionem accepit. Sarracenos & Arabes vicit. Iudea capta hierosolimã obtinuit. Cum persis fœdus fecit. Rediẽs apud antiochiam Damnensem lacum loci delectatus amœnitate & aquarum abundantia: addito nemore consecrauit.

Bellum i mithridatẽ.

¶C.M.Crassi.

MArcus Crassus Consul aduersus rebellantes Parthos missus est. Is quum pax missa a parthis legatione rogaretur: apud Thesiphontem responsurum se ait qui apud zeomatem traiecit Euphratem a transfuga quodam Maracho inductus: ad ignotã camporum solitudinem descendit. Is vndiq; circũuolantibus sagittariorum agminibus cum Silane & Silena præfectis regis est cictus exercitus. & vi telorum obrutus ipse Crassus ad colloquiũ

Ludibrium in crassum.

sollicitatus viuas pene capi posset repugnantibus Tribunis eua-
serat: & dum fugam petit occisus est caput eius cum dextera ma-
nu resectum ad regem perlatum est: atq; ita ludibrio habitum: vt
faucibus eius aurum liquefactum infunderetur: scilicet vt qui ar-
dens cupiditate prędandi pacem Regis rogatus abnuerat: etiã
mortuo eius reliquias auri flamma combureret. L. Crassus quę-
stor vir strenuus Crassi reliquias fusi collegit. Exercitus contra
Persas in Syriam irrumpens: ter cum summa administratione cõ
flixit: eosq; trans Euphratem redactos vastauit. Parthi Labieno
duce qui Pompeianarum partium fuerat & victus ad Persas re-
fugerat in Syriam irrumperunt: ac totam prouinciam occupaue-
runt. P. Ventidius Bassus Partos qui duce Labieno Syriam inua
serat occurrẽs in Caparomonte cum paucis fugauit. Labienum
occidit: persecutus est Persas & ad interemptionem strauit. qua
congressione Parthorum regis filium die qua Crassus victus fue
rat occidit: ne aliquãdo romani ducis mors inulta relinqueretur
Vẽtidius de persis triumphauit. M. Antonius in mediam ingres-
sus: quæ nunc Medena appellatur: bellum parthis intulit: & pri-
mum eos vicit post duabus legionibus amissis quum fame: pesti-
lentia: tempestatibusq; premeretur: vix per armeniam persis inse
quentibus reuocauit exercitum tanto per momenta temporum
terrore percussus vt a gladiatore suo percutit postularet ne viuus
veniret in hostium potestatem.

¶ Regnũ solũmodo q̃ sub Cęsaribus habitum est.

SVb Octauiano Augusto Cęsare Armenia cũ Parthis conspirauit. Claudius Cæsar nepos Augusti cũ exerci tu missus ad orientẽ: quum per maiestatem Romani nominis facile cuncta sedasset: atq; ei tunc Armeni qui tunc tem poris validiores erãt Parthis dedissent: & iudices ex instituto Põ pei dictis gentibus Claudius Cæsar præficeret Dones quidã quẽ arsaces præposuerat proditione simulata libellum in quo scripti thesauri continerentur obtulit quem quum ro. imperator legeret intentius: vltro Dones aggressus Claudium vulnerauit: percussor quidem a militibus confossus est. Claudum vulneratus reuersus in Syriam obijt. Perse ad satifactionem tam audacis admis- si obsides tunc primum Octauio cæsari dederunt: & erepta sub Crasso signa restituerunt: Pacatis gentibus orientis Augu- stus Cæsar etiam indorum legationem primus accepit. ¶ Ne-

Dones proditor.

Nero

ro quem turpissimum imperatorem romana respublica est passa:amisit armenias duas.tum legiones duę sub iugo a Persis missę extremo dedecore romani exercitus sacramēta sedauere Traianus qui post augustum Romane reipu.mouit lacertos Armeniam recepit a parthis.sublato diademate regi Armeniæ maioris regnum ademit.Albanis regem dedit.Lubros.Bossorianos.Colchos in fidem romanæ ditionis accepit.Sarracenorum loca & Arabum occupauit.Cardumeos & Marcumenos obtinuit ante Mulsium.optimā enim Persidis regionē Seleutiā & Thesiphontem & Babyloniam accepit:& tenuit vsq; ad Indię fines.Post Alexandrum accessit in mari rubro:Classem instituit.prouincias fecit:Armeniam:Mesopotamiam:& Assyriam:quę post & apud Tigridem atq; Euphratem sita irriguis tribus amnibus instar Aegypti fœcundatur.Adrianū glorię Traiani certum est inuidisse:qui ei successit imperio.hic sorte propria inde eductis exercitibus in armeniam/& Mesopotamiā/& Asyriam cōcessit Et inter romanos & persas Euphratē esse voluit.Antonini duo Marcus & Seuerus.hic socer:& ille gener:pariter augusti Imperatores orbis æquata primū potestate imperiū tenuerūt.Sed ex his Antonius iunior ad expeditionem parthicam profectus est multa ingentia aduersus persas fœliciter gessit.Seleuchiā Assyriæ vrbem cum quadringētis milibus hostiū cœpit.ingenti gloria de Persis cum socero triumphauit.Seuerus natione Apher acerrimus imperator parthos strennuissime vicit.Ariabenos deleuit.Arabes obtriuit.Arabiā prouinciam refecit.huic cognomina ex victorijs acquisita sunt.Nā arabenicus Parthicus & arabicus cognominatus est.Antonius Bassianus cognomento Caracalla filius seueri imperatoris expeditionem in persas parans in Effreniam apud ciuitatē Edosam propria morte obijt & ibidē sepultus est.Aurelius alexander quasi fato quodam in exitium Persicæ gentis iuuenis admodum romani imperij gubernacula suscepit.Ipse persarum regem nobilissimum Darsem gloriose vicit.Hic alexander sacrorū schrinorū magistrū habuit Vulpianū iuriscōsultum.De persis pompa spectabili triūphauit.Sub Gordiano augusto ex iuuentutis fiducia rebellantes parthi ingentibus prælijs concussi sunt.Isq; de perside rediens victor:fraude Philippi qui præfectus pretorio eius erat occisus est.Milites eius in.xx.miliario a Circesso quod nūc extat ædificarunt:

Diuisio romanorum a persis.

Gordianus.

Valeriani aduersa fortuna.

atq; exequias eius romani cum magna reuerentia deduxerunt Valeriani infausti principis fortunam tedet referre.is cum Galieno suscepit imperium:sed hunc exercitus Galienum senatus imperatorem fecit:e quibus in Mesopotamiam aduersus psas Valerianus congressus a Xapore persaꝝ rege superatus est:& captus dedecore vitę suę consenuit.Sub Galieno Mesopotamiā in uasam & assyriam etiam sibi persę vendicare cœperant:nisi q̄d turpe est Odenatus de curio palmitenus collecta Syriorū agrestium manu acriter restitisset:& fusis aliquotiens persis non modo nostrum militem defendisset:sed etiam ad Thesiphōtē.Ro. vltro imperij quod mirū est dictu penetrasset.Aureliani imperatoris gloriæ zenobia ordinati vxor accessit.ea enim post mortē mariti fœminæ ditione orientis tenebat imperium.quam Aurelianus multis clipeatorum & sagittariorum milibus fretam apud Himas haud procul ab antiochia vicit:& captā Ro.triumphās ante currū duxit.Cari imperatoris victoria de persis nimiū potens superno numini visa est.nā ad inuidiā superni numinis pertinuisse credenda est.Is enim ingressus persidā & quasi ei nullo obstante vastauit.Colcham & Thesiphontē vrbes nobilissimas cœpit.Quū victor totius gentis castra super Tigridem haberet fulminis ictu interijt.Sub Diocletiano principe pompa victoria nota de persis est.Maximianus cæsar prima congressione quū contra innumerā multitudinē cū paucis acriter dimicasset:pulsus recessit.hic tanta indignatiōe a Diocletiano susceptus est vt ante Carpentū eius per aliquot milia passuū occurrerit.purpuratus quum vix impetrasset vt reparato de limitaneis Dacię exercitu euentum martis repeteret.In armenia maiore ipse imperator cū duobus equitibus explorauit hostes:& cum viginti milibus militum superueniens castris hostiū subito innumera persarum agmina aggressus ad interemptionē occidit.Rex persarum Narseus effugit:& vxor eius & filiæ captæ sunt.& maxima pudicitię custodia reseruatę.pro qua admiratiōe persidę nō modo armis:sed & moribus superiores esse confessi sunt.Sed mesopotamiam cum Transtigranis quinq; regiōibus reddiderunt.pax facta est:& vsq; ad nostram memoriā reip.perutilis perdurauit.

Deorum vltio.

Constantini strenuitas.

Constātinus rerū dominus extremo suæ vitæ tempore expeditionē parauit in persas.toto enim orbe pacatis gentibus:& recēti de Gothis gloriosior victoria multis in persis descēderat ag-

minibus ſub cuius aduentu babyloniæ intantũ regna trepidane runt:vt ſupplex eorũ legatio occurreret. Perſas facturoſq; ſe im perata promitteret:nec tamẽ pro aſſiduis eruptionibus quas ſub Conſtantino cæſare per orientem tentauerant veniã meruerũt. Conſtantinus in perſas vario ac magis difficili pugnauit euentu præter leues excubantiũ in limite cõgreſſiones acriore acie no/ uies decertatũ eſt. per duces ſuos ſepties ipſe præſens bis affuit. A veris/& grauibus pugnis Berna & Singarena p̃ſente Conſtã tino & Segarena conſtantienſi quoq; & cũ amica capta eſt. gra ue ſub eo principe reſp. vulnus accepit. ter aũt eſt a perſis obſeſ ſa In ſibi ciuitas:ſed maiori ſuo detrimento dum obſideret ho/ ſtis affectus eſt. Marenſi autẽ bello vbi Narſeus occidit ſuperio res diſceſſimus. Nota vero in agro Alienſi prope Singarenam pugna vbi Cõſtantinus affuit omniũ expeditionũ cõpenſatus fuiſſet euentus:ſi locis & nocte aduerſãtibus parcitos ferocia mi les ab intempeſtiuo pugnandi tẽpore imperator ipſe ad loquen dum reuocare potuiſſet. Qui tamẽ inuicti viribus improuiſi ad uerſus ſitim aquaꝝ ſubſidijs incũbentes veſpere caſtra perſaꝝ aggreſſi ruptis munitionibus occuparunt. Fugatoq; rege quũ a prælio reſpirantes pretentis munitionibus inhærent aquæ:mor bo ſagittaꝝ obruti ſunt:cura a ſtolide ad dirigendos certius i ſe ictus lumina ipſi per noctẽ accenſa p̃berent. Iuliano in externos hoſtes experte fœlicitatis pricipi aduerſus perſas motus defuit. Is cum ingenti apparatu vtpote totius orbis regnator infeſta in perſas ſigna cõmouit inſtructã cõmeatibus claſſem per Euphra tẽ inuexit. Strennuus multa perſarũ oppida ac caſtella aut iuſce pit dedita:aut manu cœpit. Quũ cõtra Theſiphontẽ in Tigridis & Euphratis ripam mixti caſtra haberet/ludoſq; campeſtres vt hoſti ſolicitudinem demeret: & per diẽ agitaſſet noctis i medio impoſitos nauibus milites in vlteriorẽ ripã partis tranſuexit qui per ardua nitentes qua difficilis etiam per diem & nullo p̄hibẽ te fuiſſet aſcẽſus perſas terrore ſubito miſcuerunt:verſis agmini bus totius gẽtis apertis & Theſiphontes portis victor miles in/ traſſet:ni maior p̄darum occaſio fuiſſet q̃ cura victoriæ:tantam adeptus gloriam quum de reditu a militibus admoneref inten tioni ſuæ magis credidit. & exuſtis nauibus cum tranſfuga qui ad fallendum obiecerat inductus ineui mandeuiam viæ cõpen dia ſectaretur: dextrũ iter aduerſa Tigridis ripa nudato militũ

Aquę penu ria.

latere iter relegēs quū incautius p agmen erraret:excito puluere ereptus ex suorū cōspectu ad hostiū obuio equite cōspecto per illa ictus inguine tenus vulneratus est.Inter effusionē nimij sanguinis quū suorum ordinē licet saucius instaurasset cunctantem animam multo suos allocutus afflauit.Iouinianus prælij superiorem sed confusum morte imperatoris amissi suscepit exercitum. Quū cōmeatus deficerent.& via in reditu prolixior immineret: Persæ crebris excursibus nunc a fronte:nunc a tergo:mediorum quoq; latera incursantes inter agmina morarentur: consumptis aliquot diebus:tanta reuerentia romani nominis fuit:vt a persis primus sermo de pace haberetur ac tunc confectus inedia exercitus conditionibus: quod nunq̄ antea accidit:dispendiorū ro. reipu.impositis:vt insibi & pars Mesopotamiæ traderetur.quibus cupidior regni q̄ glorię Iouinianus imperio rudis acquieuit Quam magño deinceps ore tua princeps facta inclytę sint personanda:quibus me licet imparem dicendi nixu & æuo grauior parabo.Maneant modo cōcessa dei nutu & amico cui te credideris creditus es numine inducta fœlicitas. De hac gente sicut de Gottis:etiam Babilonibus tibi palma pacis accedat Gloriosissimæ principum Valentiane augustæ.

Cōstātinus moritur.

¶Habes Candide Lector in hoc volumine non minus vtilia q̄ lępida Iustini in Trogum & Flori in Liuiū insuper sexti Ruffi viri consularis Epithomata Nuper castigatissime impressa.

Extus
Aparent
Existimaram
Att enten
Intel

IN TOTO MUNDO LEX ARS MARS CUM
GUBERNAT.

Aut lapis aut ferrum est qui non pe
nitus ardet

X omnia sunt finita vel infinita, id
nomen plura significat.

Oportet docentem credere

Beati efficimur ex eo quod ex ultimam
ultimam ... & ...
...


Plato in Euthydemo.

Homerus vero ... verecundia non confert.

Plato in ... est vitam ...

Nil ... & ... vita est
Quae ... bono ... sat est.

[illegible]



Instrum Communie